

+QK344
.F6


THE • NEW • YORK • BOTANICAL • GARDEN
PRO SCIENTIA ATQUE SALUTE POPULIQUE
1891
LIBRARY

ELMER D MERRILL
EX LIBRIS

Niebuhr del.

Peter Haas Sculp.

FLORA ÆGYPTIACO-ARABICA.

SIVE

DESCRIPTIONES PLANTARUM,

QUAS

PER

ÆGYPTUM INFERIOREM

ET

ARABIAM FELICEM

DETEXIT, ILLUSTRAVIT

PETRUS FORSKÅL.

PROF. HAUN.

POST MORTEM AUCTORIS

EDIDIT

CARSTEN NIEBUHR.

ACCEDIT

TABULA ARABIÆ FELICIS GEOGRAPHICO-BOTANICA.

HAUNIÆ, 1775.

EX OFFICINA MÖLLERI, AULÆ TYPOGRAPHI.

PROSTAT APUD HEINECK ET FABER.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

+QK344
.F6

Durum iter ——
—— —— *ſerpens, ſitis, ardor, arenæ,*
Dulcia virtuti: gaudet patientia duris.

Tantus amor ſlorum!

SERENISSIMO CELSISSIMOQUE

PRINCIPI AC DOMINO

FRIDERICO,

PRINCIPI HÆREDITARIO

DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORUM,

GOTHORUM &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Sereniſſime & Celſiſſime Princeps,
Domine Clementiſſime!

Quem fida ſemper memoria veneratur Dania: Quem Cives ſine adulatione, Exteri ſine invidia Optimum celebrant REGEM FRIDERICUM V: *Quem Scientiæ immortalitati transſcripſerunt; Maximum hunc* GENITOREM TUUM, SERENISSIME PRINCEPS, *cujus imaginem refers, bonitatem exprimis, rebus glorioſe geſtis undique circumfuſum, egregia laudum æmulatione,* TIBI *ad imitandum propoſuiſti. Non e peregrina domo hæc magnæ mentis incitamina petuntur: Paternæ effigies in ſublimi poſitæ loco adſtant. Principi bono datum eſt, animare cives, extraneos, doctos, artifices, omnes ad grandia conamina ingenio manuque promovenda. Illi Pacis artes, deliciæ generis humani, inter felicitates*

publicas & gratiarum actiones enaſcuntur. In illuſtri hoc exemplo dum delectaris, CELSISSIME PRINCEPS: *inter facta præclara hæreditariæ* TUÆ *curæ tradita, ut communi uſui* Arabia recognita *legeretur deſcripta, generoſo & tutelari monitu maturaſti.* TE *gratiſſime adſpirante, Cel.* FORSKÅLII, *Hiſtorici Naturalis indefeſſi, detecta rediviva Topographiam Arabiæ ſupplent, induunt, ornant. Toto ergo Botanices deſiderio,* TIBI, SERENISSIME PRINCEPS, *devotiſſime adfero Faſciculum hunc Plantarum in Hortis noſtris hactenus ignotarum. Jam detectæ, deſcriptæ, partimque introductæ, perennia in honorem Gentis,* REGIS & PRINCIPIS *florebunt monumenta. Sic vovet, optat*

Regiæ Tuæ Celſitudini

ſubmiſſa fide addictiſſimus cultor
Carſten Niebuhr.

PRÆFATIO.

Si FAUNA ORIENTALIS Cl. FORSKÅLII, quam nuper publici juris fecimus, gratum, ut optamus, Eruditorum aſſenſum obtinuit, pari benevolentia FLORAM ÆGYPTIACO-ARABICAM nunc prodeuntem excipi ſperamus. Protinus ſeipſam commendat Specierum agmine non mediocri; novis vero Regni *Yemen* detectis curioſum Lectorem incitat & allicit. Prolegomena Faunæ præmiſſa ſtatum Mſc. commemorarunt & methodum, qua in obſervandis uſus eſt Auctor; quumque eædem animadverſiones præſens ſimul ſpectant opus, iis repetendis ſuperſedimus. Reſtat tantum, ut rationes cauſasque Floræ exponamus proximas.

Societas ad Ægyptum & Arabiam mittenda, quo commodius deſtinatam attingeret terram, itineri marino ſe commiſit. Sed in primo egreſſu tam obſtinate diuque ſibi reluctantes habuit ventos undasque, ut conſtantiam fere ſufflaminatam tædiis indoluerit. Verſa demum hyeme, melior ſpirare cœpit aura, & ad portum viribus reficiendis opportunum ducebat. ESTAC prope *Maſſiliam* primitias herbarum Orbis Meridionalis dedit Cl. *Forſkålio;* qui occaſione favente *Hortum Monſpelienſem* vidit & doctiſſimum DN. SAUVAGES alloquutus eſt.

Paucis interjectis diebus vela ventis data & *Inſula* MALTA petita. Horti pauci & inopes; nec præſtantior qui *Boſchetto* adjacet, Villæ recreationis campeſtris Magiſtri Equitum, totus in Citriceta diviſus; columnis ingrate ornatus calcareis juxta ambu-

ambulacra erectis & Vite vinifera circumductis, viisque lapide ſtratis. Hæc Hortorum Architectura Orientis ſpirat mores. Flora Inſulæ adeo male in ſaxo Melitenſi habitat, & parvam plantarum progeniem educat. Cl. *Forſkâlius* invenit Botanices Socium & ducem *Medicum* peritiſſimum, qui Pariſiis quondam commorans, veriora Scientiæ Naturalis fundamenta lucratus eſt, cuique debemus exhibitum in Fauna *Catalogum Piſcium Melitenſium.*

Smirna breviſſimo temporis intervallo occaſionem herbationibus liberis aperuit nullam; nec ſatiabant animum curioſum parvula, quæ aderant Muſea, vel Collectaneorum reſidua inclyti Doctoris *Haſſelquiſtii.*

Constantinopoli per aliquot ſeptimanas requieſcere licuit; ſed in menſem Auguſtum tranſiens melior anni pars ſera & parca dedit ſpicilegia. Hortorum cultura negleCtiſſima; nec felicior ſub Europæorum tutela; ſemper Climate injuſte accuſato. Structura eorum & ornatus, ut in Malta obſervatum erat, & viæ lapillulis littoralibus variorum colorum perquam artificioſe ſternuntur. Quod urbs non potuit, Belgrad Pagus augmentis herbarum ſupplevit.

Trajecto Mari Ægæo Alexandria hoſpitem Botanicum novo implevit plantarum ſpectaculo. Extra Europam regio nulla eſt, quæ præſentiam docti Viatoris meretur Ægypto potius. Scientiæ Naturalis cultor, in rudi Septentrionis terra plantis indigenis nimium aſſuetus, eas ut ſimplices reſpicit, & quas videt exoticas, coacta Horticulturæ educatione progignuntur; ſi ille, ut *Forſkâlio* noſtro contigit, ſine ſucceſſivo tranſitu per Latitudines Floræ diverſas, poſt longam, vacuam & inquietam navigationem,

gationem, in littus exponitur a Boreali orbe diſtantia viarum & indole regionis diviſum: hic certe rerum novarum vim & prorſus ſenſationem experitur verbis non enunciandam. Populus, urbs, terra, vegetabilia, monumenta, ruinæ augent præſentia famam. Cl. *Forſkâlius* eodem deſcenſus die primos intrans hortos, in Palmarum architectura vegetativa incredibili obſtupuit admiratione. Campos circumjacentes diligenti herbatione, ſemper tamen ſub timoris cautela luſtravit; donec Peninſulam *Râs-ettîn* ſitu tutam, plantis opulentam detexit.

Per Rosettam deinde Nilum aſcendens Kahiræ ſtationem fere annuam fixit, minime vero otiis tranſeuntem. Plantæ cultæ cito indagatæ: poſtea quæ in campis ad pagum *Caid Bey* creſcerent obſervatæ una vice vel altera; periculis tandem monitus hos intermittere excurſus coactus eſt. Deinceps *Alexandriam* terreſtri itinere petens, ut plantas Vernales aſpiceret, latronum manu obſeſſus & ſpoliatus, effrenam eorum licentiam vehementius horrere docuit.

Sedatis Arabum diſcordiis inteſtinis, quibus viarum diu impedita ſecuritas, Káhiræ valedictum eſt. Vix autem Sues ingrediebatur, quum Pictor *Baurenfeind* graviter ægrotus *Forſkâlium* precibus evicit, ut a propoſito *Montem* Sinai adeundi abſtineret; & hic, officia humanitatis prætulit herbilegii lucro e locis hucusque a Botanico non perveſtigatis. In plantarum manipulo, quem inde attuli, Ægyptiacas agnovit: aliasque Arabiæ proprias ſelegit. De cætero ipſe inanem Herbationem ad Ghobeibe protendebat.

Itinere ulterius per Tôr, Djiddamque promoto, Lohaja primum in Arabiam Felicem dedit introitum. Cl. *Forſkâlius*

toties in Ægypto ab Arabibus caſtigatus, nunc ipſa in Arabia, unde effuſæ gentes indomitam licentiam longe lateque circumferunt, renovatum ſentiebat timorem, ille, cui campus, deſerta & ſylvæ muneris provinciæ eſſe deberent. Aſt ſtudiis botanicis promiſit & præſtitit Yemen ſecuritatem non creditam, quaque meliorem in regione Europæa bene adminiſtrata, ſibi optare nemo poſſet. Documento ſunt Herbationes *Forſkâlii* tutæ, vagantes & prorſus audaces.

Ergo prætentans populi & locorum fidem, agrum Lohajenſem percurrebat, mox longius egredi auſus ſolus ad loca herbifera Pagi *Kudumîe* & vici *Môr*. Exſpectatione inferior legebatur herbarum numerus, attamen raritate & novis ſpeciebus, auſpiciorum inſtar Botanicum incitabat ad extendendas herbationes ad Vallem SURDÛD, montibus altis cinctam, refrigerio & aquis foventem plantarum copiam locupletem.

Yemen Septentrionali exhauſta, Mediæ Regioni BEIT EL FAKÌH pro centro conſtituta. Gemini hinc facti excurſus. *Montes Hadienſes* Helvetiæ Arabicæ imaginem ſiſtentes, ſtructura, altitudine atque plantationum arte memorabiles, Botanico plantis hortenſibus & ſemi-alpinis grati erant.

Altera excurſione verſus DJÖBLAM & *Taæs* Socii ambo per regni areas properavimus diverſas, ubi totidem diverſa tulit florilegia. Decus eorum eſt detecta hoc tempore arbor matrix *Opobalſami*, in cujus nomine Cl. *Forſkâlius* plus una vice in Ægypto deluſus, hac vel illa arbore pro genuina venditata.

Beit el fakìh tertio exitu juncta Societate relicta, MOCHHA non fauſte advenis patuit. Propoſitum erat Sociis *Sanàm* metropolim regiam videre, ſed ſtudio botanico colophonem impoſuit

poſuit Taæs. Nam Saeber Montem herbis celebratum non licuit Cl. *Forſkâlio* ſine comite & ductore aſcendere; neque Montem Soreck niſi primo tangere clivo; ruricolis omnibus dudum elapſis. Iter deinde continuans corpore æger viribusque deficiens, Jerîm intravit metam laborum, viarum & vitæ ultimam.

His in regionibus, in varia hac planitie, in his gradibus montium, his denique excurſionum modis Plantæ acquiſitæ ſunt, quæ Floram utramque ingrediuntur. Illas non unius fundi eſſe, vel ſola Geographica inſpectio docet. Alter igitur & altior exſurgit ſcopus, in Situm Plantarum inquirens, & earum ſtationes, variasque habitationum provincias diſtinguens. Solent quidem Botanici Loca natalia ſpeciebus adſcribere; ſæpe tamen longe ultra parvulum territorium diffuſa, quod trunco & radice occupat planta. Hæ adumbrationes (dum certæ ſunt) inter ſe comparatæ *Geographiam vegetabilium parallelam* ſiſtunt: in eadem regione ſibi ubique non ſimilem; in remotis multo manifeſtiorem; in terris longe oppoſitis' prorſus diſparem. Datis plantarum ſpeciminibus, regionum Latitudines dijudicantur, altitudines ſoli, aut montium tabulata e radice ad ſumma usque cacumina. Neque ſuo deſtituuntur fructu hæ obſervationes in regimine Horticulturæ domeſticæ vel botanicæ. Hinc conſtituuntur leges indigenatus & coloniarum, ſive hiſtoria Migrationum, quibus per orbem ſe diffuderunt nationes vegetantes; ut barbaræ, vagabundæ, infeſtæ: vel cultæ, innoxiæ, ſplendidæ, domiſedæ.

Hoc eorum ob cauſam præmonere voluimus, qui non eodem judicio cum Cl. *Forſkâlio* neceſſitatem ſentiunt, qua in-

ductus cuique plantæ ſuam adſcripſit patriam, cujus habitum illa gerit, cujusque quaſi dialecto Botanicum alloquitur. Hæc non fortuita, ſed magni ponderis vocabula legitimis adfixa locis ſervavimus. Præterea, ut Lector Regiminis formam Floræ perſpiciat, unde orta & quo jure fundata ſit in ipſa natura orbis hujus ultramarini, delineationem univerſalem *Geographico-phyſicam* ſubſtravimus.

Zonæ temperatæ vel frigidæ regiones, quid *Aquarum copia* ad Floram ſpectet, raro cognoſcunt. Dignius earum tuentur curam Terræ Meridionales, flagranti ſole calentes. Horti agrique vitam & gentis ſalutem in iis ponunt. Oeconomia primum omnium verſatur in *fluviis*, *puteis*, *fontibus* quærendis, adducendis, muniendis & hydraulica arte hauriendis. Irrigationes iſtæ humanæ induſtriæ conceſſæ ſunt, dum ceſſant vel tardant *Pluviæ*, quæ longe blandiore influxu terræ faciem reſtaurare valent, herbas languentes refocillare, vel latentes provocare; quod Cl. *Forſkálius* in Ægypto; plus vero in Tehâma Arabiæ expertus eſt, quam ingrediebatur toto anno ſiccitate torrentem & exaridam; quum convalles & aquoſa montium lætiſſime florebant.

Territorium Byzantinum miſcelam utriusque Floræ Septentrionalis & Meridionalis monſtrat, illa deficiente, hac incipiente, an prævalente? Ex inito calculo patet, Borealem Floram non pauperiorem eſſe Ægyptiaca aut Arabica; ſed in mundo Africano vel Aſiatico quis ejus requireret cives? Sunt paucæ, irreptitiæ & patriæ formam nomine & genere renegantes. At nec Septentrio illas appellare ſuas poteſt, quum ex frigoris impatientia advenas agnoſcit, limites regni tenentes & quaſi climatis experientiam ineuntes.

Ægyptum

ÆGYPTUM ſine *Nilo* nominare non vacat: ille fundum argillaceo-humoſum genuit; Lithogonia calcareum. His parentibus nata regio annuo ſedimento hortum ſupra hortum ſternit. Planities nimis æquabilis extenditur & fere ſimplex, ſine Terræ verrucis, quas ſuis areolis ſequi ſolet Flora. Illa in ordines *Cultarum* & *Deſertorum* ſe dividit; & duas præterea ſubit metamorphoſes prægrandes *Inundationis* diuturnæ & *Siccitatis* intolerandæ. His vicibus agitur vita & mors plantarum, Phyſiologiæ Botanicæ non indigna conſideratio. Extra vias Naturæ eſt, dum *Arundines* ad *Ghobeibe* in mediis Thermis prodigioſe creſcere poſſunt.

FLORA ARABICA ad regionis ſuæ ſitum adaptata Vegetabilia cujuscunque fundi alit. *Tehâma* hoſpites in *littore* vel *planitie* ſuſtinet, ſi annuant pluviæ. *Loca intermontana* umbris & aquis ſunt propitia. Tandem Yemen *Plantis monticolis* gaudet, ſponte vel arte in ſublime evectis. Agricultura hæc penſilis eodem Naturæ monitu adornatur, quo illam inſtituit Priſca *Palæſtina*, & adhuc *Sinenſes* populi colunt. Ægyptus ſuperbit cultis & nobilibus: Arabia maximam partem ſpontaneas habet & plebejas, inter quas præſtantes diſtinguimus & quaſi patricias in rure habitantes; quibus ad dignitatem uſus œconomici nihil niſi cultura reſtat. Utraque Terra ad extremam abit Legem vegetativam: Ægyptus arenarias ad ſitim & exilium damnat: Djäbbalia ſuas Alpinas in brevi terræ ſtrato & in ipſo nubium ſinu fovet.

Catalogi præſentes Plantarum Ægypti & Arabiæ fida induſtria conſignati, cuique regno vere aborigines conſtituere non audent; nam hoc ex vaſta comparatione dependet Floræ

Univerſalis Regnorum circumjectorum Abiſſiniæ, Perſiæ, Aſiæ ſuperioris. Ægyptus hortenſes fere omnes dono recepit, & campeſtres neſcio unde illapſas, vix agnoſcit. Nec Yemen ſine Flora hoſpita eſt. *Banjani*, ex antiquiſſimis jam ſeculis regionem frequentantes, rariſſimas, & omnes fere Indicas, primo proprios in uſus invexerunt, mox publico emolumento dilatarunt.

Nihilominus Botanices cultura artificioſa tam lente enata videtur, ut Hortorum non ſolum numerus brevis iniri, verum & ambitus anguſtus circumſcribi poſſit. Si vero non omnes nos fallant cauſſæ, Horticulturæ ſtatum ſemper deſolatum jacuiſſe, vix putamus. Illius viciſſitudines Imperii fata comitantur. In hac analogia, Speciei vel Generis interitum comparare ſolet Flora vaſtationi urbis vel provinciæ. Has Regni Vegetabilis ruinas variæ inferunt clades. *Siccitatem* non uno ſolum anno, verum & altero perdurare audivimus. Quid, ſi aliquot annorum continuaret ſerie, plantarum ſemina vel radices ſine ſpe revireſcentiæ penitus ſuffocaret; præſertim in Tehâma, ſuapte ad ſterilitatem prona? *Locuſtæ*, barbaræ gentes ſata hortosque immani voracitate deſtruunt; illasque miſerabili & vana arte abigere tentant coloni. In Horticulturæ neglectu ipſi *Cives* culpa non vacant, qui parvo œconomiæ apparatu nimium & ad inertiam usque contenti; plantas tenerioris curæ ſpernunt, aut reſerere & propagare neſciunt. Indolentiam objiciunt plantæ & arbores utiliſſimæ a Banjanis cultæ, ab Arabibus otioſe inſpectæ. His Floræ querelis adjungi debent *Bella* inteſtina & vaſtationes ex triſti talionis jure & effrenæ contumaciæ licentia ortæ, quæ univerſali pace nunquam ſilent. Auget

miſe-

miſeriam *Juris publici adminiſtratio* violenta, quæ poſtquam Tributorum onere populum nimis aggravavit, deinde exactionibus torquet, poſtremo rura & paternas ſedes linquere cogit & permittit.

Hactenus ignota plane erat Flora Yemen; utque fieri ſolet, majorem e longinquo & ex obſcuro de ſe habuit opinionem. Jam ſubita veritatis luce, quæ ſit apparet. Vel hoc ſolo nomine æſtimanda hæc indagatio, tam bene efficta ad genium ſeculi noſtri, quo felici ſucceſſu Præjudiciis omnium formarum acre indiximus bellum. Arabiæ felicitas in Antiquorum Scriptis celebrata Aromatum & ſylvæ Thuriferæ præſtantia ad novi Botanici adventum evanuit. Vegetabilium pretioſas merces dum ex India & Africa ad ſe tranſtulit, ita tranſire non permiſit, quin plurimas Species defigeret cultas. Exemplum eſt *Amyridis* arbor in toto itinere botanico ſolitaria unico individuo; niſi ſtatuere velis, Hortum hoc in loco quondam viguiſſe ſub tutela Domini, herbarum & arborum præſtantioris virtutis non incurioſi.

Origines Floræ dedimus, jam *Formam* ejus brevi verborum compendio exponamus.

Littora *Galliæ Narbonenſis* accuratiſſimis illuſtrium Botanicorum obſervationibus perquiſita innotuerunt. Floram ergo Estaciensem completam ſiſtere tanto minus potuit Viator noſter, cum dies vix unus huic negotio ſuperfuit. Et quid novi locus anguſtus proferret? Cl. vero Auctorem ſibi non defuiſſe plantarum vis eximia, & obſervationum ſtricturæ, tentamina iſta ingenii ad majora ſe præparantis, monſtrant. Hæc

igitur

igitur prima Herbarii incunabula & incipientes Deſcriptionum pagellas, tanquam non perituras offerimus.

Plantas Melitenses e Flora paupercula decerptas, eandem ob rationem ſervavimus. Illæ ad Orientem propius accedentes, aliquot ejus inter ſe advenas receperunt.

Constantinopolitana Flora non ſolum in lætiore campo locavit Cl. Auctorem, verum & moram his curis invigilandis conceſſit. Largior inde meſſis collecta, quam autumnalis dies ſpondere videretur. Et ne vacuo nominum indice fatigetur Lector, animadverſiones frequentius inſperſas legit; quum plantas tam acute inſpexit Cl. *Forſkålius*, ut *novas Species* inter illas detexerit. *Nomina Græca* ſæpe adjecta, incertæ auſcultationis non ſunt. Partem eorum a ruſticis habuit: partem aliam a Viro Græco Rei Pharmaceuticæ perito. In Urbe Sacerdotum quorundam eminentioris ordinis ſocietatem & hortos frequentavit. In ſpem & favorem Floræ hujus tractus ſalva optamus quæ collegit Herbaria Clar. Dn. Höckert; Legationis Svecanæ a Sacro ordine; quem Botanices amantiſſimum laudavit Cl. Auctor.

Hi Prodromi Floras nunciant inſequentes. Harum prior Ægyptiaca, Regni *Inferioris* certam aream percurrit. Ad *Superiorem Ægyptum* procedere negavit itineris ſcopus Arabiam aſpectans. At in Flora *Alexandrina & Káhirenſi* tanto major adeſt, ut illas *exhauſtas* affirmare audeamus. Plures enumerat & deſcribit Species quam vidit *Alpinus*, multorum annorum hoſpes Káhiræ, & amicorum auxiliis adjutus. *Haſſelquiſtius*, eximius ille Botanicus cum *Forſkålio* certare non valet. Excurſiones late extendere non permittunt Arabum vagantium

tium inſultus; & notitia herbarum liberi fundi vitæ periculo emenda erit. Quum ideo Campeſtres fere omnes herbario ſuo intulit Noſter, illas miniſtro Botanico Arabi & annuæ manſionis beneficio debet. In tanto otio deſcriptiones revolvere potuit & cavere, ne *Deficientes* ſupereſſent: de quo habitu integro ſibi gratulari paucæ poſſunt Floræ exoticæ.

Arabica Flora quinque menſium intervallo & viatorio transcurſu collecta, *poſterioris Semeſtris* florentem & adhuc ignotum mundum futuris Botanicis detegendum ceſſit. Alia herbationum ratio in Ægypto, alia in Arabia eſt: ibi plantæ, aut cultæ in hortis habitant, aut eadem hæc loca, quaſi conſciæ, quærunt incultæ; adeoque brevi indagine clauſæ omnes, facile capiuntur: & ne terra lateant, Nilus refocillatas excitat. Arabiæ plantæ diſtribuuntur ſparſæ per campos, valles, montes. Tehâmam ardor adſtringit, ſterilitas deſolat.

Specierum certitudinem diſquiſitioni Botanicorum ſubmittimus. Noſtrum non eſt fundamenta Generum, longe minus Claſſium convellere, aut quocunque modo labefactare. Cl. *Forſkâlium*, per vias & ſylvas vagando, ſufficienter determinare valuiſſe omnia, quis affirmabit? Conſulto tamen errores non obtrudit, & ſeipſum ſubciſivis emendationibus ſæpe caſtigat. Stylus deſcriptorius, ut eſſe debet, brevis, ſenſu plenus & tamen dilucidus, defectus ſponte & ingenue detegit. Cl. Auctor in primis herbationum veſtigiis plantas notiſſimas in vivis relegit ſpeciminibus; & ſtatim mentem attentam ſigna ſubtiliſſima tetigere, novaque dederunt monita; verecunde tamen abſtinuit a totidem Speciebus ſtabiliendis. Tantum interea his obſervationibus effectum eſt, ut Species ab illo tactæ, de ſtatione ſi non

motæ ſint, tamen inquietæ ſeparatam dignitatem optent, aut ſtrictiorem characterum nodum, quo immotius in priſtina ſede defigantur.

Varietates hic immiſceri manifeſtas & multas, Cl. Auctori vitio non vertendum erit, quin potius ſubitaneas deſcriptiones eo usque accuratas ingenio, dexteritati & experientiæ laudem conciliare. Non levis intercedit differentia in arte deſcribendi Zoographica & Botanica: Animalia characteres ſpecificos univerſali obtuitu & quaſi in pelle gerunt. Inſecta, licet triplici mutatione ſibi diſſimilia, in quovis tamen ſtatu diſtinctas admittunt deſcriptiones, genuinum animal arguentes. Plantarum cognitio longe alia regitur lege. Ante floreſcentiæ tempus caulis & folia nihil ſpecifici enunciant. Floris periodus & ſuas properando habet moras. Quam ſollicitus vero eſt labor in ſubtiliſſimo floris diſco ſine errore legere! Fructu tandem maturo deſcriptio ſuis numeris abſoluta habetur. Hoc vitæ curriculo transacto exſpirat planta, & multis demum menſibus transactis radice aut ſemine reſurgit. Hinc non aliter evenire poteſt, quam quod Botanicus, dum has regenerationum æras ad finem non perſequitur, multas colligat *Indeterminatas*, Syſtemati non aptas. Ad fidem vero operis, ad ambitum & ſupplementum pertinet, juveniles has, aut ſeneſcentes non ſpernere herbas, quas ille vel alter, alio in tempore, alio in loco vigentes recuperat. Idcirco *nomina*, qualicunque charactere ſtipata, ne exirent, detinuimus; iſtis enim ſignis quaſi ſemi-reperta futuras perquiſitiones accelerant. Alia vero omittenda erat farrago caulium, foliorum &c. ex quibus deſcriptionis forma coaleſcere potuit nulla:

harum

harum Anonymæ tres vel quinque nobis invitis irrepſerunt. (*)

Placidæ mentis Lectores *Forſkálium* noſtrum transverſe non intuentur, dum denſo ſpecierum occurſu obrutus & præpeditus, omnes lineas non pari gravitate pingit. (**). In tanta mole confuſio eo minus evitatur, quo ardentior tendit Indagator in florilegiis *feſtinandis:* tempeſtatis aridæ probe memor vitam plantarum ocyus exhaurientis. In Meridionali orbe nulla permittitur in craſtinum prolongata herbatio. Specierum determinata extricatio non perficitur niſi quieta & lenta collatione in medio ſinu Horti Botanici, ubi vivæ, perfectæ & ſociato genere ſtant. Quid? quod, Botanici, quibus hæc commoda adſpirarunt, Genera numeroſa ad vivum reſecare non potuerint.

Genera Nova conſtituere Hiſtorico Naturali magnificum eſt, & in magno ſpecierum agmine lucem & ordinem præfert. An vero omnia Genera a Cl. *Forſkálio* enunciata Criſeos legem ſuſtineant, judicet Orbis Botanicus. Quicquid tandem erit, ſi ſpecies quædam novæ ad humilem varietatum ordinem dejiciantur, aut ſub ſueto ſigno militare cogantur: ſi denique

(*) Aliquot Varietates, tanquam ſpecies retinendæ ſunt, quas uſus aut conſuetudo multiplicavit: ut *Citrus*: *Hibiſcus*: *Cucurbitacea.*

De *Nominibus Trivialibus* nulla nobiscum erit controverſia; quum hactenus admodum fluxa fuerunt, & dum characterem plantæ deſignarent, ſæpe animum Denominatoris & ſatyram expreſſerunt. Ne ergo frivola aut acerba eſſent, potius *Arabicum* adjecimus nomen, dum planta non obtulit ſigna ſatis manifeſta.

(**) In Generibus: *Panici*: *Salſolæ*: *Aſclepiadis*: *Solani*: *Suædæ*: *Aloes*: *Caſſiæ*: *Euphorbiæ*: *Ocymi*: *Senecionis*: *Mimoſæ*: *Cucurbitaceorum.* &c.

Genera nonnulla recedere jubeantur; contra, plures Species antiquo ſub nomine hic deſignatæ Generis faſtigium jure ambiunt. Iſte operis hujus eſt ſtatus, ut mutationem & jacturam levem ſine detrimenti ſenſu toleret.

Scientia Naturalis ſuam formam Politicam *Syſtema* vocat: robur & munimenta ſunt Deſcriptiones: ſalutem & dignitatem in frequentia civium quærit: quo plures vero familias in Ordinum provinciis numerat, quoque diſtinctius vitæ & œconomiæ rationes in domo cujusque ſpeciei intuetur, eo majori cum facilitate & delectatione gubernatorias curas agit. Quo latius hæc pomœria extendit Scientiæ alumnus, tanto acceptior eſt. Cl. *Forſkâlium* plantarum numerum ultra *Octo Centurias* evehere potuiſſe, ſpem exſuperavit noſtram, dum itineris breve tempus & herbationum arcta ſpatia reputavimus. Nimia in Auctorem veneratio minime hanc ſuaſit analectorum ſollicitudinem, quæ ſpecies præter modum multiplicaret & faſtum Auctori adderet, a quo ipſe alieniſſimus erat; prævaluit enim ſemper debita veritati reverentia: ſed quæ duro labore collegit Viator, ea, quid-ni tranquilli nos exhiberemus? Nec ea eſt operis hujus indoles, ut Syſtematis auctoritate imperemus, ſed Syſtematis legibus obtemperantes, collectam materiam, qualem ab Inventore accepimus, forma tantum diductam exhibemus. Hic res non agitur, ſit-ne Species nova & mox Syſtemati Botanico inferenda; ſola deſcriptio ab Auctore & editore requiritur.

Msc. ſchedulæ mobiles & conjectæ, jam Poſſeſſori impedimento erant, ne ſpecies commode inter ſe conferre, characteres auctis fulcire ſignis, varietates vagas eliminare, gene-

rum

rum auctoritatem ſtabilire, deſcriptionis lineas abſolvere, vitæ curriculum plantæ ſequi & phytologicas animadverſiones adſpergere. Ne Lectori confuſam & indigeſtam molem obtruderemus, conſultius duximus deſcriptiones porrecta fronte extendere, quo diſtinctius lucerent. Hinc ſimul *Centuriarum* ſectiones ortæ ſunt; liberæ quidem digeſtionis & formam viatoriam ferentis: Claſſium tamen integritate & Generum homogeneis membris, quantum fieri potuit, ſervatis. Floram Arabicam ab Ægyptiaca ſeparatam ſiſtere minus neceſſarium videbatur in hac Collectione, ubi utilius eſt, ſpecies ſub ſuo genere unitas legere. *Catalogi* præeuntes, Floræ divitias, omnes plantas ab Auctore inventas, uno cenſu numerandas offerunt.

Nomina *Generum nova* Criticis materia expetita, qui nihil intactum relinquere, ſed nominibus alterius ſoni, aut deſcriptionum verbis aliter revolutis ſupernatare ſtudent: ab hac lite nos abſtinemus. Vocabula ſunt, quæ abjici vel innovari poſſunt, modo ſenſus rei in ſecuro maneat. Ex gemino fonte hæc oritur Nomenclatura. *Memoria Loci* ubi primum inventa eſt planta nova, ſi cum illa perenni nomine legitur, gratitudinis officium eſt erga patriam, quæ Plantæ genus non ſolum hoc anno, ſed multorum ſeculorum plusquam nutritia cura educavit. Eapropter *Kähiriam*, *Caidbejam*, *Melhâniam*, *Eracliſſam* tanquam totidem materna nomina ſtatuimus. Jam plures ante annos Illuſtr. de Linné Cl. *Forſkälio* conſecravit *Forſkäleam*, nobis *Cajdbejam*; Ipſe vero Auctor aliam ſibi deſignavit, quæ *Mnemoſillæ* titulo deſideria præfert. Botanicorum arbitria dirimant quænam ex his plantis Candidatis Inventori ſuo celebrando ſerviat.

Rerum naturalium nomina ARABICO *idiomate* expreſſa, quantum labiis noſtris conſona & levia fluunt in Syſtematis genealogiam adoptanda eſſe & deſcriptionibus præfigenda, noſtro non egent patrocinio, quum Lingua hæc ſenili auctoritate longe tranſcendit *Græcam* & *Romanam*, quarum vocabula ſæpe obſcura injicimus ſpeciebus Romano aut Græco nunquam auditis. Nec omnia iſta nomina Arabica denominationis ſunt vagæ. In Yemen, ut in Europa, provincia quæque *trivialibus* utitur, quibus ſupereminent *generica* per totam regionem recepta; heſternæ nequaquam inventionis, ſed ex antiquo profecta labio, in *Scriptis Doctorum* vel in *Traditionis* memoria reſidua. (*) Hæc differentia magnopere Botanico commendanda, ne in eadem ſpecie vario ſe decipiat ſono, unamque rem toties multiplicet; utque ſciat qua lingua cum *Vulgo*, qua cum *Libris* loquatur. (**)

Cl. Auctorem frequentius nunc audimus Arabica Lingua loquentem, ipſa in Arabia ruſticantem. Diurno cum ruricolis victu, præſertim in Montibus Hadienſibus, Botanicam nomenclaturam excuſſit plenius, quam ipſi Auctores Arabes qui extra patriam ſcripſerunt. Horum enim plurimi, ex toto Oriente relationes compilantes, varias linguas, variasque dialectus miſcuerunt,

---

(*) *Öllæik* in Ægypto Scandentibus additur. *Redif:* Ciſſo & Capparidi comptit. *Koſſejf*: Juſticiis & Ruelliis. *Laæja*: Ariſtolochiæ, Ophiorrhizæ, forte quoque aliis antivenenatis. *Bamia:* Hibiſco. *Qatt* & *Battich* Citrullis. *Turundj:* Citro. *Myrreir*: Scorzoneræ, ſimilibusque. *Raud:* Artemiſiæ, Tageti. *Anb:* Caricæ & congeneribus. *Auvid:* graminibus Andropogoniformibus. *Tolboh:* Mnio, Bryo. *Maſchât:* Filicibus.

(**) Pro exemplo ſunt: *Laæja:* (Cent. II. 39.) *Elcaja:* (C. IV. 100.) *Delb*, Ficus: (C. VI. 93.) *Geniſta Rætam:* (C. VIII. 66.) *Rubus*, *Naſæs*: (Flor. Arab. 328.)

runt, unde quid Arabiæ genuinum ſit in rebus & nominibus extricatu difficile erat hactenus. Nunc Cl. *Forſkâlio* præmonſtrante hæc Lingua ſibi verisque ſpeciebus redditur: tantoque certius, quo lentior ibat progreſſus per varias Arabiæ Felicis provincias.

Quo minus hæc falleret manuductio, manum dirigendam præbuit Erudito (*Fakìh*) Beit el fakíh habitanti, qui Alchemiæ ſecreta ſtudebat, ſed & herbas ſui orbis non infeliciter cognovit, & Cl. *Forſkâlio* Montes Hadienſes adeunti ſocium ſe jungebat. Hæc cautio ſummæ neceſſitatis in Lingua ſoni tam peregrini, cujus articulationes inſueta auris difficillime excipit, nec manus characteribus pingere poteſt aliis, quam ex prima origine linguæ quaſi adnatis.

Merita Cl. *Forſkâlii* in Hiſtoriam Naturalem Orientis Scriptis his Zoologico-Botanicis abunde conſtant. Ipſe adverſaria conſignavit ſubitaneo ſtylo & ſæpe defatigato, nec ultimam iis admovere limam licuit; nos poſthuma & immutata edimus: ergo ſine nævis, lacunis & erroribus eſſe non poſſunt. Quis vero partes Auctoris ſuſcipit, quis Criſin acute cernentem avertit aut temperat? Laudem juſtam & poſt funera viventem minuere, atrocis eſſet injuriæ. Jubet tamen veritatis amor & in Literatum orbem reverentia, ne excuſatione male locata defectus obvelemus, ubi ſponte in propatulo jacent.

Qui Orientem a noſtro orbe plurima ratione diverſum & difficiles herbationum modos perpendit, ille admirabundus ſuſpicit rapidas indagationes, quibus Botanici recentiorum annorum inclaruerunt. Verum in arva non antea ſcrutata immiſſus Obſervator, quid-ni nova deteget? Primariam laudem ipſa *Scientiæ*

entiæ forma aufert, quæ ingenio architectonico unius Botanici ad incredibilem evecta facilitatem in ediſcendo, examinando, deſcribendo, characterum compendioſa ichniographia plantam prius nominat, quam examine attingit. Juvenis Botanicus promptitudine vincit Senes iſtos Botanicos ſuperioris ævi, quantumvis aſſiduos, late circumſpicientes & immenſa literarum cognitione graviſſimos. Ex aperto hoc veritatis intuitu maxima oritur voluptas & ſciendi alacritas. Invaluit hinc mira aviditas Naturæ provincias ſubjugandi, loca incognita detegendi, & limites ultimos radio & numerato paſſu dimetiendi. Hoc eodem ardore aut præjudicio occupatus Cl. *Forſkâlius* nimium quantum florilegiis inhiat, de comitatu plantarum auctiſſima ſollicitus, in uſus & virtutes minus attendens. *Phytologiæ* & *Oeconomiæ* deſiderata non latuerunt Viatorem eruditiſſimum. Verum Adverſaria ejus ſæpius vertendo, meras ſpecierum conſtructiones extulimus. Obſervationes ad praxin dirigendas rarius adjicere licuit. Pauciſſimi Lectores, Syſtematum ſcilicet artifices, ſiccæ deſcriptionum oſſaturæ cum voluptate acquieſcunt.

Forſitan Ægyptus, quam toties legimus in Itinerariis cauſſam Cl. *Forſkâlii* dicat. At quantum eſt, quod neſcimus! Quantum eſt, quod nunquam ſatis ſcire volumus! Quot indagationes exſpectandæ fuiſſent ab Obſervatore ſtrenuo, ingenioſo, præjudiciis vacuo, ſcientiis auxiliatricibus ſuffulto? Arabia tota facie nova Auctorem perſtrinxit; ut eundem novitatis ſenſum in nos transtuliſſet, optamus. Quam copioſe & curioſe ſcribere potuiſſet de Oeconomia hortenſi & paſtorali; de Agricultura campeſtri & montana; de Inſectis Floræ infeſtis; de Plantarum propagatione & limitibus; de Venenatarum effectibus; de pabulis Animalium ſylvaticorum & graniphagorum? Pari

Pari oblivione inſcribere ſuperſedit Obſervationes *Mineralogico-Phyſicas*, quas ſi paucas dedit Ægyptus, eo illuſtriores reddidit Arabia. Hæc Geogoniæ deſiderata peregrina non erant viro e patria montoſa & metallifera egredienti. Ad hanc Theoriam perficiendam ſero nimis attentionem deflectere inceperunt eruditi. In hoc problematum conſeſſu ſeculares experientiæ audiendæ & obſervationes ex omni regione convocandæ. Scripta deficiunt teſtimonia, ſed Annales Telluris in Monte, Terra, Mari proſtant.

Non omnis in Cl. *Forſkâlium* culpa volvenda, ſi tot operis hujus membra deficiunt; plurima enim *deperdita* eſſe manifeſtis vidimus indiciis. Quantum potuimus, obſervationes reparabiles produximus locisque aptis ſtatuimus. Tandem, plantas utilitate quadam memorandas, in una *Tabula* per lineas, dum deſcriptio non ſuffecit, diſpoſuimus.

Plantarum *Uſus medicos* in *Ægypto* poſt *Alpini* curas non contemnendas, alii Viatores ulterius collegerunt; adeoque Cl. *Forſkâlius* ab accuſatione ſe liberat, dum *Materiam Medicam Kâhirinam* inventis prioribus addit.

Arabia Felix aliam medendi artem & quaſi primævam monſtrat, ex herbis ſpontaneis petitam. Populus ignorat artis inſtituta & præceptis domeſticis ſatis habet. Ideo diffuſa non eſt pharmacopœa ruralis & formulæ ſumme ſimplices; ſæpe tamen audaces, & ſtomacho teneriori non ſuadendæ. Quantilla praxis eſt, inter arcana non abſconditur, ſed viatori quærenti ſine invidia aperitur. Sunt quidem in hac vel illa urbe Medici Chemicam praxin, & quod peſſimum Alchemiam colentes; ſed Gens, quæ noſtris moribus ſanitatem non corrupit, illa no-

ſtrorum morborum numerum quoad magnam partem feliciter neſcit. Climatis fervor Symptomatum ſtatum acuit. *Vulnera* cujuscunque generis fortiter arrodunt. Incolis Morenſibus crura *ulceribus* fœdantur. *Hæmorrhoides* & *Scirrhus* (*Tohal*) frequentes ſunt. *Hypochondriæ* communis auditur querela, adſcribenda *Pani* ex Holco male cocto & duræ digeſtionis: auget *Vita iners* & *Polygamia ſuperflua*, quæ in fruſtraneam tandem deſinit. Hanc Gynæcei clauſi ſequelam triſtius conqueruntur, quam morbos a Gynæceis liberis inductos. Evidenti ſanitatis prærogativa gaudent *Monticolæ* aerem liberum & ſub-frigidum ſpirantes. Per totum Orientem *Vegetabilia* dapibus ex Animali Regno præferuntur. Hunc victum continuata diæta conſtitutioni corporis humani nocere, ut Schola Medica perhibet; id maxime *Banjanorum* refellitur exemplo, qui præter Mel & Lac, omnia ex Regno Animali rejiciunt alimenta, & tamen ſani vegetique vivunt.

Quam difficilis & ſuſpecta inter Arabes male moratos eſt itinerandi libertas, opinio teſtatur, qua Europæos *Inſcriptiones* deſcribendo theſauros latentes provocare poſſe putant tanto Magiæ Scriptoriæ dominio, ut vel procul inde, dum chartas potentes evolvunt theſauros per ſaxa, per ignes advocent. Ea eſt hæc invidia & ignorantia, ut botanicis quoque obſtent annotationibus, ne Scriptor aliquando iratus literarum pharmacis plantas enecet. Non facile ſibi perſuadere poſſunt Europæos longinqua ſuſcipere itinera, niſi Commerciis quærant opes apertas, aut Scriptura veneſica excitent opes ſepultas. Miramur tamen, neminem hunc errorem prudenter ad obſequia ſibique ſervientem ſubjeciſſe. Heroi-

Heroicus ergo amor Scientiarum aleam tot periculis tremendam inibit; temeritate vix laudanda, quæ vitam & ſalutem exponit unius alterius-ve plantæ gratia. Juncta Societas armata manu tutius vadit; ſed tot amicos in herbationes conſentientes, quis hic inveniet? Cl. *Forſkâlius* ad vitam botanicam inter Arabes agendam prorſus effictus, pericula patienter tulit, & fortiſſimo animo per medias ivit inſidias. Interea, non ſibi ſed timori debet augmenta Floræ ſuæ ditionis, arte herbationum inventa, aliis Viatoribus multum commendanda.

Quum enim excurſiones ad Pagum *Cajd Bey* primas inſtitueret, ſtatim omnia formidine plena agnovit. Rurſus tamen eadem veſtigia repetens, ab Arabe violenta manu aggreditur, & comitibus ad auxilium properantibus ægre liberatur. Quod conſilia non valuerunt, pericula illum deduxerunt ad recipiendam conditionem a Cajd Beyenſibus multoties propoſitam, ut Arabem conductitium reciperet, qui plantas illi in domo quiete cubanti afferret. Quid ad rem Botanicam promovendam rudis homo valeret, dum ſibi fingere non potuit Cl. *Forſkâlius*, has inducias primum rejecit, poſtea frigide annuit, demum uſu præſtantes laudavit. Arabes quippe ruris incolæ plantas, quas nutrit campus paucas, a juvenilibus annis nominatim ediſcunt; accedente inſtitutione herbarii artes & capſularum collectionem cito capiunt. Parvo ergo pretio otium & ſecuritatem emit, atque rei literariæ nuncium ex latrone fecit, qui inter ſuos tuto vagans, rariores Deſertorum ſpecies attulit, quas alioquin nunquam vidiſſet Extraneus.

Hæc ſane tædia Cl. Auctori expreſſerunt votum pro *Horto Botanico* Alexandriæ inſtituendo: ſimul fervens in Scien-

 tiam

tiam ſuam amor & loci benigna ſedes hanc ideam adornavit, qua convenientior alia non potuit animum Botanici illabi in tot hortorum magnifice florentium aſpectu. Pulchra ſtat in voto, langvida in remoto; interjectis præclari facinoris impedimentis, quæ ex voluntate averſa, vel voluntate bona ſed non excitata, aut male directa oriri ſolent. Si fieri poteſt! plantarum inſtitutio peculiaris requiritur, & ipſæ Boreales nova obſervandi phœnomena miniſtrant, dum in pingui ſolo obeſæ & luxuriantes ſe transformarent. Hortus hic, tantiſper imaginarius, plantas nonniſi depreſſioris ſoli patitur; vaſta tamen earum eſſet copia, ſi ex India per Mochham & Sués, ex Æthiopia per Karvanam *Djællabe*, ex Barbaria nave vel Karvanis introducerentur. Hic conventus herbarum quaſi Portus earum Francus eſſet, unde ad Hortos Europæos exirent.

Arabia Felix Provincia Literaria Cl. *Forſkâlio* deſignata, in qua ingenium ſtudiumque laudando exercebat ſucceſſu. Quod vero ipſis detectis botanicis præſtat, illam in dignitatem ſecuritatis vindicavit & titulum Felicitatis, alio reſpectu, ſed toto noſtro applauſu prolongavit. Campi ejus Elyſii in obſcuritatem receſſerunt, quam illis hactenus circumpoſuit tempus & incurioſitas. Amœnum quidem eſt in terram deſcendere nova Vegetabilium facie ſpectabilem; longe vero gratius ex præjudicata opinione de gente barbara transgredi in familiaritatem gentis ſimplicis, nec tamen impolitæ; inter ſe rebellis, ſed exteris manſuetæ; ſcientiarum rudis, ſed non reſervatæ mentis; pauperis, tamen hoſpitæ. Conſuetudo iſta popularis non ex ſe nata eſt, ſed ex publica ſanctione, quæ inſultus in extraneos graviter prohibet. Sic Arabs Yemen ab Arabe Ægypti differt, ubi procul

cul ab aula, procul a lege vivunt diſſoluti domini, diſſolutior plebs. Incolæ Arabiæ Felicis ſorte anguſta, ſed toleranda contenti peregrina & injuſta non avent ſpolia.

Teſtes ſumus Cl. *Forſkâlius* & ego, qui ſalutem plus una vice commiſimus genti ignotæ; ſalutem ſemper reportavimus incolumem. Loca adibat Ille ab Europæo vix pede tacta, certe a Botanico nunquam. Homo veniebat vere novus & fere fabularis, cui non mercatoriæ opes, ſed plantarum nomina & uſus unica cura. His initiis animoſior, tandem inter ſuos Arabes vitam paſtoralem vixit. Mirum in modum ad provehenda Floræ incrementa proni erant & ſenex Arabs, & juvenis, & puella. Quum ſingulo die pabulares legit herbas junior plebs, Botanicam ſui agri exactiſſime perſcrutatur; quamque primum puerilem inter luſus tractat, cum illa æquæva ſeneſcit. Hæc eſt cauſa, cur Flora paucas botanico ore vocat herbas, quas Arabs ſuo idiomate nominare neſciret.

Varia arte tentarunt Viatores, ut gratam exteris Gentibus ſuam redderent præſentiam. Non hujus loci eſt requiſita ingenii, mentis & fortunæ exponere; aut ad patientiam, fortitudinem & morum amabilem ſuavitatem exhortari; ipſa Scientia, in qua res noſtra verſatur, Viatorem ſuum juvat. Sæpe Cl. *Forſkâlium* offendebant ignorantiæ contemnentis ſtupores, qui præfracta inſcitia illuſtratæ mentis excellentiam a ſe removebant. Sæpe iterum ignorantiam ſimplicem ſpectaculis ſub Microſcopii diſco patentibus perculit, mox ratiocinationis ductili ſerie propius luci admovit. *Djiddæ* primus ſuaſor Horti fuit, cujus antea ne veſtigium poſuit lenta inertia.

Tam audacter exſpatiari nunquam licuiſſet illi, qui feros Turcarum & Arabum mores in Ægypto perpeſſus erat, niſi improviſa, tantoque magis delectabili humanitate exceptus fuiſſet *Lohajæ* a Prætore urbis *Emîr* FARHAN, qui ſecuritatem & liberum egreſſum ſpondens fide ſanciebat, & commendationibus præmiſſis extendebat. Nunquam illi innotuerunt itinera propter herbas, aut earum ſub prætextu inſtituta; nec ideam hominis Florilegi ſub alia forma expiſcari potuit, quapropter ab innocentiſſimo iſto agendi modo ſuſpicionem politicam exprimere nefas fuiſſet. Hunc igitur virum Botanico noſtro lætum ingreſſum aperientem, & conamina ejus quantum potuit promoventem, ceu detectorum in Yemen motorem primum, cum honoris memoria nominamus.

Hunc Arabiæ Felicis ſtatum toties inculcavimus: nempe quo certius veritas rei animum hæſitantibus adderet ad veſtigia *Forſkâlii* imitanda & protinus transgredienda. Omni jam vacat Yemen culpa. Viator unus ad omnium mores ſe componat, omniumque lingua communi utatur, non totam gentem ſibi obſecundantem poſtulet.

Quum hæc tentamina fortiter incitant ad Arabiam Felicem diligentius viſendam, ne futuri Viatores errore ſeducantur in Terra hactenus Geographica manu non delineata, ideo Vias & Stationes herbiferas regere tentavimus *Tabula Geographico-Botanica*, ad compendium redacta ex majori illa in noſtro Itinerario conſpicua; iis tantum locis expreſſis, quos Cl. *Forſkâlius* celebres fecit. Recurrunt ſimul in memoriam excurſiones Geographicæ, quæ in transcurſu ſemper faſciculos Plantarum præbuere, quos pro Socio non inutiliter me legiſſe, lætus animadverti.

TEM-

Tempus aderat, quo Scientiam Naturalem ſub favilla diu jacentem in Dania, ad lucem ſuſcitabat magnanima cura Regis immortalis memoriæ FRIDERICI V. Nemo tam alienus ab hoc ſtudio hærebat, quin amabili Scientiarum via Regi placere vellet. Iisdem temporibus Quæſtio agitari cœpit de *Arabia Felici* recognoſcenda, quæ hactenus haud aliter ac eluſerat vota eruditorum. Miniſtri intimæ admiſſionis, Illuſtriſſimi Comites de Bernstorff & de Moltke, Bonarum artium & virtutum apud Principem Interpretes, nullam conſenſus moram habuerunt conamini Regia munificentia digno.

Cl. *Forſkålius* Celſiſſimorum Mæcenatum benevolentia Societati Itineranti adſcriptus, nunc demum intellexit ſe longe antea Orienti deſignatum & præparatum. Hic enim Vir Juvenis a prima ætate præcellentes ingenii dotes exſerens, ſub inſtitutione Patris doctiſſimi annos & ſpem antevertebat. Linguæ Latinæ vix copiam habuit, quum libros Philoſophiæ modernæ compendiarios, ſine formidine aſcenſus ad veritates ſubliniores meditari auſus eſt. Simul Scientiæ Naturalis præguſtamina tentavit, Aves deſcribens & Inſectorum metamorphoſes obſervans; in quibus ſtatim Leges univerſales inſpexit & formavit.

Totam vitæ & ſtudiorum rationem ad Theologiam verterat. Accidit, ut Cel. Profeſſor Aurivillius Pariſiis redux *Arabicæ Linguæ* notitiam ſolidam ſecum attulerit, quam præter *Olaum Celſium*, jam Senem, ætate & meritis venerabilem, pauci calluerunt. Hanc Linguam Sacris intelligendis utilem, ut Sacræ inſerviunt Theologiæ, primis fundamentis familiarem ſibi reddidit Cl. *Forſkålius*. Brevi poſt Academiam *Göttingenſem* frequentans, in vortices Philoſophiæ excentricos incidit & ad

regiones

regiones tranſcendentales auferebatur, dum juſto tempore Scientiæ Naturalis voce revocatus deſcendebat.

Itineris Orientalis ſpartam inire, tueri, implere non cujusvis genii & ingenii eſt. His virtutibus inſtructus Noſter, magno indies exercitio ardentior, muneris ſcopum intuens, nec lentus, neque mediocriter aſſiduus, nihil ob formidinem recuſans provinciam perpetuis adverſariis illuſtravit. Saluti Msc. conſilio non pœnitendo ſubventum eſt. In procinctu ſcripta, jam communi Eruditorum tutelæ traduntur. Hac cynoſura accuratius revolvuntur *Herbaria* ſervata. Plurimæ ſunt plantæ hodie non novæ, ſed dudum deſcriptæ & delineatæ, omnes Cl. *Forſkâlio* primo auctore, qui illis ingreſſum in Hortos Botanicos dedit, Seminibus rariorum transmiſſis. Dum ille ſine invidia arcanas iſtas Specierum origines communicavit, morem ſimul geſſit mandato Regis provido, qui publica hæc munera Scientiæ Naturali largitus eſt.

Floram Arabicam radices agentem videmus, folia ramosque emittentem. Tanta incrementa pauci producere potuerunt menſes. Lætiores ſoles illam ad flores explicandos ſollicitent. Dum vivit, dum increſcit, dum fructus aliquando maturos dabit, primo ſuo Botanico felix inventa erit.

FLO-

FLORULA

LITTORIS GALLIÆ

AD

ESTAC

PROPE MASSILIAM.

ACCEDIT

FLORULA

INSULÆ

MALTÆ.

OBSERVATIO.

ESTAC, locus haud procul ab urbe Massilia, Terra *gaudet albo-brunescente & pingui. Fertilitatem illa conciliat regioni, quam externa facies non promitteret.* Montes *vicini conflant maximam partem* Lapide Calcareo *albo & compacto; qui in frustulas divisus & solis calori aliquamdiu expositus superficiem lividam induit.* Lapis Arenarius *adest albo-brunens, mollis & cum Aqua forti effervescens. Inter Strata montium solidiora* Stratum Arenæ *jacet.*

MALTA Insula tota petra est Lapide Calcareo *conflata mōlli & usibus domesticis aptissimo. Conchyliorum exuviæ inharent variæ.* Humus *vix hinc & inde areolas occupat tenues & angustas, sed tanto impensius cultas. Excursio botanica principalis ad* Salinas *proximas littori famoso divi Pauli naufragio.*

Plantæ quædam Catalogi hujus notatæ signo (*) *describuntur in Cent. Pl. VIII.*

FLORULA
ESTACIENSIS.

DIANDRIA.

1. GRATIOLA *officinalis.*
2. OLEA *europæa*: in vinetis culta.
3. VERBENA *officinalis.*
4. LYCOPUS *europæus.*
5. ROSMARINUS *officin.* ad radices montium paſſim.
6. SALVIA *verbenac.* in collibus apricis.

TRIANDRIA.

7. VALERIANA *locuſta.*
8. V. *rubra*: in collibus apricis frequens; flore pulchro.
9. GLADIOLUS *communis.*
10. PANICUM *dactylon.*
11. P. *viride.*
12. AGROSTIS *ſtolonifera ?* non repens. Solo humido.
13. AIRA? panicula ſpicata, calyce 2, 3 flore, longitudine ſpiculæ.
14. MELICA *ciliata.*
15. POA *filicina.*
16. BRIZA *maxima.* calyce fuſco.
17. DACTYLIS *glomerata*; glumis calycinis & corollinis exterioribus dorſo villoſis.
18. CYNOSURUS *echinatus.* In vallibus.
19. C. *paniceus.*
20. BROMUS *pinnatus*; glumis vix ciliatis, ariſtis corolla brevioribus; foliis linearibus, non ciliatis.
21. B. *diſtachyos;* a priore differt foliis lanceolato-ciliatis; glumis valde ciliatis; ariſtis floribus duplo longioribus; ſpicula ſæpe in caule unica.
22. B. *rubens*: in arvis frequens.
23. B. *ſquarroſus*: in arvis. (*)
24. B. *rectorum*: in ſiccis paſſim.
25. AVENA *flaveſcens.*
26. A. *fatua*: inter ſegetes paſſim.

27. AVENA *fragilis*; ſpica ſæpe plus quam 4-flora.
28. ARUNDO *donax*: parcius.
29. LOLIUM *perenne*.
30. HORDEUM *jubatum*.
31. H. *hexaſtichon*; in agris cultum.
32. H. *murinum*. Char. ſpecif. in Syſt. N. & Sp. Pl. transpoſitus, ita reſtituendus erit: *floſculis ariſtatis, lateralibus maſculis*.

TETRANDRIA.

33. GLOBULARIA *vulgaris*.
34. SCABIOSA *columb.* foliis radicalibus ſæpe oblongis. In pratis.
35. SC. capitulo globoſo, foliis diviſis laciniis profundis.
36. A PERULA *cynanchica*.
37. ASP. *arvenſis*; foliis 8-nis; bracteis longe ciliatis; floribus rubris.
38. GALI M *puſillum*.
39. G. foliis ſenis; floribus albis, paniculatis, fructu glabro; an *G. verum*.?
40. G *aparine*.
41. CRUCIANELLA *anguſtifolia*; copioſe ad radices montium.
42. RUBIA *tinctor*; foliis ſæpe quaternis.
43. PLANTAGO *lanceolata*.
44. P. *coronopus*; foliorum dentibus longis.
45. P. *pſyllium*; ſpicis non aphyllis, ſed folioſis; bractea ſub ſingulo flore; caule ramoſo. In ruderatis, copioſe.
46. SANGUISORBA *officinalis*; ſtaminibus 2-10. In arvis paſſim.
47. CAMPHOROSMA *monſpelienſis*.
48. POTAMOGETON *pectinatum*.

PENTANDRIA.

49. LITHOSPERMUM *tinctorium*.
50. L. *fruticoſum*.
51. E HIUM *vulgare*.
52. ANCHUSA *officin*; fauce villoſiſſima. In ruderatis.
53. ANAGALLIS *arvenſis*.
54. PLUMBAGO *europæa*.
55. CONVOLVULUS *arvenſis*. In montoſis.

56. CAM-

56. CAMPANULA *ranunculus;* radice eſculenta.
57. C. *ſpeculum*; pratenſis.
58. C. *minor ;* arvenſis ; ſeu Viola pentagonia.
59. VERBASCUM *ſinuatum.*
60. CORIS *monſpelienſ.* ſtigmate ſimplici, non 5-fido. (cfr. Syſt. N.)
61. SOLANUM *nigrum.*
62. LYCIUM *europ.* filamentis non piloſis. Ad littora.
63 RHAMNUS *paliurus.*
64. VITIS *vinif.* & *labruſca* floribus *hexandris*; adeoque ad illam claſſem referenda. In Vinetis culta.
65. THESIUM *linophyll.* In montibus.
66. ASCLEPIAS *vincetoxicum.*
67. SALSOLA *ſoda.*
68. ULMUS *campeſtris* ; foliis non ſemper duplicato-ſerratis. Vidi in foliis *Gallas* fragiformes, frequenter.
69. GENTIANA *perfoliata.*
70. ERYNGIUM *campeſtre ;* foliis glabris. In collibus.
71. BUPLEURUM *rigidum.*
72. B. *rotundifolium* ; involucro ſæpe monophyllo.
73. CAUCALIS *leptophylla;* feminibus non verticillatim hiſpidis.
74. PEUCEDANUM *officinale.*
75. CHRITHMUM *maritim.* Gall. *Bacille* vel *Percepierre.* Ad littora copioſe. Folia aceto per octiduum ſubacta, adhibentur inter acetaria.
76. SESELI *tortuoſum.*
77. TAMARIX *gallica;* ramis ſquamatis; ſquamis alternis, ſeſſilibus, lanceolatis; ramulis brevibus, imbricatis; foliolis lanceolatis, confertis. In collibus. (*)
78. LINUM *narbon.* potius *L. ſtrictum*; flore luteo.
79. DAUCUS *carota.* In arvis.

HEXANDRIA.

80. APHYLLANTES *monſpelienſ.* Ad baſin caulis folio gaudet lineari, ſemipollicari, filiformi, ex apice vaginæ longæ, membranaceæ. Si vero planta ſine radice evellitur, ſecedunt caules e vaginis foliumque relinquunt, & illa Aphylli nomen per errorem obtinet.
81. ORNITHOGALUM *narbonenſe.*
82. ASPARAGUS *acutifolius.*
83. HYACINTHUS *comoſus.*

84. JUNCUS *effuſus.*
85. RUMEX *pulcher.*
86. R. *acutus.*
87. R. *acetocella.* Valde grandis excreſcit.

OCTANDRIA.

88. ERICA *ſcoparia.*
89. E. *viridi-purpurea.*

DECANDRIA.

90. RUTA *gravcolens*; major; ſpontanea, germinis punctis 20.
91. R. *ſylveſtris*; foliis ſublinearibus.
92. MELIA *azadir*; foliis magnis pollicaribus.
93. SAPONARIA *vaccaria.* In arvis.
94. DIANTHUS *arenarius*; ſquamis calyculi ſenſim elongatis.
95. CUCUBALUS *behen.* In arvis.
96. SILENE *conica*; caule non dichotomo.
97. ARENARIA *rubra.*
98. COTYLEDON *umbilicus*; caule non ramoſo.
99. SEDUM *album.*
100. AGROSTEMMA *githago.*

DODECANDRIA.

101. ASARUM *hypociſt.*
102. RESEDA *lutea.*
103. R. *alba*; 3-gyna.
104. R. *ſeſamoides.*
105. EUPHORBIA *ſpinoſa.*
106. E. *helioſcopia.*
107. E. *ſerrata*; arvenſis, umbella ſæpe trifida.
108. E. *peplis*; caule vix procumbente.
109. E. *characias*; fruticoſa. In montibus.
110. E. *cyparifſias*; foliis pini.
111. E. *ſegetalis*; foliis linearibus, integris; umbella terminali, 5-fida; pedunculis axillaribus ſubtus plurimis; involucello cordato-acuto.

ICOSAN-

ICOSANDRIA.

112. AMYGDALUS *communis.*
113. CRATÆGUS *oxyac.*
114. PYRUS *cydonia.*
115. ROSA *canina;* petiolis glabris. *Variat*, petiolis aculeis parvis; marginibus calycis glandiferis; foliis obscuris.
116. RUBUS *fruticosus.*
117. R. *aculeatus*; fructu nigro.

POLYANDRIA.

118. CAPPARIS *spinosa.* In siccis passim.
119. CHELIDONIUM *glaucum.*
120. CH. *hybridum.* In collibus.
121. PAPAVER *hybridum.* In arvis.
122. P. *dubium*; setis caulis patentibus.
123. CISTUS *monspelienſis.*
124. C. *salvii fol.*
125. C. *fumana*; fruticosus; foliis solitariis, linearibus, sparsis.
126. C. *thymifolius*; foliis congestis vel fasciculatis, linearibus; non vero oppositis, nec ovato-linearibus.
127. NIGELLA *damasc.*
128. CLEMATIS *vitalba.*
129. CL. *flammula.*

DIDYNAMIA.

130. TEUCRIUM *polium*; verticillis pedunculatis.
131. T. *pseudochamæpit.*
132. SIDERITIS *hirsuta.*
133. THYMUS *acinos.*
134. TH. *vulgaris.*
135 LAVANDULA *spica.*
136. STACHYS *germanica.*
137. MENTHA *spicata.*
138. M. *rotundifolia.*
139. PHLOMIS *lychnitis.*

140. PHLOMIS *herba venti.*
141. MARRUBIUM *vulgare.*
142. M. *ſupinum.*
143. M. *peregrinum.*
144. M. *candidiſſ.* parcius.
145 BALLOTA *nigra*; labio ſuperiore ſæpe reflexo.
146. ANTIRRHINUM *orontium.*
147. A. *majus.*
148. A. *triphyllum.*
149. MELISSA *nepeta.*
150. OROBANCHE *major.*
151. SCROPHULARIA *canina.*

TETRADYNAMIA.

152. MYAGRUM *perenne*; monoſperm. frequens in arvis.
153. DRABA *incana*; cum ſtylo.
154. LEPIDIUM *procumbens*; capſula connata, dentata.
155. L. *iberis*; ſeu graminifol.
156. ALYSSUM? ſilicula 2-loc. 2-ſperma.
157. BISCUTELLA *didyma.* In collibus.
158. IBERIS *pinnata*; foliis ſæpe trifidis.
159. SISYMBRIUM *altiſſ.* caule non hiſpido. Gall. *Roquettes ſauvages*; edulis.
160. BUNIAS *erucago.*
161. RAPHANUS *raphaniſtr.*

MONADELPHIA.

162. GERANIUM *molle.*
163. G. *malacoides.*
164. MALVA *ſylveſtris.* In collibus.

DIADEL-

DIADELPHIA.

165. POLYGALA *vulg.*

166. SPARTIUM *junceum*; ramis alternis.

167. SP. foliis nullis; ſpinis trifido-patentibus, confertis; ſtipula mucronata ſubjecta. Calyx bivalvis, perſiſtens. Siliqua convexa, villoſa, monoſperma. An *Geniſta lupitan*?

168. ONONIS *minutiſſ.* varior.

169. O. *natrix*; flore luteo; viſcoſa; ſine ſpinis.

170. LUPINUS *birſutus.*

171. LATHYRUS *ſativ.* Gall. *Pois quarrées*; cultus.

172. L. *pratenſis.*

173. L. *ſilveſtris*; luteus.

174. ASTRAGALUS *monſpeſſ.*

175. LOTUS *dorycnium.*

176. L. *hirſuta*; flore glomerato.

177. L. *fruticuloſa*; leguminibus villoſis, compreſſis.

178. CICER *arietin.* Gall. *Pois pointues.* cultum.

179. CYTISUS *nigricans*; villoſus, non tamen tomentoſus.

180. HIPPOCREPIS *multiſiliqua.* copioſe ad montes.

181. SCORPIURUS *ſubvilloſa.*

182 SC. *ſulcata.*

183. VICIA *peregr.* ſiliquis ſæpe 5-ſpermis.

184. ORNITHOPUS *ſcorpioid.*

185. Or. *compreſſus.*

186. CORONILLA *juncea.* Ad montes frequens.

187. PSORALEA *bituminoſa.* Variat flore albo.

188. ROBINIA *pſeudo-acacia.* Arbor urbana, culta.

189. TRIFOLIUM *fragifer.*

190. T. *ſtellatum.*

191. T. *melilotb.* capſulis concentr. circinatis.

192. MEDICAGO *falcata.*

193. M. *polymorpha*, *orbicularis.* (*) cfr. Cent. V. 42.

194. M. *intervexta*; non eſt dicarpos.

195. M. *ſinctu muricato*, *globoſo*; *foliolis obcordatis*, *baſi integris*; *cæterum ſerrato-denticulatis.*

POLYADELPHIA.

196. CITRUS *aurant.* Sinens. in horto privato, Monſpel.

SYNGENESIA.

197. TRAGOPOGON *pratenſe*; purpureum.
198. TR. *picroid.* foliis pinnatis, haſtatis. In vallibus.
199. TR. *porrifol.* calyce bipollic. ſeminib. ſeſquipoll. in arvis rarius.
200. TR. *dalech.* foliis radicalibus & caulinis interioribus lyrato-ſinuatis; ſed caulinis ſupremis ternatis, ovato-lanceolatis, integris, ſubdentatis; ſeminibus hiſpidis. Ad littora & in arvis.
201. SCORZONERA *orient.* non caule, ſed ſcapo ſub-unifloro. (*)
202. SC. *humilis*; foliis non nervoſis, nec pappo plumoſo.
203. SC. *picroides*; pappo ſimplici, vix piloſo, longe minus plumoſo.
204. HIERACIUM *perforatum.*
205. H. *glutinoſum.*
206. H. *murorum.*
207. SONCHUS *alpinus*; in arvis.
208. S. *arvenſis.*
209. S. *oleraceus* & S. *tenerr.* uterque tomento ſub calyce, & pappo non plumoſo.
210. LACTUCA *viroſa.*
211. LEONTODON *maritim.* octangulare, calyce 8-gono.
212. CREPIS *tector.* In arvis paſſim
213. HYOSERIS *hedypnois*; calyce calyculato-imbricato; pappo ſeſſili, piloſo; ſeminibus punctato-ſtriatis. *Variat*: glaber; piloſus; aculeato-muricatus; tamen ejusdem ſpeciei.
214. H *cretica.*
215. H *rhagadiol.*
216. LAPSANA *zacintha*; calyce laxe imbricato; floris fructu calyculato, octagono; pappo ſubpiloſo, fructu ferrugineo, 8-angulo, piſi magnitudine; caule ſpitham.
217. CICHORIUM *endivia*; in declivibus.
218. CARDUUS *ferratuloides.*
219. CATANANCHE *cærulea.*
220. CNICUS *benedict.*
221. C. *acarna*? foliis tomentoſis, decurrentibus; ſpinis flavis.
222. CARTHAMUS *lanatus.*
223. EUPATORIUM *cannabin.*
224. ARTEMISIA *campeſtris.*
225. GNAPHALIUM *ſordidum.*
226. GN. *ſtœchas.*
227. SENECIO *jacobœa.*
228. S. *paludoſ.* Ad aquas *Caſtelnaud.*
229. ANTHEMIS *arvens*; receptac. paleaceo.

230. BU-

230. BUPHTALMUM *ſpinoſum* & *maritim.* Utrumque ſtylo flórum hermph. bifido. Frequenter in collibus apricis; quos veſtiunt perquam pulchre, flores viciſſim exornantur hoſpite *Meloe cichorii*, inſecto elegantiſſimo

231. CENTAUREA *collina*? floribus flavis; calyce ciliato-ſpinoſo; foliis bipinnatifidis.

232. C. *aſpera*; foliis valde dentatis.

233. C. *crupina.*

234. C. *paniculata*; foliis caulinis non lanceolatis, ſed pinnatis; calycis ciliis longis; floribus flavis.

235. C. *conifera.*

236. C. *calcitrapa.*

237. C. *ſolſtitialis.*

GYNANDRIA.

238. ARISTOLOCHIA *rotunda.*

239. SERAPIAS *bellebor.*

MONOECIA.

240. THELIGONUM *cynocrambe.*

241. POTERIUM *ſanguiſorb.* foliolis pollicarib. anguſtis.

242. QUERCUS *robur*; an *cervis*? foliis ſubtus tomentoſis.

243. QU. *Ilex.* *a*) foliis ſubintegris, acutis.
b) integris obtuſis.
c) aculeatis margine undique. Communi nota conveniunt; foliis ſubtus tomentoſis; & diſtinguuntur a *Q. coccif.* cujus folia utrinque glâbra.

244. MORUS *alba*; domeſtica, culta.

245. MOMORDICA *elater.* in collibus parcius.

246. PINUS *ſylveſtr.* in montib. parcius.

DIOECIA.

247. SMILAX *aſpera*; non frequens.

248. JUNIPERUS *communis*; rarior.

249. PISTACIA *terebinth.* foliolis obtuſis.

250. SALIX *viminalis.*

251. MERCURIALIS *tomentoſa.*
252. OSYRIS *alba?* frutex; foliis ovato-mucronatis.
253. CORIARIA *myrtifol.*

POLYGAMIA.

254. VALANTIA *cruciata;* pedunculis non diphyllis.
255. PARIETARIA *officin.*
256. ÆGILOPS *ovata;* ariſtis calycis ſemper quaternis. His in oris gramen frequentiſſimum.

CRYPTOGAMIA.

257. BRYUM *pomiforme.*
258. FUCUS *pavonic.*
259 F. *dichotom.* planus, aphyllus.
260. SPONGIA *tubuloſa;* interdum ſine ramis.
261. CONFERVA *inarticulata;* ramoſa, villoſa, dichotoma; tamen non ſemper.
262. C. *corallin.* Variis Fucis aliisque Confervis adhærens.
263. C. *albida;* ramoſa, inarticulata, nerviformis.
264. C. *albida;* ramoſa, articulata, confluens. An Corallin?

✥ ✥ ✥

265 CHAMÆROPS *humil.* in horto Monſpelienſi botanico.

FLO-

FLORULA
MELITENSIS.

1. SALICORNIA *europæa*. Ad Sal.
2. SALVIA *verbenac*.
3. ROSMARINUS. *offic*.
4. PHALARIS. *canariens*. Ad Sal.
5. POA *filicina*.
6. PANICUM *dactylon*.
7. P. *glaucum*.
8. POLYCARPON *tetraph*. in cultis.
9. LAGURUS *ovatus*. Ad Sal.
10. AVENA *fatua*.
11. HORDEUM *murinum*.
12. AGROSTIS. In horto.
13. CYNOSURUS *panicens*.
14. SCABIOSA *atropurp*. hort.
15. CRUCIANELLA *maris*.
16. PLANTAGO *ferraria*; foliis lanceolato-dentatis. Ad Sal.
17. PL. *coronopus*.
18. GALIUM *aparine*. An *Valantia*? fructu tuberculato. Ad Sal.
19. SHERARDIA? in cultis. (*).
20. SAMOLUS *valerandi*. Ad Sal. & in ruderatis.
21. CONVOLVULUS *arvens*.
22. ERYNGIUM *albo-villosum*.
23. CHENOPODIUM *fruticos*. Facie *Salf. vermic*. Ad Sal.
24. CRITHMUM *marit*. Ad Sal.
25. SOLANUM *lycopers*. In hortis cult.
26. HYOSCYAMUS *aureus*. Ad vias.
27. CRESSA *cretica*.
28. DAUCUS *carota*.
29. HEDERA *helix*.
30. BETA *vulg*. capsula multi-anfata.
31. FRANKENIA *pulverul*. In ruderat.
32. ALLIUM ad margines agrorum.
33. ARENARIA *peploides*.
34. OXALIS *cornic*. in cultis.
35. RESEDA *alba*; tetragyna. In ruder.
36. R. *undata*; Calycis dente supremo non minore. Spontanea in horto D. *Locano*.
37. PUNICA *granat*. hortens.
38. MESEMBR. *nodifl*. Ad Sal.
39. CHELIDONIUM *glaucum*.
40. CAPPARIS *spinosa*.
41. PAPAVER *hybr*. In arvis.
42. P. capsulis globosis, hispidis.
43. DELPHINIUM *elatum*.
44. THYMUS *serpyllum*.
45. THYMUS *zygis*.
46. MENTHA *arvens*.
47. M. *exigua*. Ad Sal.
48. M. *puleg*-culta; incolis vocata *Poleg*.

(*) Siccum specimen intuens, video *Sherardiam* hanc a charactere generico discrepantem; genus tamen determinare jam nequeo. *Caulis* dichotomus, pilosus. *Folia* ad dichotomias bina, opposita, tridentata. *Flores* subsessiles, solitarii, in dichotom. *Calyx* 5-fidus, ciliatus, magnus, persistens. *Corolla* tubulosa, elata, basi angusto-filiformis.

49. SATUREIA *hortens.* incolis *Sariette.*
50. ANTIRRHINUM *majus.*
51. A. *orontium*; floribus ecalcaratis; foliis oppositis.
52. LEPIDIUM *sativ.* in hortis.
53. ALYSSUM *alyssoid.* staminib. non dentatis. Ad vias.
54. MALVA *sylvestr.*
55. ALCEA *rosea*; hortens.
56. TRIFOLIUM *stellatum.*
57. HEDYSARUM *onobr.*
58. TRAGOPOGON *picroid.* foliis lanceolato-hastatis, dentatis.
59. SCORZONERA *picroid.*
60. SONCUS *olerac.* Ad Sal.
61. HYOSERIS *cretica.* Ad Sal.
62. HYPOCHOERIS *urens.* Ad vias.
63. CICHORIUM *spinos.* Ad Sal. Usus ad purganda & lævigandа navigia & scaphas.
64. CARDUUS *lanceolat.* Ad Sal.
65. C. *syriacus*; foliis sessilibus amplexic.
66. C. *cyanoides*; an *Cyanara?* Incolis *artichots sauvages*, capitulo grandi cæruleo; cæterum similis *Cnico denta*to. Cent. VIII. 83.
67. SENECIO *vulg.* Ad vias.
68. S. *jacobæa.* Ad Sal.
69. S. *incan.* ad muros & in rupibus.
70. CHRYSANTHEMUM *segetum*; ubique frequens.
71. ACHILLÆA *odorata.* Ad Sal.
72. BUPHTALMUM *spinos.*
73. B. *melitense.*
74. CENTAUREA *galact.*
75. C. *calcitr.*
76. C. *melitense.*
77. C. *solstit.* Ad vias.
78. C. *moschata.* culta: fasciculatim (bouquettes) venditur.
79. PICRIS *echioides.* Ad Sal.
80. OTHONNA *cineraria.*
81. ARUM *colocosia.*
82. URTICA *pilulifera.*
83. ZANNICHELLIA flor. umbellatis. Ad Sal.
84. CERATONIA *siliqua*: foliis abrupte pinnatis.
85. VALANTIA fructu globoso, lacunoso.
86. ADIANTHUM *capill. ven.* frequens ad aquæduct.
87. OBSCURA; articulata; equiseti-formis; foliis fasciculato-verticillatis. Sicca fragilissima, intense viridis. Ad Salinas in fonte aquæ dulcis.

FLORA

FLORA
CONSTANTINOPOLITANA,

LITTORIS

AD

DARDANELLOS

ET

INSULARUM

TENEDOS,
IMROS,
RHODI.

FLORÆ

CONSTANTINOPOLITANÆ

IDEA.

Itineris noſtri Orientalis ſcopus erat Ægyptus & Arabia Felix; illuc tendebant deſideria noſtra; Flora ergo *Regionis Conſtaurp.* & Inſularum *Tenedos*, *Imros* & *Rhodi* imperfectiſſima eſt, ſubitanea & curſoria manu collecta, e ſpicilegiis menſis Auguſti, plurimis jam plantis emortuis vel defloratis. Eam vero minime ſterilem eſſe, vel hicce faſciculus probat. Hortenſium copia hic, ut in toto Oriente exigua eſt; nec arriſit mihi excuſatio, qua culpam transferebant incolæ in frigora hyemalia, tam fortiter ſæpe dominantia, ut plantarum mitioris ſoli culturæ obſtent.

Principio, extra Urbem obveniunt AGRI; remotius inde COLLES deſerti, *Ciſto* (ladan.) veſtiti, *Erica* (umbell.) *Carlina* (corymb.) &c. Ad vias paſſim plantata *Piſtacia* (tereb.) Dein SYLVÆ magis magisque exſurgunt, *Fago* (caſtan. καζάνεα) *Arbuto* (uned.) *Acere* (campeſtr.), *Meſpilo* (pyrac.) *Hypericum* (aſc.) mira copia luxuriat inter arbores; & *Smilax* (aſp.) illas ſcandens, loca hæc reddit perplexa ultra quam dici poteſt.

BELGRAD pagus urbi vicinus juxta AQUÆDUCTUM antiquæ artis & induſtriæ monumentum illæſum; obumbratum ſylvula *Carpini* pergratiſſima. Adhærent Canali plantæ humidi fundi; *Andropogon* (iſch.), *Ruta* (mur.), *Phyſalis* (alkek.)

BUIUCHTARI, ORTACUI, BALTALIMAN proximi ſunt pagi vel ſuburbia. THERAPIÆ littora ſcatent *Schiſto* cinereo, atque nigro, venis albis.

TIÆRDE, ERACLISSA, MÆRAITE Græcorum rura ab Europæa parte Maris Marmoræ, ſolo inſiſtunt arenoſo agris occupato.

BORGHAS Fons Natoliæ 20 mill. a Dardanellis verſus urbem. Circumjecta regio ornatur agris *Cucumeris* (citrull.) & agellis *Seſami* (orient.), bene cultis & ſollicite purgatis. Longius diſtant montoſa loca fruticibus raris veſtita: *Rhamno* (paliur.) *Quercu.* (cerv.), *Piſtacia* (tereb.) *Pyro* (ſpin.)

DARDANELLI terra ambiuntur littorea, arenaceo-petroſa, ruderatis mixta. Uno in loco *Terra Cretacea* & *Argilla porcellana*. *Seſamum*, *Goſſypium* & *Zea* majs in cultis habitant.

TENEDOS

TENEDOS tota referebat colles ſteriles, agris exceptis, hoc tempore demeſſis. *Montes* Inſulæ *Sixo* conſtant duriſſimo, rubicundo, particulis ſubtilibus. *Aliud Saxum* magis raſile & mixtum, non ſcintillat chalybe percuſſum; cum Aqua forti parum efferveſcit. Montes conſtituit procul cœruleſcentes inter priores, qui rubri conſpiciuntur.

NATOLIA E REGIONE TENEDOS *littus* offert arenoſum, in quo *Salſola* (kali), & *Iſatis* (æg.) læte vigent. *Superior* area *Santolinam* nutrit, *Serratulam* (centaur.) & *Euphorbiam* (polygonif.) Ulterius progrediendo plantæ occurrunt Græciæ vulgares.

IMROS incolas alit pauperrimos, ipſa tenuioris fundi & ſolo aquæ dulcis Fonte laudanda. Areolæ paucæ terræ melioris agros plantasque geſtant. Conſtat regio PETRA CAICABEA, quæ mira latitudine ſubſternitur Inſulis Archipelagi & Maris Mediterranei fere omnibus.

SMIRNAM & RHODUM in tranſitu, paucis horulis viſitavimus.

NOTARUM EXPLICATIO.

Td. Tenedos.
Imr. Imros.
Brg. Borghàs fons.
Ecl. Eracliſſe: pagus.
Dd Dardanelli.
Cph. Conſtp. hortenſes.
Bg. Belgrad, pagus.
Bj. Bujuchtari, pagus.
Sm. Smirna.
Rh. Rhodus.

(*) Denotat *Species* aut novas, aut illuſtratas, & in Centuria VIII. deſcriptas. Cryptogamæ in Cent. VII exſtant.

(**) Deſignat novum *Genus* in Cent. VIII. 35. deſcriptum.

MONANDRIA.

1. SALICORNIA *europæa.* - Dd. Το Χελιδμον. fruticoſa. cfr. Cent. I. 1.
Sm. Aceto ſubacta edulis.

DIANDRIA.

2. (*) OLEA *europæa.* - - Archipel. ubique. Ἐλιες. ſylveſtris.
3. SYRINGA *vulgaris.* - - Cph.
4. JASMINUM *a) fruticans.* - Cph.
5. - - *b) officin.* - - Cph. *variat*: flore albo, rubro, flavo.
Multum colitur ob *flores* & ex iis paratum unguentum (*Pomade*); verum & propter ipſum *Caulem*, qui arte fulcitur, ut rectus excreſcat; dumque longus evaſit, plurimo venditur pretio, & fiſtulæ tabacariæ vices miniſtrat; quæ, his in terris, quo longiores habentur, tanto magis æſtimantur; accedit, quod lignum, quo abundantius oleo tabaci ſaturatur, eo lentius fit & flexilius.
6. VERONICA *a) anagallis.* - Sm.
7. - - *b) latifolia.* - Sm.
8. VERBENA *officinal.* - - Sm. Brg. Caules plures ex una radice.
9. LYCOPUS *europæus.* - - Sm. Ecl. Hortis infeſta herba.
10. ROSMARINUS *offic.* - - Cph. Δενδρολίβανο.
11. SALVIA *a) verbenac.* - Imr. Brg. Ἀγριοβασιλικὸ.
12. - *b) viridis.* - - Ecl. Calycibus totis reflexis.
13. (*) *c) bifida.* - - Bg.
14. - *d) officin.* - - Bg. Φασκομίλια.
Foliis incanis, ternatis, extremo maximo.
Decoctum laudatur ut Stomachicum excellens.
Copioſe creſcere ajunt prope urbem in *Iſola de Prince.*
15. CIRCÆA *lutetian.* - - Bg. In arvis.

TRIANDRIA.

16. IRIS *german.* - - Rh. In ruderatis copioſe.
17. CYPERUS *a) eſculent.* - Bg. Κύπερος. radix magna, edulis, ſapore aromat.
18. (*) *b) minimus.* - Dd.
19. SCIRPUS *romanus.* - - Dd. Brg. Κόφο βρῦλο. copioſe.
20. PANICUM *a) ſanguin.* - Bg. Sm.
21. - *b) crus galli.* - Bg. Sm. Κεχρὶ.

22. PANICUM *c) glaucum* - Imr. Sm.
23. - *d) crus corvi* - Sm. rachi 3-gona.
24. - *e) dactylon.* - Td. parce. Αγριὰ vel Αγριάδα.
25. - *f) repens.* - Bg. Αγλώστο.
Decoctum ptisana ex radice, frequens in usu apud Turcas.
26. - *g) muricatum.* - Ecl. totum hispidum.
27. PHALARIS *a) crinita.* - Sm.
28. - - *b) utriculata.* - Brg.
29. - - *c) canariensis.* - Imr. Brg. Ανεμόχορτο.
30. (*) - *d) muricata.* - Dd.
31. - - *e) phleoid.* - Imr.
32. - - *f) bulbosa.* - Bj.
33. DACTYLIS *glomerata.* - Imr.
34. LAGURUS *ovatus.* - - Dd.
35. MELICA *ciliata.* - - Imr.
36. BROMUS *a) rubens.* - - Imr.
37. - - *b) tectorum.* - Brg.
38. - - *c) divaricatus.* - Imr. Brg. *variat*: aristis rectis.
39. AVENA *a) fatua.* - - Imr. Brg. Αγριο γένυμα.
40. - - *b) elata.* - - Bj. Parva, subspicata; caule & foliis villosis.
41. ARUNDO *a) donax* - - Dd. Κῆφο κάλαμο.
42. - - *b) villosissima.* - Dd.
43. - - *c) epigejos.* - Ecl.
44. LOLIUM *perenne.* - - Imr. Sm.
45. SECALE *cretic.* - - Bj.
46. ELYMUS *a) maritim.* - Dd.
47. - - *b) arenar.* - Ecl. rarior.
48. HORDEUM *a) jubatum.* - Ecl.
49. - - *b) hexastich.* - Imr. Κριθάρι.
50. - - *c) murinum.* - Imr. Dd. Sm.
51. - - *d) pervers.* - Brg. Κοφόχορτο.
Flore medio masculo, aristato.
52. - - *e) imrinum.* - Imr. In collibus, parcius.
Flosculo medio hermaphr. aristato; lateralibus masculis muticis; aristis longis; culmo pedali. Facies *H. murini*; forte tamen nova species.
53. TRITICUM *a) repens.* - Brg.
54. - - *b) sativum.* - Imr. Σιτάρι.

55. TRITICUM *c) junceum.* - Dd. Sm. Brg. foliis involutis.
56. CYNOSURUS *echin.* - Bg.
57. MOLLUGO *polycarp.* - Cp. in plateis.

TETRANDRIA.

58. SCABIOSA *a) arvenſis.* - - Brg. Dd.
Corolla 4-fida, radiante, rubra; caule diffuſo; ramis magnis, patentibus.
59. (*) - *b) lyrata.* - Bj. Ecl.
60. - - *c) tranſylvan.* - Ecl. In collibus parce.
Corollæ 4-fidæ; involucella ovato-ſetifera.
61. - - *d) maritima.* - Dd. Γαλλαζίδα.
α) Flore albo; caule & foliis glabris; pedunculis ſolis apice piloſis.
β) Flore violaceo; caule & foliis piloſis. Dum ſiccantur, flores albeſcunt.
62. PLANTAGO *a) pſyllium.* - Brg. In agris parcius.
63. - - *b) lanceolata.* Bj Sm.
64. - - *c) coronopus.* - Imr.
65. - - *d) major.* - Brg. Πενταένευρον.
66. - - *e) aquatica.* - Sm.
67. SANGUISORBA *offic.* - Bg. Tota hirſuta.
68. RUBIA *tinctor.* - - Bg. In ſylvis.
Stamina 5, non 4. Piſtill. 2.
69. GALIUM *a) album.* - Sm.
Fructu hiſpido; foliis 6-nis, 7-nis, vix 8-nis.
70. - - *b) tinctor.* - Dd.
71. (*) - *c) paſchale.* - Cp. Ριζάρι.
72. ASPERULA *cærulea.* - Dd.
73. CORNUS *a) maſc.* - Cph.
74. - - *b) ſuecica.* - Cph.
75 ELÆAGNUS *anguſtifol.* - Td. Ecl. *Idæ* Turc.
Folia ſubtus quaſi argentata. Fructus drupa, colore flavo, magnitudine olivæ, edulis. Flores non vidi; fortiſſimi eſſe odoris, ajunt. Arbor hortenſis.

PENTANDRIA.

76. MIRABILIS *jalapa.* - Cph. Variat flore varior. color.
77. PLUMBAGO *europæa.* - Dd Rh.
78. ECHIUM *a) italic.* - Bj. Flore ſubæquali; tota planta villoſa, aſpera.

79.

79 ECHIUM *b) creticum.* - Dd. Brg. Td.
Caule procumbente; ſtaminibus longioribus labio corollæ breviore.

80. - - *c) caule erecto.* - Dd. Imr. Κοφόχερτο.
Floribus ſpicatis, albis, ſub-regularibus, calyce duplo longioribus.

81. CERINTHE *minor.* - Dd. Bg. Fructu ſolitario.

82. BORAGO *offic.* - - Cph. Βερράζα.

83. ANCHUSA *bugloſſ.* - Brg. Hiſpidiſſima; flore flavo.

84. HELIOTROPIUM *europ.* - Dd. Ecl. Rh.

85. CORTUSA? - - - Sm.
Monopet. infera; capſula 1-locul. Folia lanceolata, ſubdentata.

86. ANAGALLIS *arvens.* - Brg. Variat colore rubro, cæruleo.

87. CYCLAMEN - - Dd.

88. CONVOLVULUS *a) lineatus.* Dd.

89. - - *b) ſepium.* Sm.

90. (*) - *c) ſericeus.* Ecl.

91. - - *d) arvenſis.* Imr. Brg. Dd. Περιπλοκάδα. Turc. *Sarmaſjik.*
Smirnæ caule proſtrato.

92. DATURA *ſtram.* - - Bj. Flore ferrugineo.

93. HYOSCYAMUS *a) aureus.* Td. Μελαχόρταρο.
Foliis petiolatis, ſinuatis, villoſis, triangularibus; floribus ſubſeſſilibus.

94. - - *b) albus.* - Td. Rh. Sm. Caule lanuginoſo.

95. VERBASCUM *a) phlomoid.* Td. Dd. Brg. Φλόμο.

96. - - *b) ſinuatum.* Dd.

97. - - *c) thapſus.* - Ecl.

98. - - *d) blattaria.* Bj.

99. NERIUM *oleandr.* - - Imr. Ad rivulos. Πικρ / Νερ Αφύλλαθο.

Variat flore albo & rubro. Cph ibi vocatur Αρεδάφνε.

100 LYSIMACHIA *numular.* - Bg Ad aquas.

101. CAPSICUM *annuum.* - - Ecl. Cph. Πιπέριες. Fructus crudus edulis

102. SOLANUM *a) melong.* - Cph. Μελισάνα. Turc. *Patliſjana.*
Copioſe cultum.

103. - - *b) dulcamar.* - Cph. Sm.
Floribus æruleis; foliis ſupremis non haſtatis, ſed omnibus cordatis; ad baſin ſingulæ laciniæ corollæ, ſunt maculæ 2 albæ.

104. - - *c) nigrum.* - Imr. Brg. Σκιλοζάφιλο.

105. PHYSALIS *a) alkekengi.* - Bg. Ad aquæductum.

106. PHYSALIS *b) curaſſav.* - Rh.
107. - - *c) ſomnifer.* - Ibid. Copioſe.
108. CAMPANULA *perſicariæ folio.* Bj.
109. LONICERA *caprifol.* - Bg. Cph. Αγιόκλημα.
110. RHAMNUS *a) paliur.* - Imr. Dd. Ξάλλι. In apricis.
111. - - *b) ſpinoſus.* - Cph.
112. VITIS *vinifera.* - - Bg. Γρεντζιελα.
Spontanea, ſarmentoſa, ſummas arbores ſcandens, mire eas implicando. Fructus ovato-globoſus.
113. RIBES *a) rubra.* - - Cph.
114. - *b) groſſul.* Cph.
115. HEDERA *a) helix.* - - Imr. Rh. Κίσσο.
Folia recentia fonticulis imponuntur.
116. - - *b) quinquefolia.*
Floribus maſculis non diſtinctis; petalis reflexis; ſeminibus 4. (cfr. Linn. Spec. Pl.)
Exoticus frutex; læte tamen increvit tempore brevi in pago *Baltalimon*; ubi perquam pulchre exornat gradus veſtibuli ædium ruralium Legati Boruſſici.
117. LAGOECIA? - - Imr.
Calyce, foliis & pappo dentatis.
118. CELOSIA *criſtata.* - Cph. Σαδέρι.
119. CYNANCHUM *acutum.* - Imr. Sm. Σαρμασίχι. Turc. *Sarmaſitji.*
120. APOCYNUM *androſ.* - Dd. Foliis fœtidis.
121. GENTIANA *centaur.* - Ecl. Stylo 1.
122. (*) SALSOLA *a) kali.* - Dd. Frg. Cent. II. 83. 84.
Foliis læviibus; caule nervis rubris, elatis; foliorum nervo ſubtus & ſupra pellucido.
123. - - *b) biſpida.* - Ecl. Ad littora.
124. - - *c) ſoda.* - - Sm.
125. CHENOPODIUM *a) album.* Td. *Siritjam* Turc. copioſe in ruderatis. racemis albentibus: piſtillum non niſi 1. An *Atriplex laciniata?*
126. - - - *b) viride.* Dd. Bg.
127. - - *c) ſcoparia.* Cph. *Belvedere* hortulanis.
128. - - *d) ambros.* Brg.
129. - - *e) foliis angulatis.*
130. BETA *vulgar.* - Cph.
131. HERNIARIA *hirſuta.* - Dd.

132.

132. GOMPHRÆNA *globoſa.* - Cph. *Μένθαστρον.*
133. ULMUS *campeſtr.* - - Ecl. Bg. *Γαύρος.*
134. ERYNGIUM *a) campeſtr.* - Td. Imr. Dd. *Αγγαθία.*
135. - - *b) fœtidum.* - Td. Imr.
Foliis glabris, ſpinoſis, radicalibus pinnatis, pinnis tripartitis.
136. - - *c) maritimum.* Brg. Foliis albis, tomentoſis.
137. - - *d) amethyſt.* Dd.
138. CAUCALIS *leptophyll.* Dd.
139. (*) ARTEDIA *muricata.* Td. Dd. Bj. *Αζόγγαρο.*
β) Variat: abortiens.
140. DAUCUS *a) carota.* - Dd. Sm. Laciniis calycis non revolutis.
141. - *b)* involucro extimo 3-fido. Sm.
Pedicelli umbellæ extimæ maturi & indurati ad dentiſcalpia adhibentur; ut & pedicelli *Ammi maj.*
142. - *c) gingid.* - Bj.
Radix acerrima. *Involucrum* utrumque pinnatum, ſurſum curvatum. *Foliorum* laciniæ lanceolatæ, mucronatæ. Folia hiſpida ut & Caulis feminaque. *Flores* abortientes pauci in diſco.
143. TORDYLIUM *anthriſc.* - Dd. Imr.
144. AMMI majus. - - Td. *Ασπερακέφαλος.*
Involucro univerſali ramoſo; partiali ſimplici; foliorum laciniis linearimultifidis.
145. BUPLEURUM *a) maritim.* Dd.
146. (*) - *b) flavum.* - Dd. In arvis.
Caulis dichotomus, pedalis, erectus. *Folia* radicalia linearia, adeo ut caulis fere nudus appareat: folia caulina lanceolato-linearia, ſeſſilia. *Involucella* univerſalia 5-phylla, lanceolato-mucronata, 3-carinata. Involucra partialia 5-phylla, umbella duplo longiora.
147. SIUM *nodiflor.* - - - Sm.
Foliolis ſerratis, tribus ultimis connatis in unum palmatum; at vix Involucrum univers.
148. CHRITHMUM *maritim.* - Dd. Bj.
149. BUBON - - Cph. *Petroſelinum macedon.* hortulanis.
150. SCANDIX *cerefol.* - Bg.
151. CHÆROPHYLLUM *ſylv.* - Bj.
152. ANETHUM *a) graveolens* - Brg. ſpontan.
153. - - *b) ficnicul.* - Dd.
154. VIBURNUM *opul.* - - Bj.

155.

155. SAMBUCUS *a) ebulus* - Sm. Ακαριὸν. Cp. Αβεζία.

156. - - *b) racemoſus.* Cph. Κεφοξύλια.

Ex fructu *Aqua* & *Acetum* præparatur.

157. (*) TAMARIX *gallica.* - Dd. Sm. Parcius. cfr. Flor. Eſtac. 77.

158. STATICE *a) tatar?* - Dd. Sm. Florib. diſtantibus, at non alternis.

159. - - *b) ſpecioſa.* - - Imr. Dd. Sm.

Caule angulato, parvo, fere proſtrato. *Variat*: α) floribus remotis. β) confertis, cymoſis. In terra fertili mire luxuriat caule fruticoſo; foliis radicalibus maximis.

160. - - *c) Foliis radicalibus oblongis.* Sm. Πενταύνευρον. Frequens in medic.

161. (**) ERACLISSA - - Ecl.

HEXANDRIA.

162. ALLIUM *a) oleraceum.* - Dd. Sm. Αγριο Κεφομιδόσποφος.

163. - - *b) marit.* - Dd. Foliis tubuloſis.

164. - - *c) caule foliis vaginato.* Bg. Umbella capſulifera.

165. - - *d) victor.* - - Bj. Caulis, non ſcapus baſi foliat.

166. - - *e) foliis ſubulatis.* Bj. Stamina ſimplicia; petala obtuſa.

An *All. tenuiſſ?* ſed grandis.

167 POLIANTHES *tuberoſa.* - Cph. Copioſe in areis hort. humilibus.

168. CONVALLARIA *majal.* - Cph. Μαφγαφιτάφια.

169. ASPHODELUS - - Td. Ασπεφδῆλο.

170. (*) ANTHERICUM *a) aphyllum.* Rh.

171. (*) - - *b) aſphodel.* Ibid.

172. LILIUM *album.* - - Cph. Κφίνος vel Σαμβάχι.

173. JUNCUS *a) ſpinoſus.* - - Sm. Imr. Dd. Copioſe. Βῆλο. Cent. III. 38.

Paniculæ infimæ involucris pungentibus; ſuperiores ſetiferis.

174. - - *b) conglomeratus.* Bj.

175. - - *c) effuſus.* - - Bg. Βῆφλα.

176. - - *d) panicula lateral.* Sm. Το βῆφλόν.

177. RUMEX *a) acetoſa.* - - Cph. Ξυνῆφα.

178. - - *b) obtuſifolius.* - Bg. Λάπαθο.

179. - - *c) ob. ſanguinei.* - Bg. Foliis baſi non cordato-lanceolatis.

180. (*) - *d) lapbanus.* - Bg. Λάχανο.

181. ASPARAGUS *acutifol.* - - Imr. Beg. Σπαφάγγια.

182. ALISMA *plantago.* - - Bg.

183. NARCISSUS *tazetta.* - Cph. E Cypro introductus, ubi copioſe circa urbem *Larnek* creſcit.

OCTAN-

OCTANDRIA.

184. TROPÆOLUM *minus.* - Cph.
185. EPILOBIUM *tetragonum.* - Bj. foliis non oppoſitis, ſed alternis.
186. ERICA a) *ſcoparia.* - Bg.
Foliis ternis aceroſis; caule hirto, ſæpe 3 uln. longo.
187. (*) - b) *verticillata.* Bj. Φεῦλα.
188. DAPHNE. - - - Bg. Ἄγρια Κάισια.
Foliis ſeſſilibus, ovato-acutis, ternis; gemma ſubulato-curva exeunte e centro ſummitatis.
189. POLYGONUM a) *orient.* - Cph. Stam. ſæpe 8: folia velutina, non hirta.
190. - - b) *maritim.* - Dd. Ecl. ſtipulis membranaceis.
191. - - c) *aviculare.* Dd. ſtipulis ſetiferis.
192. (*) - d) *perſicaria.* Bj. Ἄγρια πιπέρια. cfr. Cent. III. 52.

ENNEANDRIA.

193. LAURUS a) *nobilis.* - Cph. Bj. Δάφνε.
194. - - b) *indica.* - Bg. Ἀγριοδάφνε. Bacca biſperma.

DECANDRIA.

195. ANAGYRIS *fœtida.* - Cph. Sm. Ἀνδραβάνε.
196. RUTA a) *linifolia.* - Dd. Brg.
197. - - b) *graueolens.* - Bj. Cph. Ἀπήγανος. Turc. *Sendef.*
Anguſtifolia; ſpicis geminatis; capſulis punctis excavatis.
198. ARBUTUS *unedo.* - Cph. Κομάρια. Gall. *Arbouſier.*
Fructus quidem edulis; tamen ſolum ad Phaſianos paſcendos adhibetur.
199. TRIBULUS a) *terreſtr.* - Dd. Τριβόλια.
200. - - b) *lanuginoſ.* - Dd totus proſtratus.
201. SAPONARIA a) *offic.* - Dd. in horto ſpont.
202. - - b) *ocymoid?* Imr. Calyce 5-angulato, vix villoſo.
203. DIANTHUS a) *prolifer.* - Dd
Squamis calycis ariſtatis, tubum ſuperantibus.
204. - - b) *caryophyll.* - Imr. Cph. flore albo.
205. - - c) *barbatus.* - Cph. Ουτοσέβια.
206. ARENARIA a) *rubra.* - Sm. maritima.
207. - - b) *foliis carnoſis, ſubulatis.* Sm.

208. CUCUBALUS *a) behen.* - Imr.
209. - - *b) foliis craſſis.* Td. ad rupes.
210. SILENE *a) cretica.* - Brg. rariſſime.
211. - - *b) bupleurum.* - Bg.
Foliis cordatis, amplexic. racemis terminalib. erectis.
212. (☼) - *c) villoſa.* - Bg.
213. (☼) - *d) involuta.* - Dd. in arvis.
214. (☼) CERASTIUM *procumbens.* Dd. Bg.
215. OXALIS *corniculata.* - Bg. Μοσχόφιλό.
216. PHYTOLACCA *americana.* - Cph. ſpont. frequens.

DODECANDRIA.

217. PEGANUM *harmala.* - Td. ad littora. Βρομεχόρλαρο. *Iſerlich.* Turc.
218. PORTULACA *oleracea.* - Ecl. Γλιζρίδα. Cruda edulis Sm.
219. LYTHRUM *ſalicar.* - Dd. Ecl.
Flores omnes vidi *decandros*; an ſpecies diverſa; vel numerus ſtaminum inconſtans.
220. AGRIMONIA *eupator.* - Bg.
221. RESEDA *a) luteola.* - Dd.
222. - - *b) alba, trigyna, undata?* Td. Αγριχάρθαμο.
223. EUPHORBIA *a) polygonifol.* Imr. Dd. Sm.
Caule proſtrato, dichotomo; floribus axillaribus; foliis reniformibus, oblique petiolatis; capſulis glabris.
224. - - *b) ſuffruticoſa.* Rh. Ecl.
Foliis lanceolatis, ſparſis, ſeſſilibus, pungentibus, pollic. involucellis ſemi-orbiculatis, cum acumine.
225. (☼) - *c) belgradica.* Bg.
226. - - *d) pinifolia.* Dd.

ICOSANDRIA.

227. MYRTUS - - Cph. Βερσίνια.
228. PUNICA *granat.* - - Cph. Ρόδια. Turc. *Nâr.*
229. AMYGDALUS *perſica.* - Cph. Ροδάκινα.
Varietatem dictam *Amygd. Anglicam*, fructu glaberrimo, vidi ibidem in horto Græci cujusdam.

230. PRU-

230. PRUNUS *oxyacanth.* - - Td. Imr. parcius. Αγλάδα.
231. SORBUS *domeſt.* - - Cph. Bj.
Fructus in arbore maturitatem non aſſequitur, antequam hiems incidit: colligitur ergo & veſtibus bene velatur; ſicque ſenſim matureſcit.
232. MESPILUS *pyracanth.* - Bg. In ſylvis frequens.
Baccis rubris; calyce fructuque vix obtuſo.
233. PYRUS *a) cydonia.* - - Cph. Κυδόνια.
234. (*) - *b) ſpinoſa.* - - Imr. Dd. Αγγερίζα.
235. ROSA *a) gallica.* - - Cph. Βάνιελ. Turc. *Ammi ſerinl.*
Flos duplex, albus. *Folioli* lanceolata, acuta. Ædes altitudine exæquat.
236. - - *b) ephemera.* - - Cph. Turc. *Symbadjul*: id. nomen Græcis.
Foliolis obovatis, obtuſis. Semel quovis anno floret: flos explicatus ante meridiem ruber; p. m. pallidus; altero die albus.
237. - - *c) canina*; foliis acutis. Bg. Ἄγρια Ἰριανδαφίλια.
238. RUBUS *a) fruticoſus.* - - Dd. Imr. Sm. Βάτο. Fructus vocatur Μῆρις.
239. - - *b) rubus idæa.* - Cph.
240. FRAGARIA *veſca.* - - Bg. Φραῦλι.
241. POTENTILLA *repens.* - Sm.
242. GEUM *urbanum.* - - Bg.

POLYANDRIA.

243. PAPAVER. - - Imr. Παπαρῆνα.
244. CHELIDONIUM *glaucum.* - Td. Λολλέ Turc. *Hâwa ât.*
Caulis piloſus, vix hiſpidus. An ergo *Chel. coruic.*?
245. CAPPARIS *ſpinoſa.* - Td. Imr. Rh. Ριμονιαριά.
246. CISTUS *a) ſalviifol.* - Bg. Ἄγριο Φασκομηλιά.
247. - - *b) helianth.* - Dd. Bg.
Foliis ſuperne piloſis; margine ciliatis.
248 ACONITUM *monogyn.* - Dd
1-capſulare; nectario unico; caule foliisque multifidis, villoſis; flore pallide-violaceo.
249. DELPHINIUM *a) ajac.* - Cph. Καπετζίνος.
250. - - *b) conſolid.* Dd. Foliis ternis, teretibus, ſubcarnoſis.
251. (*) - *c) grandiflorum* Dd. Ἄγριο ζεμπελια.
252. AQUILEGIA. - - Cph. Καντίλι ζιλζεί. Nomen a Turc. mutuatum.

253. NIGELLA *arvenſis.* - Imr. Dd. Ασπερολολλᾶγι vel Μελανοχόρλαρο.
254. CLEMATIS *a) vitalba.* - Ecl.
255. - - *b) dioica.* - Cph. Ad fornices vivos (Berceaux) adhibetur.
256. RANUNCULUS *ſceleratus.* Sm.

DIDYNAMIA.

257. MENTHA *ſpicata.* - Dd. rarior. Ἀγριοδιόσμος.
258. SIDERITIS *mont.* - Dd.
259. TEUCRIUM *a) ſcord.* - Dd. Σκορδόχορλο.
260. - - *b) polium.* - Imr. Dd. Sm. Αγάπησβόλανη vel ἄσπερο χορλο. Capitatum, tomentoſum.
261. BETONICA *offic.* - Bj.
262. STACHYS *a) tomentoſa.* - Td. Μόσχο βολο χόρλαρο.
263. - - *b) ſylveſtris.* - Brg. Rarior. Flava, foliis ſæpe oblongis.
264. - - *c) cretica.* - Dd. Verticillis multifloris, fl. flavis; calycibus pungentibus.
265. BALLOTA *nigra.* - - Bg. in ruder. Sm.
266. MARRUBIUM *candid.* - Dd. Calycis dentibus duobus longioribus.
267. MOLLUCCELLA *fruticoſa.* Td. frequens. Χαραβὸ. In Imr. Αλιφάσχια. valde tomentoſa, cinerea.
268. THYMUS *a) zygis.* - Td. Σμάρι.
269. - - *b) ciliatus.* - Ecl Foliis ciliatis, lanceolato-linearibus.
270. OCYMUM *baſilic.* - Cph. Variat multum.
271. ORIGANUM *a) majus.* - Cph. Μασδραν.
272. - - *b) vulgare?* Imr. Td. Strobilo calyces colligente. *Orig. tenedicum* ſcriptis antiquor. jam celebratum.
273. - - *c) heracleot.* Imr. Cp. in foro Sultan Bajazid. Spicis brevibus.
274. CLINOPODIUM *incanum.* Imr.
275. MELISSA *offic.* - Cph. Bj. Μελισσόχορλο.
276. SATUREJA *a)* - - Cph. Αθρὶμβα.
277. (*) - *b) græca.* - Bg. in ruder. Φλασκῆνι.
278. ACANTHUS. - - Dd. Ξιλλαλρόως. Foliis ſinuato-pinnatifidis.
279. SCROPHULARIA *ſcorod.* Bg.
280. ANTIRRHINUM *a) ovatum.* Dd.
281. - - *b) ſpurium.* Brg. Viſcoſum.

282. (*) ANTIRRHINUM *c) supinum.* Bj.
283. (*) VITEX *agn. caſtus.* Ubique copioſe. *Λιγαρία.*
284. SESAMUM *orient.* - Td. *Σιτάμι.* In agris culta.

TETRADYNAMIA.

285. MYAGRUM *monoſp.* - Bg. *Ἀγριοσιβελιὲρ.*
286. IBERIS. - - - Imr.
287. LEPIDIUM *graminifol.* - Dd.
288. ERYSIMUM *offic.* - - Dd. Imr. *Αγριοπέριχο.*
289. CHEIRANTHUS *a) marit.* Dd. foliis omnibus ſinuatis.
290. - - *b) glabrifolius.* Cph. *Βιόλες δενδρόιδες.*
291. HESPERIS. - - Sm. Siliquis retro hiſpidis.
292. BRASSICA *caulifol.* - Cph. *Καρναβίλι.*
293. (*) ISATIS *pinnata.* Foliis carnoſis, pinnatifidis, dentatis, caule proſtrato, lævi. Siliqua monoſperma, delabente. cfr. Cent. IV. 73.
294. SINAPIS *arvens.* - - Bj. Siliquis lævibus
295. SISYMBRIUM *polyceras.* Td. Parce. *Αγριόπρα.*
Siliquis obtuſe tetragonis.

MONADELPHIA.

296. MELOCHIA *depreſſa.* - Brg.
Corolla flava, 5-petala; flore ſolitario, terminali.
297. GERANIUM *cicon.* - Ecl.
298. GOSSYPIUM *herbaceum.* - Td. *Βομβάκι.* Cultum. Capſulis 3-loc.
299. MALVA *tourneſ.* - - Td. Dd. *Μόλλοχα.* Turc. *Æbedjumez.*
300. ALCEA *roſea.* - - Imr. Dd. Calyce exter. ſæpe 8-fido.
301. ALTHEA *cannab.* - Brg.
302. HIBISCUS *a) ſyriacus.* - Cph. Hortul. *Malva arborea.*
Colitur arbor tota æſtate florens, floribus ſplendidiſſimis.
Variat: α) Corolla violacea, baſi rubra.
β) Corolla alba; baſi rubra. Calyx exterior 6-8 fidus.
303. - - *b) bamia.* - Sm. Copioſe cultus & expetitus a Turcis. Venditur fructus 8 *parà* 1 *Ok*, h. e 400 drachm. vel 2 *lb.* Danici ponderis.

DIADELPHIA.

304. SPARTIUM *junceum.* - Dd. Rh.
Foliis rariſſimis, filiformibus in ramulis ultimis.

305. ONONIS *alternifolia.* - Dd. In arvis frequens.
Caule & ramis ſpinoſis; foliis alternis, ſimplicibus.

306. PHASEOLUS *carac.* - Bg. Σαλλάγγα, i. e. *Cochlea*; propter formam floris.

307. LATHYRUS *pratens.* - Bj.

308. TRIFOLIUM *a) pratenſe.* Bg. Τριφίλι.

309. - - *b) rubens.* - Brg.

310. - - *c) ſtellatum.* Imr.

311. - - *d) melilot.* - Sm. flore albo vel cæruleo.

312 HEDYSARUM *virgin.* - Bg. Dd.

313. MEDICAGO *a) falcata.* - Brg.

314. - - *b) maritim.* - Brg. Dd.

215. ROBINIA *pſeudac.* - - Cph. *Bjaſarkûm* Turc.

316. CICER *arict.* - - Brg. Ρεβίζα.

317. CYTISUS *laburn.* - - Cph. Sm.

318. (*) LOTUS *a) belgradica.* Td.

319. - - *b) corniculat.* Imr. Ecl. Sm. Legumine feta terminato.

POLYADELPHIA.

320. HYPERICUM *a) aſc.* - Bg. Copioſe in ſylvis. Foliis diſtichis, lanceolatis.

321. - - *b) olymp.* - Td. Dd. Γεδρέα vel Αγεδρέα vel Αγαθεδρέα.

322. - - *c) foliis linearibus*, margine revolutis. Dd.

SYNGENESIA.

323. SCOLYMUS *hiſpanic.* - Brg. Κεφαλάγγαθο.
Similis *Catan. luteæ*; ſed ſeminib. non pappoſis.

324. CICHORIUM *a) intyb.* - Td. Dd. Κόρλα. Floribb. ſeſſilibus.

325. - - *b) endivia.* - Td. Brg. Bj. Ραδίκη. Turc. *Hiddiba.*
Folia Lactucæ loco eduntur. Decoctum foliorum radicat. febrifugum eſt.

326. CATANANCHE *lutea?* - Td. Imr. Dd. Rh. Ubique frequens. Σαρδαλρια vel Κεφαλάγγαθο.
Pappus 2-ariſtatus: flos fere capitatus: folia denſa, ciliato-ſerrata. An diverſa a *Scolymo hiſp.* cui adeo ſimilis?

327. HY-

327. HYPOCHOERIS *radic.* - Brg.
328. TRAGOPOGON *dalech.* - Dd.
329. PICRIS *a) ſpinoſa.* - Brg. Αγγερίζα.
330. - - *b) echioides.* - Brg. Rarior. Sm.
331. - - *c) hieracioides.* - Dd.
Seminibus triſulcatis; calyce hiſpido; laciniis dorſo planatis.
332. - - *d) lævis.* - - Brg.
Calyculo non deciduo; pappo ſtipitato; feminib. non transſulcatis.
333. LEONTODON *a) calyce* 8-gono. Imr.
334. (*) - - *b) megalorhizon.* Dd.
335. SCORZONERA *picroides.* - Td. parce. Sm.
336. CREPIS *a) biennis.* - Ecl.
Pappo ſtipitato; ſeminibus lævibus, recept. nudo.
337. - - *b) rubra.* - Dd. Sed hic flore flavo.
338. CHONDRILLA *juncea.* - Imr. Dd. Ἄγριο μαϛίχια.
Ad Belgrad vidi hanc plantam copioſe creſcentem; ſed in quouis ſpecimine Semina ab Inſectis conſumta vel arroſa.
339. (*) LACTUCA *a) ſinuata.* Ecl. Γαλαΐζίδα.
340. - - *b) ſaligna.* Dd. Σέχο. aliis Σόχο: nomen Sonchi.
341. (*) - - *c) decorticata.* Imr. Dd.
342. (*) HIERACIUM *a) hiſpidum.* Bg. In ſylvis rarius.
343. - - *b) ſorriſol.* Imr. Pappo ariſtis 4-5-ſubpiloſis.
344. LAPSANA *zacintha.* - Imr.
345. HYOSERIS *cretica.* - Td. Κολίζίδα. Calyce ſcabro.
346. CARLINA *a) rubra.* - Td. Κοκκάγγαθο. i. e. *Carduus ruber.*
347. - - *b) ch. lanatæ.* - Brg. glabra.
348. CNICUS *a) benedict.* - Dd.
349. - - *b) abortivus.* - Bj.
Semina in radio: diſcus abortiens, tenaciſſime & copioſe lanatus.
350. - - *c) Seminibus radii denudatis*; diſci membranaceo-pappoſis; foliis ſpinoſis, dentatis, amplexicaulibus.
351. (*) - *d) acarna.* - Dd. Imr. Αγρι ἄγγαθο.
352. (*) - *e) horridus.* - Dd. Imr. frequens. Μαυρράγγαθο vel Χαμολιό.
353. ONOPORDON *illyricum.* - Dd.
354. BIDENS *tripartita.* - Bg. Ἄγρια καλεφέδια.
355. SANTOLINA *a) ch. pubeſc.* Dd. Tota tomentoſa, albo incana.
356. - - *b) flava.* - Bg. *Floribus* flavis; pedunculis unifloris, longiſſimis; foliis inferioribus pinnatis; *foliolis* linearibus, ſerratis; paleis receptaculi pungentibus.

357. SAN-

357. SANTOLINA *c) ambigua.* Ecl.
Flava; recept. nudo; pappo nullo; polygamia æquali, diſcoidea. Hac nota diſcedit a *Carpeſio:* recept. non paleaceo abit a *Santol. chritbmi-folia.*
358. CARDUUS *a) acanth.* - - Brg.
359. - - *b) ſerratuloides.* Ibid. Ἄγριο ξόχος.
360. - - *c) lanatus*; ſpinoſus. Brg. Rariſſ. an *Carlina?*
361. - - *d) ſyriacus.* - Rh.
362. SERRATULA *a) centauroid.* Brg.
Floribus rubris; foliis ſubtus tomentoſis.
363. (*) - *b) ſpinoſa.* - Td. Dd. Ιαλα ϛυβία. Turc. *Djevann.*
364. (*) ECHINOPS *a) ſtrigoſus.* Td. Κάθαρ ἄγγαθο.
365. - - *b) ritro.* - Dd. Caule multifloro.
366. (*) - - *c) ſphæroceph?* Td.
367. EUPATORIUM *cannab.* - Bj.
368. ARTEMISIA - - - Ecl. Odore abrotani.
369. TANACETUM *balſam.* - Cph. Κόϛα. *Coſtus hortenſ.* Hortulan.
Foliis tenuiter ſectis. Lactucæ, ad eſcam paratæ inſternuntur hæc folia, pro ornamento.
370. MATRICARIA *chamom.* - Dd. Αρμὲν.
371. CHRYSANTHEMUM *ſegetum.* Bj.
372. INULA *a) britann.* - - Ecl.
373. - - *b) ſalicina?* - Bg. In pratenſ. & aquoſis.
Caulis teres, vix angulatus; (quare dubito ſit-ne ſalic?) erectus. *Rami* patentes, ramoſi. *Folia* haſtato-lanceolata, denticulata, amplexic. Tota planta villoſa.
374. SENECIO *jacobæa.* - Brg.
375. TUSSILAGO *farfara.* - Ecl.
376. ASTER *linens.* - - Cph.
377. TAGETES *erecta.* - - Cph.
378. ANTHEMIS *a) cota.* - Brg. Recept. pungente.
379. - - *b) valent.* - Ecl. Μαϛαλίνα.
380. - - *c) chamom.* - Sm. Χαμομίλλα. Recept. paleaceo.
381. - - *d) maritima.* - Brg. In arena marit. Τερμαδιλλύνα. vel διλλῶνα. Foliis non carnoſis, punctatis; ſed tomentoſis.
382. BUPHTALMUM *a) ſpinoſ.* Imr.
383. - - *b) maritim.* Td. Imr. Dd. Χόρτο καδιφὲ.
384. ACHILLÆA *a) odora.* - Rh.
385. - - *b) tomentoſa.* Ecl. Radio non diſtincto.

386. HE-

386. HELIANTHUS *a) cardui.* Imr.

387. - - *b) annuus.* Cph. Ἡλιὸς.

388. CENTAUREA *a) calcitrap.* Brg. Καλογκάγγαθο.
Pinnata, flore rubro; ſpinis baſi palmatis.

389. - - *b) centaurioid.* Brg. Σαλάγγαθο.
Foliis pinnatis; capite magno, flavo.

390. - - *c) collina.* - Dd. Flava, ſpinoſa, foliis pinnatifidis.

391. - - *d) tomentoſa.* Td. Imr. Dd. Ἀλόγιρα
Flore tomentoſo; caule alato. An *Solſtitialis?* Edulis tenera, Sm.

392. ARTEMISIA *abſinthium.* - Cph. Ἀψίδια.

393 CALENDULA *offic.* - Cph. Χαμοβυόρελα.

394. JASIONE *montana.* - Dd. Ecl.
Foliis lanceolatis, ſuperne hiſpidis, non ſubſerratis; (Hort. Cliff.) pedunculis glabris, longis; caule inferne hiſpido.

395. VIOLA *odora.* - - Cph. Μενὲξε.

396. IMPATIENS *balſam.* - Cph. Κυάζιζίεκ. nomen Turc.

GYNANDRIA.

397 PASSIFLORA foliis palmatis. Cph.

398. ARISTOLOCHIA. - Imr.

MONOECIA.

399. ZEA *mays.* - - Dd. Καλαμαστίλαρο.

400. TYPHA *anguſtifol.* - Sm. Ecl. Τοσάζι. Pabulum equorum.
Spicis fœmineis 2 diſtinctis.

401. URTICA *a) pilulif.* - Td. Dd. Ἀζηκνίδα.

402. - - *b) dioica.* - Sm. Imr. Τζίεκνίδα.

403. MORUS *a) nigra.*
404. - - *b) alba.* } - Cph. Ob fructum cultæ; Bombycum enim hic nulla eſt cura.

Ambæ arbores foliis cordatis; ſed *Nigra* minoribus & flaveſcentibus: *Alba* majoribus, & obſcure-viridibus. Stolones inoculantur, unde fructus mitior: ſed Mori nigræ acidior evadit. Albæ flores frequentant apes gregatim.

405. - - *c) ſylveſtris.* Fructu parum ſuccoſo; ſed ſeminibus ditiore; contra: *M. culta* fructu gaudet ſucculentiore, verum ſeminibus pauperiore.

406. BUXUS *minor.* - - Cph.

407. BETULA *alnus.* - Bg. Σκιλ'θρο.
Excreſcentias quasdam vidi in amentis filiformes, veſicoſas, lanceolatas, compreſſas, flavidas, vacuas. An Inſectorum artificia?

408. XANTHIUM *ſtrum.* - Ecl.

409. AMARANTHUS *a) blitum?* Sm. Βλίτον. Edulis, coctus.
Foliis acutis; vix retuſis.

410. - *b) hypochondr.* - Bj.

411. - *c) tricolor.* - Cph.

412. - *d) ruber.* - Bg. Βλίτο κόκινο.
Foliis ſubtus rubris; ſpicis erectis.

413. QUERCUS *a) aculeata.* - Imr. Spontan.

414. - - *b) robur.* - Bg. Turc. *Meſiæ* vel *Mejſiæ.*

415. - - *c) Cervis.* - Ecl. Brg. Μέσσε.
Foliis ſimilibus *Querci rob.* ſed ſubtus tomentoſis. Vidi eam prope Belgrad inquinatam *Gallis* in foliis habitantibus, & glabris & tuberculoſis.

416. CARPINUS. - - Bg.

417. CORYLUS *avell.* - Bg. Φενδέκια.

418. PLATANUS *orient.* - Dd. hortens. Sm.

419. PINUS *pinea.* - - Cph. hortulanis *Cedrus.*

420. CROTON *tinctor.* - Td. Dd. In arvis. Σκλαρόχορδο.
Græcis Natoliæ Ἅγιο φασέλια.

421. MOMORDICA *elater.* - Brg. Rh. Πικρὰ αγγέρα.
Miro, nec adhuc inveſtigato mechaniſmo propelluntur Semina jactu eo longiori, quo maturiora: & fortius per vulnus in commiſſura caulis & fructus, quam in latere hujus.

422. CUCUMIS *a) ſativ.* - Cph. Gall. *Concombre.* Fructu longo.
Edulis: varia arte præparatur.

423. - - *b) anguin.* - Cph. Κολοκύθια. Turc. *Tolmach chappach.*
Floribus albis, magnis; fructu adhuc juvene villoſo-lanato; adulto, glabro.

424. CUCURBITA *a) lagenaria.* - Cph. Turc. *Tatli-chappach.*

425. - - *b) citrullus.* - Cph. Turc. *Carpûs.* Χιμονικό.

426. - - *c) pepo.* - Cph. Turc. *Pal-chappach.* i. e. *Pepo mellens.*
Ignotus in Europa fructus; non edulis, niſi diu ſepoſitus in cavea, ſeque ipſum maturans.
Caulis hiſpidus; poma teretia, lævia, baſi attenuata.

427. - - *d) pepo?* - Cph. Turc. *Sakiz-chappach:* ſic dicta a Sakis, loco Archipel, unde primum introductus in hortos Conſtantp.
Caulis aculeatus; poma 8-angula.

DIOECIA.

DIOECIA.

428. SALIX *a*) *babylon.* - - Cph. Ramis pendentibus.
429. - - *b*) *fragilis.* - - Cph. Ramis erectis.
430. - - *c*) *alba.* - - Cph. Γελίγια.
Foliis ſupra parum villoſis, ſubtus albidis.
431. - - *d*) *glabra.* - - Dd. Foliis ferrato-lanceolatis, glabris.
432. OSYRIS *a*) *alba.* - - Dd.
433. - - *b*) *caſia.* - - Imr.
434. HUMULUS *lupul.* - - Bj.
435. (*) PISTACIA *a*) *terebinth.* Dd. Cph. Sm. Σχίνος. (lege *Stjinos.*)
436. - - *b*) *lentiſcus.* - Cph. Ξιλέδια.
437. SMILAX *aſpera.* - - Bg. Σμιλάγγα.
Scandit arbores, ſylvasque reddit intricatiſſimas. Turiones edules primo vere, grato ſapore. Ad depurandum ſanguinem utiles putantur; hinc multum in uſu.
438. MERCURIALIS *annua.* - Ecl. Foliis glabris.
439. JUNIPERUS *oxycedr.* - Imr. Ἀγριοφίδα.
Foliis ternis, baccis rubris.
440. (*) EPHEDRA *fœminea.* Imr.

POLYGAMIA.

441. HOLCUS *balep.* - - - Td. Ecl. Bj. Sm. Καλαμάγρα.
442. ÆGILOPS *ovatus.* - - Dd.
443. (*) ANDROPOGON *iſchæm.* Bg.
444. VALANTIA *cruciata.* - Bg. Frequens.
445. ACER *a*) *platanus.* - - Πλάτανος.
446. - - *b*) *campeſtris.* - Brg.
447. MIMOSA *arborea.* - - Cph. Turc. *Djul ibrzim.* i. e. *flores ſericei.*
Quavis nocte obdormiunt folia. (cfr. Cent. VI. 89.)
448. - - *b*) *ſcorpioides.* - Rh. Turc. *Miſſetſjæ.*
Multum colitur ob florum formam ſphæricam, unde faſciculi (bouquettes) pulcherrimi. Capſulæ veſtiuntur ſucco tenaci, amaro, bruneo.
449. PARIETARIA *offic.* - - Imr. Rh. Sm. Ανεμόχλιο.
450. ATRIPLEX *glauca.* - - Dd.
Foliis ſubſeſſilibus, farinoſis, dentatis, deltoideo-triang.
451. FICUS *carica.* - - - Cph. Dd. Sm. Mas caprificus. Fructu nigro vel flavo.

CRYPTOGAMIA.

452. EQUISETUM *arvenſe.* - Brg.
453. (*) POLYPODIUM *fetifer.* Bg.
454 ASPLENIUM *ſcolop.* - - Cp. Ad plateas urbis.
455. PTERIS *aquilina.* - - Bg. Φλέρι. 3 ulnar. altit. excreſcit.
456. BRYUM *hypn.* - - Imr.
457 HYPNUM *ſericeum.* - - Imr.
458. LICHEN *a) rangif.* - - Bg. Rarior.
459. - - *b) parietin.* } - Imr. In ſaxis.
460. - - *c) olivac.* }
461. - - *d) fubulatus.* - - Bg. Obſcurus; non perforatus.
462. ULVA *a) inteſtinal.* - - Imr.
463. - - *b) compreſſa.* Rubra. }
464. - - *c) flava.* } Cp. In portu.
465. - - *d) viridis.* }
466. FUCUS *a) pavonicus.* - } Imr.
467. - - *b) nodoſus.* } Vix dichot.
468. - - *c) botryoid.* }
469. (*) - *d) uvifer.* } Cp. In portu.
470. (*) - *e) divaricatus.* }
471. (*) - *f) viſcidus.* }
472. (*) - *g) muſcoſus.* } Μυρμιγγοβόλανη.
473. SPONGIA *a) ramoſa.* - Imr.
474. - - *b) vulgaris.* - Brg. Σφεγγάρι.
475. CONFERVA *a) viridis.* - Td. Confluens.
476. - - *b) geniculata.* Cp. Ramoſa, viridis. In portu; & ſequ.
477. (*) - *c) littoralis.* ibid.
478. - - *d) corallina.* - ibid. Articulis albis, geniculis craſſis, fuſcis.
479. (*) - *e) dichotoma.* - Mare Mediterr. in Fucis.
480. BOLETUS *marginalis.* - Bg. In cortice Carpini.
Perennis, ſtipite margini affixo Margo durus, inæqualis, inflexus, bruneus. Juniores ſubtus & ſupra margine albi. Diameter 4 poll. Duriſſimus.

❖ ❖ ❖

481. DACTYLUS *trapezuntin.* - Cph. non frequens. Turc. *Trebiſon chormaſi*, i. e. *Dactyl. trapez.* quia arbor inde allata.
Arbor magna. *Folia* glabra, oblonga alterna, integra, magna. Flores non vidi. *Calyx* magnus, perſiſtens, 4 fidus. *Fructus* axillaris, ſubſeſſilis, 10 locularis, pomum nucis magnitudine, flavus, dulcis.

FLO-

FLORA
ÆGYPTIACA:
SIVE
CATALOGUS
PLANTARUM
SYSTEMATICUS
ÆGYPTI INFERIORIS:
ALEXANDRIÆ, ROSETTÆ, KAHIRÆ, SUES.

NOVA GENERA

DIAND. 1. GYN. PENTAGLOSSUM.

TRIAND.
- 1. GYN. ALTERNANTHERA. HAMBL.
- 2. GYN. TRISETARIA.

TETRAND. 1. GYN.
- RORIDULA.
- PTERANTHUS.

PENTAND.
- 1. GYN.
  - ARNEBIA. SADJARET EL ARNEB. سجرة الارنب
  - GYMNOCARPOS. SYRR. سر DJARAD. جرد
- 3. GYN. SUÆDA. SUÆD. MULLÆAII. ملاح

HEXAND. 1. GYN. SILIQUARIA.

OCTAND. 4. GYN. CAIDBEJA. LUSSAQ. لصاق

DECAND. 2. GYN. ROKEJEKA. ROKÆJEKA. رقيقة

TETRAD.
- SILICUL. ZILLA. ZILLÆ. زلة
- SILIQ. MNEMOSILLA.

SYNGEN.
- POL. ÆQU.
  - POLYCEPHALOS. HABAGBAG.
  - KAHIRIA.
- SUPERFL.
  - CERUANA. KÆRUAN.
  - MICRELIUM.

GYNAND. 4. AND. MOSCHARIA. MISSÆKA.

DIOEC.
- 1. AND. 1. GYN. ÆRVA. SADJARET ENNADJE. سجرة النعجة
- 6. AND. LEÆBA. LÆBACH EL DJEBBEL.

FLORÆ

FLORÆ

ÆGYPTIACÆ

IDEA

GEOGRAPHICO-PHYSICA.

Indolem *Ægypti* Geographico-phyſicam ſæpe deſcriptam legimus in libris Græcorum, Arabum & Viatorum recentioris ævi. Quia vero Floræ fundum rariſſime reſpexerunt Auctores; hinc non inepte actum judicamus, ſi quasdam animadverſiones Phythographiam regionis illuſtrantes præmittimus.

ÆGYPTI INFERIORIS ea pars ſub diſquiſitione venit, quæ *a Mari Mediterraneo Káhiram, & inde verſus Sués & Rubrum Mare* extenditur.

I. Nilo utrinque adjacet SOLUM PLANUM, ſuperficie magis magisque ſubſidente quo propius ad Septentrionem vergit. *Compi* Alexandriam ambientes non prorſus æquo ſternuntur diſco; ſed *Collibus Vallibusque* diſtinguuntur. *Catacombæ* vocantur *Fodinæ Lapidariæ*, quarum materia *Alexandria priſca* ædificata fuit tota. In libero campo nemo ſuſpicaretur montem hic latere, quum vix eminet ſupra terram; in latitudinem excurrit jugo ſubterraneo. Fundus cryptarum cum mari adjacente ejusdem menſuræ lineam ſervat; hoc autem quid valeat æquilibrium in famoſa diſceptatione de Aquarum decrementis in Septentrione perſpiciant alii.

Quo longius a littore verſus Meridiem progredimur, eo altior ſurgit terra & fluvio ſuo ſupereminet; ſimul vero ſpatia utrinque contrahit & circa Káhiram vix 3 vel 4 milliar. planitiem habet. Area tam anguſta Ægyptus vera vocari meretur: illa eſt Annonæ mater & fertilitatis prodigium: illa tot urbes olim tenuit, tantam hominum multitudinem aluit & etiamnum ſuſtentat; quamvis nulla in Globo terraqueo ſit Regio, quæ tot vaſtationis & ſervitii querelas præferre poteſt. Inquirere ergo juvat in *Terræ* naturam, quæ tot ſeculorum fluxu inexhauſtis ſuffecit meſſibus. *Duas* & valde diverſas offert *Species*.

A) *Prior*, TERRA NILOTICA nobis dicta, *argillaceo-humoſa, ſubtilis, nigro-cinerea; in aqua facile ſolubilis; cum aqua forti haud effervescens. Sedimentum*

mentum illa eſt Nili effuſi, qui prioris anni ſtratum novo ſtrato auget & impregnat. Ex hac terra cum arena mixta *Lapides lateritios* conficiunt incolæ & *Vaſa fictilia*, quæ uſtulando colorem obtinent ferrugineum.

Nilus toto alveo limum hunc gerit, fluitque turbidus & bruneſcens, pro more fluviorum impigre labentium. Quum longo curſu littora alluit denſe habitata, omni inquinatur immunditie. Ægyptii tamen fluvium bibunt & ſapidum laudant. Europæi ejusdem credulitatis non ſunt. Aquam teſtis fictilibus hauſtam in frigido & ventis pervio loco ſeponunt & depurationem injectis amygdalis quaſſatis accelerant; ſic pura grataque evadit. In Canali Alexandriam deducto Nilus it inamœnus & lactei coloris; in Ciſternis autem quietus ſordes & terram præcipitat.

Sedimentum hoc in littoribus proximis ſtrata ſibi ſimilia deprehendit; remotius inde in terram diſparem & naturæ beneficio præparatam incidit, cuique ad ferrilitatem exſerendam nullo opus eſt adjumento alio, quam irrigationis largiſſima copia. Fruſtra hic quæritur virtus arcana aut alchemica, vel *Nitrum*, quod efferveſcendo inundationem fluvii maturaret. Hæc ſomnia dudum diſparuerunt. Aqua vehiculum eſt Limi argillacei in quocunque fluvio reperiundi. Simplicem ejus indolem experimenta abunde probant (*).

Antiquiſſimæ Hiſtoriæ teſtimonia ſuffulta ipſius Naturæ conſenſu, Ægyptum in principio *Paludem* deſcribunt. Evidentius ſtatuitur, Nilum iviſſe diffuſum usque ad Terram clivoſam, totamque planitiem, de qua ſermo jam eſt, inundatam fuiſſe. Ille Ægypti Inferioris genitor ſolum argillaceo-humoſum annuis fundavit ſtratis, & e lacuſtri origine in ſolidam elevavit terram. Affluxus ſedimenti continuus ſalus eſt regionis, dum illam fœcundat, auget & munit; nam fluvius vim in fundum vertens, ne ſemper altius illum excavet, limus vulnera & ſulcos replet. Hinc ſufficit Inundatio; licet aquæ columna longe ſuperior requiritur hodie, quam ſeculis ſurgebat priſcis. Ubique plenus eſt Nilus vadis & brevibus, in quibus hærent navigia cum tædio, non damno; mollia enim & humoſa ſunt iſta dorſa.

Ex

(*) *Aqua Nili* mixta cum *Aq. f.* non mutatur.
Spir. ſalis amm. flaveſcit parum.
Sp. V. fuſca non redditur.
Pulvere gall. fuſco-brunea.
Solutione lunæ primum albeſcit, turbida & deinde cærulea evadit; poſt præcipitationem clara. Sedimentum ad fundum & margines vaſculi remanet copioſum & cæruleum, infimo ſtrato cinereo.
Saccharo ſat. ſtatim turbida & albo-cinerea; mox præcipitatio peragitur. Poſt 24 hor. aqua depurata manet, dejecto ſedimento albidiore quam ex ſolut. lunæ.

Ex Africa Superiore Limi maſſam advehi univerſam, veroſimile non videtur, quum magna ejus pars in *Cataractis* diſſipatur. Sed eodem lapſu novæ proturbantur ſuppetiæ. In ſtatu Inundationis perfectæ, Nilus externa ſuperficie fere ſtagnans, curſum continuat ſolitum & ſubfluviale adfert ſedimentum. Otium interea habet terram aquis ſaturandi, & ad Canales rivulosque clandeſtinos penetrandi. Delta utiliſſimo beneficio Ægypto ſubvenit, undas retardando earumque onera excipiendo, ne in mare defluant omnia. Eſt quidem ille terræ tractus Ægypto longe fertilior, ſed remunerationis non invidendæ jure, hanc felicitatem obtinuit & poſſidet.

B) *Altera Terræ ſpecies* eſt Alexandrina, *albo-cinerea & ſubtilis* fere ut campi arenacei procul ſpectantur. Potior ejus pars *materia Calcarea*, cum aqua forti effervescens, & aquam fluvialem ſolutione turbidam & cineraſcentem reddens. Indoles tamen Calcis hujus naturalis, a factitiæ multum differt (*).

Terra

---

*) a) *Calx factitia* aqua Nili ſaturata per 12 horas & poſtea ſiccata, ſaturat Aqf. ℥iij. cum gr. 53. & ſolutio depurata erat *viridi-cæruleſcens.*
Calx terræ Alex. ſolutionem in Aqf. depuratam dat *flavam.*

b) *Terræ Alex.* ſiccæ gr. 60. ſaturabant Aqf. ℥iij. Huic ſolutioni iterum affuſa tantum Aquæ fortis, denuo effervescebat terra. Ad novam ſaturationem opus erat terræ gr. 46. Tertia vice affuſa Aqf. ℥iij. ſaturabatur terræ gr. 46. Maxima ergo terræ hujus pars *Calce naturali* conſtat. In fundo vaſculi perquam pauca remanebant *Arenæ* granula; quam miſcelam fortiorem non eſſe, miramur, in regione humili & mari vicina.

c) Terræ Alex. 1. ℔ aqua ſaturatæ & deinde ſiccatæ, reliquit fere 11½. unc. Hoc reſiduum aquam non turbidam fecit, & ſiccatum vehementer effervescebat cum Aqf.
Aqua hinc remanens, poſt ½ horæ quietem, per filtrum linteum tranſibat pura. Ad fundum vaſculi mittebat *Sedimentum* cinereum; quod ſiccum dedit pond. 4. unc. effervescens cum Aqf. Adeoque plus quam ½. unc. tantæ erat ſubtilitatis, ut ſimul cum aqua percolata ibat.

d) *Dilutæ* hujus *terræ* pars *craſſior* ſaturabat Aqf. ℥iij. cum gr. 55. & effervescentia promte agebatur.
Subtilior pars ſaturabat Aqf. ℥iij. cum gr. 67. ſed lente & bullulas emittendo viſcidas.

e) *Calcinatæ* iſtæ terræ (quamvis non perfecte) cum Aqf. non fervebant; ſed durante calcinatione ejiciebant cum ſtrepitu granula minuta. *Rudior* illa deveniebat nigro-cinerea, & Aqf ℥iij. cum gr. 51. adeo promte ſaturabat.
Tenuis altera, primum nigricans facta eſt calcinatione, poſtea incana. Saturabat lente Aqf. ℥iij. cum gr. 61. Solutio ad depurationem eundo non erat flaveſcens, ſed opalina, vel potius in virorem incidens.

Terra Alexandrina quantumvis præſtantiſſima nihil valet arida & exuſta, niſi aqua ſaturata miteſcat. Illam ex *quadruplici* fonte recipit Ægyptus. *Pluvia* prima eſt irrigatio; deinde *Nilus* effuſus; tandem *Artis* veniunt adjumenta Canalibus, Puteis & Machinis hydraulicis. His commodis inferiores non ſunt *Nebulæ roriferæ*, quarum denſitas ſine menſis Januarii tanta circa Kahiram ſæpe videtur, ut ante horam 10 a. m. non diſpareant, arboribus plantisque tanquam pluvia madentibus.

Clima Alexandrinum tres numerat *Menſes pluvioſos* Nov. Dec. & Januarium. Hanc tempeſtatem frigidiuſculam vocat *Hiemem*. Ante illam epocham & poſtea parum interdum pluit. Ex Cælo & Nilo ſatiatur terra, usque ad Aprilem humectata. *Plantæ annuæ* jam virent omnes & *perennes* refocillantur. Pluviæ Ægypti inferioris ad ſocietatem pertinent *Pluviæ magnæ* Nilum fœcundantis. Incipit ille *accreſcere* ineunte Solſtitio æſtivali menſe Junio, pluviis auctus continuis, hoc tempore cadentibus in Africa ſuperiore, ubi faſtigia montoſa excipiunt & ſiſtunt *Nubes* e ſeptentrionali & ultramarino cælo Ægyptum ſupernavigantes. Quo frequentiores illæ tranſeunt, eo grandiore reſluxu cum Nilo exſpectantur. Commune ejus augmentum eſt 22 *uln. Conſtantinop.* (1 ulna facit Danicæ menſuræ 1 uln. $1\frac{6}{8}$ dig.) Non inviſa eſt altitudo *uln.* 23, ſi vero usque ad 24 aſcendit, campum immodice inundat & pagos diruit.

Sponte diluvio huic patent Loca depreſſa, & ædificia arboresque aquis exſtant. Quia vero Solum, quo remotius a littore, eo altius ſurgit; hinc artis ope deducitur fluvius per *Canales*, alios apertos, alios ſubterraneos. Alexandriam adit *Canalis* e Roſettenſi regione veniens & ad Portum veterem in mare ſe exonerans. Ex hoc trunco alius exit Ductus in Ciſternas ſe dividens innumeras, ſi verum eſt quod perhibent incolæ, Alexandriam veterem, vaſtiſſimam urbem, his inſtiriſſe totam. Tempori & barbariei non omne jus in illis diruendis vel obſtruendis conceſſum eſt, quia ſalus totius regni in iis Puteisque ſervandis, purgandis & aqua replendis verſatur. Quæ cum Nilo communicant facilem illi exhibent aditum; reliquæ artificiis onerandæ erunt. Aborigines Ægyptii magna nepotum cura totam terram ſecuerunt quaſi Syſtema Arteriarum & Venarum, quod Nilus ſyſtole & diaſtole replet & continuat. Veſtigia monſtrant & conjecturæ non incertæ evincunt loca nunc inculta & ſterilia, olim Rivulis arte ductis ſcatuiſſe, unde terra aquam, quam ſolam deſiderat, in promtu habuit ad fertiles gignendos autumnos; illa enim noſtram immenſe exſuperat agriculturam eo, quod ſine quiete & nunquam defatigata vi ſegetum vices miniſtrat & alimentorum proventus inexhauſto fundit copiæ cornu, ſi modo aquæ annona adſit. Quapropter decantata in Hiſtoriis habirantium multitudo ad figmenta rejicienda nequaquam erit; quis enim ignorat, agellum noſtræ quoque telluris, quo impenſius colitur, eo numeroſiorem familiam ſuſtentare?

Menſe

Menſe Octobri finiente, ſenſim *exſiccatur* terra; humiliora vero ſpatia exeunte Novembri. Quam primum areolæ emergunt, *aratrum* patiuntur; & 12 vel 15 diebus elapſis finduntur ſulcis transverſis. Tum *Cerealia* ſeruntur, *Triticum* ſcilicet & *Hordeum*; nam *Secale* & *Avena* nomine prorſus ignorantur. Hordeum cum menſe Februario maturatur; Triticum ad finem Martii perſiſtit. *Sementi mixti*, ſive Hordei & Tritici, quod *Chalit* خليط vocant, rariſſimus eſt uſus. Si quid hujus generis ſit, *Triticum* & *Trifolium Alex.* vel *Hordeum* & *Cicer ariet.* in eodem arvo ſimul coluntur. Poſt Cereris vindemias *Plantæ monotropheæ* & *Oleraceæ* proveniunt. His ſuccedunt *Cucumeres* & *Hibiſcus bamia* eodem in agro non male ſociati; illi quippe rependo locum quærunt, hic in altum excreſcit. *Lactucæ* locum cedunt *Sinapi harræ*; & hoc agmine clauſo Nilus redit.

Sicut nulla agro conceditur mora, ita locus relinquitur nullus, quem in agrum non verteret induſtria. Ipſos Canales, aqua effluxa in agellos & hortulos transformat. Aſt jam Nilus ſubſedit, & inexſpectato caſu pluviola aliquando circa Káhiram cadit. Martio & Aprili terra ardori expoſita rimas & ruinas incipit findere, Cerealia tamen ſubſiſtunt humore ſervato, culmo denſo & fere fruticoſo radices tuente & obumbrante. Hordeum præſertim ſe magnopere diffundit. Junio menſe adeo exæſtuat ſolum, ut plantæ collectæ illico evaneſcant in manu. Ideoque terra demeſſa futuras recipere plantationes nequit, niſi aqua bene emolliatur, ut aratro verti poſſit.

Sic neceſſitas ſcientiæ & diligentiæ opem invocat. Nunc manu & machina aqua hauritur, & ne defluat, agri *aggeribus* circumvallantur: variis quoque canaliculis, imprimis in *Lactucetis* circa omnes areolas dividitur. Hoc autem obtinet in littoribus Nilo & Canalibus proximis, quæ lætiſſima hortorum agrorumque ſemper virent æſtate. In tractu Káhirenſi littus fluvium ſuperat 4 vel 6 ulnis, attamen *Zea majs* feliciter creſcit, aqua totis infuſa undis. Ruricolæ Europæi triſtem hanc vocant agriculturam, ſed Ægyptii opulentas ſegetes pretium indefeſſi laboris ferunt.

Quam prona ad fertilitatem eſt Terra Alexandrina ex eo conſtat, quod Beduini ruſticantes ſive fixi, vitam *agricolæ nomadis* agere poſſunt & agriculturam circumferre migratoriam; inauditam in Europæo arvo. Quum enim violentia Magnatum nimis vexantur, locum deſerunt, & in prima area agrum quærunt & inveniunt. Una vel altera meſſe ibi peracta, rura iterum mutant.

Falſa eorum eſt opinio, qui aquam plenam ſedimento Nili fertilitatem hanc prolongare putant. Extra fluvii alveum jam nulla eſt aqua, niſi in puteis, illa vero pura & limi expers deprehenditur. Terra fœcundandi artificia reſpuit.

Fimum non ſolum inutilem, ſed prorſus noxium damnant terricolæ. Foco utilius reſervatur. *Paleæ*, *Tebn* تبن ex trituratione comminutæ, eundem in uſum vertuntur; rarius enim miſcentur herbis pabularibus. Soli *Cucumeres* ſtercoratione *fimi Columbini* juvantur.

Quoniam terræ utriusque virtus non conſenuit, hodiernam ſtatuimus fertilitatem a priſca haud degenerantem. Communi lege ad gradum *ſeptimum*, rariſſime ad 24 aſcendit. Triticum *decies* & Hordeum 15:*es* redit. Venditatas ergo Cereris divitias rectius quærendas eſſe putamus in *continua & variata Eſculentorum ubertate*, quam in Segetum enormi multiplicatione. Sciunt & hi Coloni credulitatem fabulis ruralibus ſaturare.

Infima Ægyptus felicior ſita, fluvio commode irrigatur: ex alluente mari uberrimos attrahit vapores, qui fervorem caſtigant & roris augent imbres: pluvioſo denique tempore haud mediocrem imbibit aquam, quam inſequens ardor non diſſipat omnem. Mirum ergo non eſt, ſi *Delta*, & regio circa *Roſettam Damiatam*que ſplendide viret, plantasque præbet vegeta facie & quaſi luxurioſe viventes. *Oryza ſativa* fundum paluſtrem amans, hic potiſſimum colitur.

2) Ubi plana Ægypti area definit, ibi *Altior & montoſa* inchoat. Káhira in Deſerti hujus confinio jacet. Inde ſerie perpetua usque ad Mare Rubrum miſcentur *Colles* & *Valles*. *Illi* non alti, conſtant *Lapide Calcareo*, *Petrefactis* frequenter habitato. Cruſta exterior ſolvitur in terram, ob defectum aquæ inutilem, præſtantia vero Alexandrinæ non cedentem. Plantæ paucæ ſparſæque in clivis ſoli obverſis hærent, nullis obumbratæ arboribus, diurno fervori expoſitæ, rore ſolo, miſera diæta viventes.

Valles arctæ & profundæ, plantis non multis virent in ſolo arenaceo, interdum argilla temperato. Prope pagum *Caid Bey* eſt *Liblab* (*Puteus Moſis*) in fundo vallis, quam cingunt colles in amphireatri formam abrupte inclinantes. Quin regio hæc optime culta olim fuerit, nemo dubitabit, & Canales, licet oppletos ſupereſſe; nam Orientalis hæc provincia valde frequentata erat tranſitu in Aſiam & ad littora Maris Rubri; & urbium rudera florentem aliquando ſtatum loquuntur; ſed & eadem hæc terra hoſtiles invaſiones experta eſt primas & graviſſimas.

Arena *mobilis* hinc inde a Nilo exponitur vel a Mari Mediterraneo projicitur; & circa *Turrim Canope* ab undis & ventis in Collium molem cumulatur. Circa *Pyramides Djiſenſes* frequens jacet, & in Deſerto Orientali, remotius a Caid Bey in ſolidam *Montis Cotacei rubri* compagem coaluit, unde *Lapides Molares* exciduntur.

Inter

Inter rariſſimos Lithogoniæ proventus *Arena mineræ ferri* conſpicitur in littore Nili, ubi e navigiis deſcendunt Káhiram ituri. Alexandriæ quoque unico in loco ad *Portum novum* reperitur. Colligunt eam homines pauperes & in vaſculis latis diluunt, in quorum fundo *Argentum vivum* vena neſcio qua illatum, inveniunt.

Lapis arenarius ſolidus prope Alexandriam montem ſubterreſtrem conſtituit, *Catacombarum* concamerationibus famoſum. a) *Albus*, particulis rudioribus & calcareis inſperſis conſtat; parum ſcintillat & cum Aqf. efferveſcit. b) *Lapis maſculus*, Arabibus dictus, albidior præcedente; ſed durus & ad Calcem uſtulandam ineptus. *Lapis fœmineus* itidem albus & mollis, calcinationem facile ſubiens (*).

Sale *muriatico* paſſim imprægnata reperitur terra, maxime in locis Mare olim aut hodie inundatis. Ejus præſentia fertilitati ſumme inimica eſt. Exemplum præbent loca juxta Lacum *Madîe* inter Roſettam & Alexandriam, ubi Sal evaporatione paratum in acervos congeritur. Contingit interea, antequam divenditur, ut rore vel pluvia fortuita ſolvatur parum & diffluat; verum tota hæc area arroſa & nuda eſt, dum loca ultra hunc attactum virorem & plantas ſervant immunes.

Alexandria *Sal nativum* ter quovis anno colligit e *Fontibus ſalinis* quatuor, in Valle ad Portum veterem a mari ſeparata jugo arenaceo alto.

Atrun اطرون ſeu *Natrun* نطرون prope pagum *Terrâne* inter Káhiram & Roſettam abunde colligitur ex fundo Lacus ingentis, aqua fervore æſtivo quovis anno evaporata. Pars ejus *rubicundi* coloris, cum aceto efferveſcit,

 vehe-

(*) In Deſertis Orientalibus Lapides Manuales diverſorum [generum colliguntur. *Petrifacta* non rara ſunt in Collibus Calcareis, vel in Arena mobili: *Litboxylon* inter rariora æſtimatur.

Gypſum ſtellare. Arab. *Maiſis*, مرصيص lapides calcareos ſparſe jacentes veſtit, & foramina eorum replet.

Chryſtalli ſpatoſæ plurimæ ſpecies: nonnullæ Arab. vocantur *Ain el ſchems* عين الشمس aliæ *Djochus*. جخوص

Chryſtallus Quartzi viridis appellatur hic *Radix Smaragdi*; & *Quartzum violaceum*, *Radix Amethyſti*.

Silex fruſtuloſus in arena frequens. a) *Cum nucleo* vilis & nullius uſus.

b) *Sine nucleo*; requiritur a Judæis Káhirenſibus, in tabulis plumbeis politur & ad varia ornamenta & uſus mundi domeſtici vertitur; pretioſus ſane, eoque magis, ſi venis Dendriticis ornatus reperitur.

vehementius cum Aqf. Non omnis origo Salis alcali mineralis adſcribi debet calori ſolis, acidum e ſale muriatico terreſtri volatiliſantis, Alcali remanente. Natron hoc Káhiræ venditur 1 *parà* 1 *Rotl.* Uſus Sapone præſtantior ad *Loturam.* Veſtimentorum linteorum 4 Rotl, additur Natron 1 R. & āā Calcis vivæ: affunditur aqua frigida: 8 vel 10 horis elapſis coquuntur lintea & in gelido abluuntur. Magna olim copia Natron deferebatur ad Galliam, Piſtoribus gratum ad augendam fermentationem panis. Sanitati periculum, neſcio quod, ex hoc artificio ominantes Medici, Sal proſcripſerunt. Ægyptii parva ſalis doſi juvant macerationem carnis coquendæ. In *Palæſtina* ignotum non erat priſcis Judæis, qui illud *Natær* vocabant. Uſus in Ægypto lotorius dictum confirmat Jer. 2, v. 22. & indoles effervescendi explicat Prov. 25, v. 20. An vero *Græci* e Palæſtina deduxerunt nomen, illud ſuo labio in ſo[illegible] Νίτρον flectentes & deinde *Arabibus* communicarunt, qui vocem transfundebant in نطرون poſito ط loco ت, ea primo genituræ lis non hujus eſt fori.

Ampliorem ignorat inferior Ægyptus in hoc circulo Minerographiam nativam. Invectos vero præbet montes arte & ordine digeſtos *Obeliſcorum* & *Columnarum* forma. Vulgaris tantorum operum materia Granitus, *Saxum* ſpato rubro prævalente, minus Quartzo albo, Mica nigra minime. Alius *rubro-fuſcus*: alius *totus niger:* columna quædam *tota alba.*

Jaſpidis & *Porphyrii* innumeræ varietates: frequentiſſimæ ſunt: a) *nigreſcens*, albis maculis. b) *obſcure-viridis*, venis albis. Montes matrices non ad hanc Ægypti plagam pertinent, ſed ſuperiorem. Capitaneus Norden, qui eousque penetravit, ad locum *Djæbbel Eſſelſale* cis primam Cataractam Montem indigitat Graniti olim effracti, prope pagum *Edfu*, ubi quoque *Templum Apollinis* erat. Saxi jugum ſubſiſtit non longe ab Inſula *Elheiſi* (*). Ex tot montibus Africæ, Aſiæ & Archipelagi ingenio & ſervitio protractas lapidum moles, jam tempore & barbarie minutim fractas, in ruinarum triſti compendio invenit Mineralogiæ cupidus.

❖ ❖ ❖

Hac ichnographia judice ſtatus Floræ Ægypti Inferioris examinandus erit. Quisquis illam cum Flora quacunque Europæa confert, pauperrimam exclamat & herbationum ſegnitiem vel ſundi inopiam accuſat. Aſt ſterilitatis culpa Ægypto non ſine injuria objicitur. Verum & Botanica collectio transcurſoria non eſt ſed diligentiæ aſſiduæ adſcribenda, quæ annua mora novis de die in diem increvit repertis, & plantas omnium ætatum tranſire dedit. Si ergo theſaurus hic exiguo tantum deficit numero, penuria plantarum nullo mo-

ob

(*) vid. ejus itinerar. p. 219.

do conciliatur cum fœcunditate regionis immenſa & ſitu inter tres orbes felici, qui aditum plantis undique advectis aperit.

Ægyptus cum aliis terris parum habet commune. Admiranda hic omnia ſpectantur, aër, terra, fluvius; opera hominum & Naturæ. Neſcit Alpes montesque eminentes; adeoque totæ exulant Plantarum Alpinarum greges. Abſentia ſylveſtris Floræ inſignem ſecum auſert copiam; nec vigent genuinæ Fluviatiles & Lacuſtres. Borealis mundi frigora excludunt advenas teneriores: Ægyptus contrario prorſus modo ardentiſſimo illas opprimit calore. Idem favor cæli & ſoli, qui juvat indigenas, arcet finibus exoticas. Non cujusvis generis Vegetabilium eſt, ſine pluvia vivere poſſe: ſine fontium, fluviorum, paludum vaporibus: ſine refrigerio umbræ montanæ & ſylvaticæ: nocturno rore ſatis habere ad tolerandam ferventiſſimi diei ſitim. In fundo exarido germina peregrina & inſueta mox peribunt. Iterum: terram inundatam & longo tempore paluſtrem ægre ferunt plantæ ſiccioris ſoli. Ægyptiacæ plantæ peculiari œconomia vegetativa vivunt. Laxiſſima quippe textura & quaſi piethoricæ conſtant, ut venis ſemper aqua diſtentis refrigerium habeant paratum. Orificia vaſculorum parentiſſime excipiunt roris pluviolam & folia totidem ſunt radices. Hinc transſpiratio ſumma excitatur, utilis plantis arborum umbras ſubeuntibus. Solem igitur æſtivi diei perferre poſſunt, radice inundata; & tranſire ab ariditate menſium æſtivalium extrema, ad humiditatem diluvii trimeſtrem. Præterea tempeſtatis ordo inverſus quietem hyemalem plantis inducit regionum ſeptentrionalium, dum in Ægypto campus viret & natat omnis. Deſerta aquis vacua, arenis horrida plantas Africæ interioris vetant ſuas transmittere familias. Semina terræ caſu illapſa, ſi nimio obruantur fluvii ſedimento, non facile transluctari valent. Hæc ſine dubio cauſa eſt, cur *Entomologia* tam brevem hic refert cenſum. Ova Inſectorum, Chryſalides & Erucæ aquis longo tempore ſtagnantibus ſuffocantur. Paucæ familiæ in arbores & frutices erectioris ſtaturæ ſe ſubdueunt. Siccam deinde temperiem ut evitent, ſylvas & umbracula non inveniunt. Similiter *Aves* monticolæ & nemora amantes, patentes & ſitibundos fugiunt campos.

Plantæ ergo Boreales, quarum plurimæ ſunt montoſæ vel lacuſtres, totis hinc abſunt generibus. Paucæ hic reperiæ, tanquam peregrinantes, ſparſæ & facie fere mutatæ vix agnoſcuntur. Ægyptus Coluteam Carduumque ſpinis armat: Suecia Juniperum & Pinum foliis acuit. Illa Sycomoricetis & Phœniceiis abundat; hæc Salicetis. Nilus Arundine luxuriante veſtitur: Suecia Caricis longam prolem renet. Una Regio alteraque ſuas ſervat Sempervirentes: in Septentrione frigoris ſuſtinent violentiam & duritiem terræ gelu adſtrictæ: in Ægypto ſolis ignes experiuntur & ſolum exſuccum. Mirus eſt Fungorum defectus in terra humida: rariſſimus & fere extraneus reperitur Muſcus aut Lichen.

In

In *duos* ergo *Ordines* univerſales abeunt Plantæ Ægyptiacæ; in quas aquæ defectus vel annona ſummum habet imperium.

a) Plantæ irriguæ vel *cultæ*, omnes exoticæ, indigenatus jura atque propagationem induſtriæ humanæ debent. *Arborum frugiferarum* numerus minime reſpondet culturæ & fertilitati; ſed eminent præſtantia Palmæ & Sycomori. Credibile eſt, arbores radices ſolito profundius demittere, ut humores latentes inveſtigent.

Huc pertinent *Plantæ ſpontaneæ* vel ſemi-cultæ, qui commodam ſibi ſedem quæſiverunt ad viciniam aquarum, ut quaſi *littorales* vigeant, ſive Mari Mediterraneo propinquæ, vel circa Nili ripas & Inſulas habitent, aut agrorum & hortorum perpetuo irrigatorum margines occupent.

Quæque regio & ſingula fere provincia ſuum ſibi ſeparat Hortum Botanicum, in quo plantæ ſpontaneæ terræ favore allectæ, ſub ipſius Naturæ inſtitutione vivunt. Peninſula Ras-ettin Alexandriæ diſtincta eſt littore, collibus, agris, ficetis, foſſis, ſalinis, umbroſis, apricis; quapropter in exiguo circulo plantas coegit generum diverſiſſimorum, quarum quæque congruum ſibi fundum & parvam patriam obtinuit. Quodque gratiſſimum omnium eſt; locus ipſe Botanicum ſervat immunem ab inſidiis & inſultibus latronum. Margo Peninſulæ terræ adhærens urbe occupatur, reliquus limbus littus eſt; aquas tranare, urbem pervadere timet Arabs.

Plantæ noxiæ & inutiles aut nullæ, aut extra oleas & furtim manent. Cauſa in promtu eſt. Eximia nobilium plantarum cultura gregarias prorſus avertit. Agris opportune ſitis nulla datur requies; meſſe ſingula peracta vomere verruntur, & ad ultimam tandem progeniem hoſpites eradicantur. Plantæ cultæ trunco fruticoſo irreptitias & paraſiticas obumbrant, ſuffocant. Si una vel altera ſtirps ſuperviveret, in agro non denuo ſato, fervore exuſta interibit.

b) Plantæ arenariæ ſive Deſertorum, ordinem conſtituunt toto cœlo diverſum, prioribus tanquam pauperes & rabeſcentes oppoſitæ; miſeratione noſtra dignæ. Ne triſtia hæc loca ſine Vegetabilibus eſſent, Species fere 50 ibi ſedem fixerunt, ut greges Beduinorum errantium inveniant pabula, quibus vitam ſuſtentent, non delicate victitent. Plantæ ad tolerandam novercantis terræ inclementiam fictæ & armatæ, textura arida & prope cruſtacea, indolem loci imitantur. Foliis ventricoſis ſuccum ſervant & propriis impenſis vivunt. Fatendum erit, campeſtrem arenam non omnino deſtitui humoribus occultis; vera autem ſolatia ſunt frigora nocturna, nebulæ & rores menſium hiemaliuin. His reſuſcitantur herbæ; vivunt usque ad finem Martii; ſemina effundunt Aprili, Majo & principio Junii. Solſtitio ingruente decidunt emortuæ fere omnes.

AD-

ADDENDA.

1. Palma *dactylif.* præcipua hortorum cura in Ægypto eſt. Plantantur arbores 8. ulnar. interſtitiis. *Sexto* ætatis anno fructum ferunt. Teneræ veſtiuntur ſtoreis, ut in truncum coaleſcant frondes. Quovis anno *duo ſtrata* ramorum circumcirca arbores abſciſſuntur; hinc *ætas* earum facile computatur. *Sexus* Palmæ junioris & adhuc non floriferæ dignoſcitur ex *foliis lateralibus* α) *fœmellæ*, ad baſin frondis triquetris, canali ſupra usque ad baſin pertingente; non vero ad apicem. β) *Maſculi* folia lateribus compreſſa, canali incipiente remotius a baſi, apicem folii aſſequente.

Spadices fructu vacui, fortiter contuſi ſeparantur in filamenta, quæ in *funes* torquentur.

Rihh schoki ريح شوكي morbus in Ægypto & Syria non infrequens; ſuppuratio cum dolore intenſo, diuturno, ſæpe lethali. Pro medicina ſunt Palmæ folia parva, tenera ex ſummitate decerpta, cocta cum oleo ad ſubſtantiam rubicundam, cui adjicitur *Ceruſſa* (*Sbidadj*) سبيداج & hoc unguento locus dolens ſemel quovis die fovetur.

2. Stigma Aleppense extraneis *Sigillo d'Aleppo*; indigenis *Habbet eſſenæ*, حبت السنه id eſt: *vulnus unius anni;* tanto enim ſtadio perdurat morbus. Cicatricem imprimit ſimilem ex variolis. Extranei raro hoc vulnere fœdantur in facie; & Aleppenſes illud ut plurimum in juventute patiuntur; non recidivum. Si unicum inſedit locum vocatur *Dakar*, ذكر id eſt *mas*; ſi plura ſunt vulnera nominantur *Entaje* انتيا *fœmella*; quaſi morbus progeniem extendiſſet.

3. Fartit فرتيت morbus in *Ægypti Superioris* Provincia *Aſjut*. Certo anni tempore (vernali noſtro) incidit, & hominem plus una vice non vexat, verum tanto vehementius, diebus 15 vel 30: ſæpe lethalis. Tumor eſt albus, e quo parvus ſtylus ſurgit ſub cute; inciſio funeſto effectu inſtituitur: palliatur foliis recentibus Vitis vinif. Betæ albæ &c. impoſitis.

4. Habhab حبحب an *Ximenia?* Seminum decoctum obſtipans.

5. Sæjmak. سيمق (obſcur.) Oleum in uſu contra dolores artuum.

6. Schischm. ششم (Mater. Med. VIII. 33.) Turcis *Tſcheſchm*. Semina nigra, dura. Ophtalmicum medicamen Ægyptiis celebre; imprimis in iſta morbi ſpecie Káhiræ frequentiſſima quam *Romad* رمد vocant. Pulvis oculis inſperſus, ſumme exæſtuans.

NOTARUM EXPLICATIO.

Cd. Cairi vel Káhiræ loca deſerta.
Ch. - - plantæ hortenſes.
Cs. - - ſpontaneæ.
Ah. Alexandriæ hortenſes.
As. - - ſpontaneæ.
Rh. Roſettæ hortenſes.
Rs. - - ſpontaneæ.

Plantæ in Centuriis I — VIII. deſcriptæ, diſtinguuntur ſigno (*).

PLAN-

PLANTARUM
DISTRIBUTIO PRACTICA.

I. FOLIATIO.

A) REGENERATIO FOLIORUM.

D. 22. Martii 1762. vidi omnes arbores in hortis Káhirinis veſtitas foliis, exceptis MORO *nigra*, & FAGO *jugl.* Iisdem diebus prodibant folia RHAMNI *zizyph.* Cæterum hunc ordinem ſequuntur: (ex relatione hortulani.)

1. *Morus* alba.
2. *Vitis* vinif.
3. *Prunus* armen.
4. *Amygdalus* commun.
5. *Pyrus* domeſt.
6. *Salix* babilon.
7. *Punica* granat.
8. *Prunus* domeſt.
9. *Salix* ban.
10. *Ficus* carica.
11. *Glycyrrhiza.*
12. *Platanus* orient.
13. *Mimoſa* acacia.
14. *Rhamnus.*
15. *Melia* azeder.
16. *Pyrus* malus.
17. *Fagus* juglans.
18. *Morus* nigra.
19. *Mimoſa* lebbek.

B) DEFOLIATIO arborum totalis, verſus finem Decembr. Káhiræ obſervata, ordine quo exuuntur.

1. *Melia* azed. omnium prima defoliatur.
2. *Vitis* vinif.
3. *Morus* alba: fine Dec. tota defoliata.
4. *Pyrus* domeſt.
5. *Prunus* armen. d. 23. Dec. incepit folia demittere.
6. *Pyrus* malus.
7. *Morus* nigra.
8. *Amygdalus* commun.
9. *Punica* granat.
10. *Amygdalus* perſica.
11. *Fagus* juglans.
12. *Platanus* orient.
13. *Ficus* carica.
14. *Rhamnus.*
15. *Salix* babil.
16. *Glycyrrhiza.*
17. *Prunus* domeſt.
18. *Mimoſa* nilot. vel acacia vera.
19. - - lebbek: hanc tamen interdum ſempervirentem vidi.
20. *Salix* ban.

C) SEMPERVIRENTES.

1. *Citrus*, omnesque ejus varietates.
2. *Ricinus* arbor.
3. *Cordia.*
4. *Cupreſſus.*
5. *Annona* glabra.
6. *Phœnix* dactylif.
7. *Ficus* ſycomor.
8. *Olea* europ.
9. *Rhamnus* nab.
10. *Tamarix* atle.
11. *Caſſia* fiſtula.
12. *Muſa* paradiſ.

II. ARBORES UMBRATILES.

Sylvæ in Ægypto nullæ. *Phœnicetæ* (*dactylif.*) hinc inde in terra ſterili & arenoſa; aquis tamen vicina; e. g. ad *Birket el hadji*, qui Lacus eſt prope *Mataream*. *Tamaricetæ* (*atle*) humana induſtria plantantur. Arbores ſequentes habitant ad vias vel in umbraculis.

Ficus ſycom. ubique copioſe.
Mimoſa nilot. frequens.
- - *lebbek.* parce.
Rhamnus nab. frequens.
Tamarix atl. paſſim.
Caſſia ſophera. paſſim.
- - fiſtula. paſſim.
Ricinus comm. frequ.
Salix babyl. paſſim.
- - ægypt.
- - ban. paſſim.
Melia azed. paſſim.
Platanus orient. raro.
Populus alba & nigra.
Cupreſſus ſempervir.
Glycyrrhiza. rarius.
Goſſypium arbor. parce.
Cordia myxa. parcius.
Myrtus braſilian?
Boraſſus flabellif. in uno loco Káhiræ veteris viſus.

Dolichos *ſesban*; Sepes circa monotrophæa Colocaſiæ &c.
- - *lablab*; frequens in hortis & ſupra tecta ædium deductus.

Vitis *vinifera*; plateas & tecta obumbrans. Supra murum horti erigitur ad planum inclinatum altitudine 3 ulnar. ſepes bacillorum cruciatim poſitorum, quibus innititur Vitis; hac arte fructus citius maturatur, hortus altiori munitur muro & aſpectus conciliatur gratiſſimus.

Passiflora *cærulea*; ad umbracula domeſtica.

Helianthus *annuus*. Ad oram agrorum ſeritur cum Cucumeribus, & ſepem præbet temporariam, prout Cucurbitaceis convenit.

III. ARBORES POMONÆ, FRUGIFERÆ.

Phœnix dactylif. frequ.
Vitis vinif. frequ.
Morus alba. variat: rubra.
- - nigra.
Pyrus commun. raro.
- - malus. rariſſ.
Ceraſus. *Karaſiæ* قراصيه vel *Hamda*. حامضه parce. ego non vidi.
Piſtacia vera. rariſſ.
Foſtoq alæjmi فستق علجمي ignota arbor, foliis Fici, ex pago *Alæimi* prope *Aleppo* transvecta.
Foſtoq ſchærgi فستق شرقي ſimiliter fructus Aleppenſis. Ambæ forte ex genere *Piſtaciæ*.
Ficus carica.
Ceratonia ſiliqua.
Muſa paradiſ. frequens.

Citrus;

Citrus; variæ aut ſpecies aut Varietates.
Cactus cochenillif.
Annona glabra.
Olea europ.
Punica granat.
Rhamnus zizyph Infuſum frigidum ex fructu multum in uſu; purgans & refrigerans.
Amygdalus perſ. paſſim.
Prunus domeſt.
- - armen. variat:
a) *nucleo dulci;* Aleppenſibus vocata *Miſchmiſch lauzi.*
b) *nucleo amaro.* dicta *Kelabi* vel *Murr.*

IV. HERBÆ ODORÆ ET CORONARIÆ.

Iris. paſſim.
Alcea ficifol.
Narciſſus tazetta.
Mirabilis jalapa.
Cheiranthus.
Gomphræna glob. raro.
Centaurea moſch.
Tagetes patula.
Dianthus.
Viola odorata.
Mentha gentil.
Ocymum baſilic.
Tanacetum balſam.
Pancratium carolin.
Delphinium ajacis.
Euphorbia mauritan.
Antirrhinum linaria; in unico horto.
Jaſminum offic. paſſim.
Origanum majorana.
Roſmarinus. frequens.
Datora Veſlingii?
Aloe variegat.
Cucumis dudaim.
Zamr eſſultan, i. e. *tuba Sultani*, Aleppenſibus ſic dicta; planta obſcura.
Eupatorium odorat. Propter fragrantiam ſolent Ægyptii illam copioſe injicere in ſepulcrum ſimul cum corpore ſepeliendo.

V. CEREALIA.

Secale & *Avena* his in terris non coluntur, & prorſus ignorantur.
Triticum ubique cultum; ex illo panis & potus conficitur.
Hordeum parcius. Maturum 22. Martii. E quavis radice ut plurimum 20 ſpicæ; fere ſpitham. diſtantia inter quamque plantam. Colitur pro alendis equis, gallinis, &c. In defectu annonæ panis eſt ſuccedaneus. *Potus* ex eo vulgaris paratur nomine *Buza.* بوزي
Holcus; *Durra belledi*, paſſim. Ruſtici panem ex eo parant.
Zea mays; *dura;* parce. Spicæ aſſatæ edules, ſapidæ.

NABK EL BARR (obſcura). E Barbaria advehuntur grana, e quibus panis quidam confi-citur.

MESEMBRYANTHEMUM genicul. Beduinis in uſu. (vide Cent. IV. I.)

ORYZA SATIVA. In Ægypto ſupra Deltam & Roſettam minus minus-ve colitur; quo altius increſcunt littora, & impediunt aquæ continuum affluxum. In depreſſa regione læte provenit. Agri margine eminenti cinguntur, ne defluat aqua. Seritur Oryza ante Nili incrementa: ille deinde ſufficientem affundit humorem. Subſidente fluvio, arte & labore invehitur aqua, tanta copia, ut radices ſemper inundatæ ſint.

VI. PABULARES.

TRIFOLIUM *alexandr.* primaria & optima planta pabularis. Totis agris colitur. Venditur recens & ficca. Depaſcitur a pecoribus alligatis, & paſtore præſente.

FABA: jumentis & Ovibus; præſertim in itinere navali, quum Trifolii onera non commode vehi poſſunt. Fabæ ad farinam rediguntur & cum paleis miſcentur, quæ jam ſub trituratione comminutæ ſunt. Floret Faba fine menſis Januar. denſe & alte inſtar Secalis in noſtris arvis.

TRIBULUS *pentandr.*
SINAPIS *barra.*
SUÆDA *vera.*
SALSOLA *inerm.*
} Bov. Ovib. - - Capris.

COLUTEA *ſpin.*
HEDYSARUM *albag.*
HESPERIS *aeris.*
} Camelis.

CONVOLVULUS *cneor.*
GERANIUM *malac.*
CENTAUREA *eriopb.*
} Camel. Ovib. Capr.

FASTIDITÆ: *Zygophyllum deſert.*
Meſembr. geniculiſl.
Scorzonera nuggd.

VII. MONOTROPHEÆ.

ESCULENTÆ, TINCTORIÆ, MEDICÆ: de his cfr. MATER. MED. KAHIR.

Saccharum.
Solanum melong.
Trigonella fœnugr.
Portulaca olerac.
Beta alba.
- - rubra.
Braſſica cauliflora.
- - eruca.
- - Arab. *Sjami.* Ital. *Brocoli.*
- - Arab. *Malfiſ.*
Allium ſativ.
- - cepa.
- - porrum.
Ervum lens.
Apium petroſel.
Scandix cerefol.
Hibiſcus eſculent.
Malva rotundif.
Lepidium hortenſe.
Capſicum fruteſc.
Corchorus olitor.

Sinapis

Sinapis nigra. Caulis & petioli juniores eſculenti, ſapidi.

Conyza odora. frequ.

Lupinus.

Linum uſitat. Arab. *Kittân.* Floret fine Januar. tamen non ubique, quia feritur prout exſiccantur agri.

Indigofera.

Reſeda lut. Arab. *Blæba.* Cum alumine mixta, ad colorem flavum & rubrum.

Carthamus tinct. Arab. *Chartâm.* Semina *Öſfur.* Incipit florere medio Maji: maturus initio Junii. Seminibus oleum exprimitur. Putant Arabes colorem non corrumpi, ſi flores decerpantur a Virginibus adhuc vere caſtis, & ne nomen fallat, puellulis hanc meſſem concredunt.

Cichorium endivia.

- - Arab. *Sjikuri.* Viridis, hiſp.

Phaſeolus; *lubia fraudji.*

- - *lubia habbaſchi.*

Papaver. Semina eſculenta.

Spinacia.

Alcea ficifol. Folia edulia; obvoluta fruſtulis carnis & ſimul cocta.

Arum colocaſ. Radix cocta edulis; ejusdem ſaporis cum Solano tuber.

Dolichos lubia.

Dolichos græca. Flore clauſo.

Cicer arietin.

Vicia faba.

- - ſativa. Non vidi.

Lactuca ſativa.

- - rubra. Viridis.

Daucus carota. Ruber.

Anethum graveol.

Cannabis. Arab. *Sjaranek.* Colitur paſſim. Floret fine April. Folia ad uſus medicos. Semina inebriantia. Uſus textorius ignoratur.

Nerium oleand. rariſſime. Uſus medicus, alexipharm. interne; externe folia cocta in unguentum contra Pſoram.

Coriandrum offic.

Ranunculus fcelerat. folia contuſa contra Pſoram.

Ambroſia ſerot. Decocti vapor oculis ægris utilis.

Achillæa falc. Arab. *Bæatrau.* Extractum florum, foliorum & caulis in Vino aduſto, medicamen contra *Hypochondriam.*

Sedum teretifol. puerperis cibus medicus eſt, mixtus aliis eſculentis.

Momordica balſam. Fructus maturus & jam ſponte fiſſus Oleo amygdalino immiſſus per 40. dies, in *Balſamum* reſolvitur præſtantiſſimum.

Lawſonia inermis. (*tamrahenni*) Folia ſiccantur, in pulverem rediguntur, ſed arena admiſcenda, ut melius minuantur. Hæc maſſa ad uſus tinctorios ſervatur, & venalis transfertur. Hujus ope tinguntur Ungues rubri; manus luteæ; capilli vetularum fulvi. Senes nonnulli (ſed ex plebe tantum) barbam fucant. Quædam fœminæ pedes luteis aſpergunt maculis Pulvis aqua humectatus, capiti imponitur, unius horulæ tempore, in balneo. Manibus vero tingendis, nocte applicatur paſta; qua ablata cutis oleo ungitur, ut color obſcurior evadat. Si bruneo-fuſcus erit, paſtæ adjicitur pulpa *Juglandis* immaturæ.

VIII. LIGNA FABRILIA.

Maxima pars adfertur ex Attakia & Karamania; indigena ex hortis, aut e *Said*, (Ægypto ſuper.)

A) Fabrilia.

Djauz. Juglans.
Sâs. Platanus.
Schærbin. Cupreſſus. Ad Aſſeres, quibus cymbæ veſtiuntur.
Gæja. Lignum Sanct.
Garru vel *Durraka.* Quercus.
Snoubar. Pinus odora } Ad Aſſeres.
Gbarghaſti. Ulmus. } Ad Aſſeres.
Gutran. Pinus. } Ad Aſſeres.
Karrub. Ceratonia ſiliq. } Ad Aſſeres.
Naſbaur. Tilia.
Sanſan. Fagus.
Mimoſa acacia; ex Ægypto-Superiore Sués defertur, & potiſſima pars eſt Lignorum ad naves *ſtruendas*. *Pinus* ex Archipelago Alexandriam advehitur, inde Káhiram & Sués. Carina navis fundatur Ligno *Sadj* ساج ex India allato; pretioſo quidem, ſed forti & corrumpi neſcio.
Horſi. Arbor ignota.

B) Ligna focaria: paucis exceptis, indigena.

Ballut. Fraxinus excels.
Zæjtun. Olea.
Sændian. Græc. Βέρζαι. Quercus.
Lous. Amygdalus.
Tut. Morus.
Miſch. Prunus.
Djumez. Sycomorus.
Mchajit. Cordia myxa.
Nabk. Rhamnus.
Atl. Tamarix.
Tin. Ficus.
Nachl. Palma.
Uzeq. Lycium europ.
Metnan. Paſſerina.

C) Ligna carbonaria.

Sijal. سيال Optimi carbones. - - - - } Ex *Hedjas.*
Schiabh شيح vel *Schuabh*: boni. Arbor foliis parvis, fragrant. } Ex *Hedjas.*
Baabuni. بعبوني Boni. - - - - - } Ex *Hedjas.*
Makſar. مكسر } E regione urbis Tôr.
Agram. عغرم } E regione urbis Tôr.
Ertaa agbuz. عرتع عغوز } Carbones boni.
Rætam. رتم Spartium. Boni. E deſertis.
Adir. Boni. E Suénſi regione.
Tarfa. طرفه Tamarix gall. viles, indigena.
Ghargadd. عرقد Indigen. viles.
Baqqum. بقوم E deſertis; Beduini vendunt.
Termis; Lupinus; pro pulvere pyrio carbones optimi.

IX. SPON-

IX. SPONTANEÆ.

A) Hortenses; in plantationibus, hortis & agris.

Phalaris semivertic.
Panicum glaucum.
- - sanguin.
Plantago major.
Ipomœa palmata.
Solanum quin. fr. rubro.
- - nigrum, fr. nigro.
Suæda.
Achyranthes aspera.
Alsine segetal.
- - media. Rarior, ex Europa allata, & in horto Jesuitar. Kâhiræ visa.
Chenopodium rubr. passim.
- - viride. frequ.
Physalis somnif. Semina gallinis funesta.
Scandix infesta.
Phytolacca americ. parce.
Oxalis cornic. ubique.
Euphorbia peplus.
Stewartia corchoroid.
Sonchus olerac.
Lapsana capillar.
Gnaphalium margar.
Urtica pilulif.
Parietaria offic.
Amaranthus blitum.
Atriplex patula.
Coix lacrym. In humidiusculis, semel tantum reperta.
Adianthum. Capill. ven. Ad canales fluentes, parce.

B) Aquaticæ.

Arundo donax.
- - maxima.
Saccharum ganisch.
- - qasab. Usus pro bacillis, cancellis, &c.
Scirpus palustris.
Eupatorium odorat. Parce in insulis inundatis.
Sium aquatic. Ad pontem versus Pyramides.

C) Rudericolæ.

Hedysarum alhagi.
Cynosurus durus.
Echium.
Arundo epigejos.
Carduus syriac.
- - mariæ.

D) Pratenses. Prata ad nostræ œconomiæ formam instituta, perquam rara in Ægypto sunt.

Iris sisyrinch.
Cyperus ferrugin.
- - esculent.
Festuca fusca.
Phalaris canarienf.
Lolium annuum.
Scirpus bis-umbellat.
Alopecurus genicul.
Pentaglossum rubrum.
Cynosurus durus. Parce.
Poa amabil.
Verbena procumbens.

Gentiana centaur.
Tamarix gall.
Ecta vulgaris.
Alſine proſtrata.
Cancalis daucoides.
Rumex ægypt.
- - obtuſifol.
Juncus bufon.
Potentilla ſupina.
Silene villoſa.
Polygonum maritimum.
Ranunculus ſcelerat.
Glinus lotoid.
Lepidium ſativum.
Raphanus lyratus.
Lotus roſea.
Trigonella hamoſa.
Lathyrus pratenſ.
Medicago polymorpha.
Scorpiurus ſubvilloſ. raro.
Inula pulicar.
Cichorium endiv.
Lactuca ſaligna.
Picris hieracioid.
Senecio hieracioid.
Crepis radicata.
Gnaphalium obtuſifol.
Aſter criſpus.
Anthemis arvenſis.
Ceruana.
Erigeron jamaicenſe?
Centaurea calcitrapa.
Tanacetum humile.
Holcus exiguus.
Carex arenar.
Ambroſia ſerotina.
Andropogon annulatum.

E) Arenariæ; Deſertorum aridorum.

Panicum dichotom.
Ariſtida lanata.
Feſtuca calycina.
Agroſtis virgin.
Plantago alpina.
Lithoſpermum tinctor.
Echium vulgare.
Hyoſcyamus dator.
Corrigiola albella.
Siliquaria glanduloſa.
Rumex ſpinoſ.
Frankenia revoluta.
Herniaria lentic.
Aſphodelus fiſtuloſus.
Tribulus pentand.
Neurada procumbens.
Zygophyllum portulac.
Euphorbia retuſifolia.
Glinus chryſtallin.
Meſembryanth. nodifl.
- - geniculifl.
Antirrhinum linarioid.
Zilla myagrum.
Trigonella ſtellata.
Cheiranthus triſtis.
Senecio ſqualidus.
Chryſocoma ſpicata.
Centaurea calcitrapa.
Leontodon mucronatum.
Calendula officin.
Inula pulicaria.

FLO-

FLORA

ÆGYPTIACA.

MONANDRIA.

1. CANNA *indica*. - Rh. Ch.
2. (*) SALICORNIA *a) europæa*. As. *Chræſi* vel *Hattab haddâde*.
   α) piſtillis exſertis.
   β) piſt. incluſis.
3. (*) - *b) virginica*, farinoſa. - As.
4. (*) - *c) cruciata*. - - As. *Sabta*. Vernali tempore inventa, in ramis lateralibus ac ſuper florum ſpicam articulis veſtita, brachiatim utrinque emarginatis apice.

DIANDRIA.

5. NYCTANTHES *ſambac*. - Ch.
6. JASMINUM *officin*. - - Ch. *Jaſmin*. ياسمين vel *Kajan*. قين
7. OLEA *europæa*. - - - Ch. *Sejtun*. زيتون
8. (*) UTRICULARIA *inflexa* - Rs. *Hamûl*.
9. (*) VERBENA *a) procumbens*. Rs.
10. (*) - *b) capitata*. - - Cs.
11. (**) PENTAGLOSSUM *linifolium*. As. Cs.
12. ROSMARINUS *officin*. - Ch. *Klîl*.
13. SALVIÆ *ceratophyt*. - - As. *Merjamîe*. مريمية

TRIANDRIA.

14. TAMARINDUS *indica*. - Ch. *Tammer hendi*. تمر هندي Rami ultimi & folia alterna.
15. IRIS *a) ſambac*. - - Ch. *Zambak*. زنبق
16. (*) - *b) ſiſyrinchium*. - Cd. id nomen.
17. (**) ALTERNANTHERA *achyranth*. Rs. *Hâmel*.
18. (*) CYPERUS *a) faſtigiatus*. Rs. *Samûr dabbus*.

19. (*) CYPERUS *b) complanatus.* Rs. *Sead.*
20. (*) - *c) ferrugineus.* - Cs. Rs. *Sööd.* سعد *Ngbil.*
21. - - *d) esculentus. Hab el aziz.*
22. (*) - *e) niloticus.* - - Rs.
23. (*) - *f) lateralis.* - - Rs.
24. SCIRPUS *a) paluſtris.* - Cs.
25. (*) - *b) bis-umbellatus.* - Cs.
26. (*) - *c) fiſtuloſus.* - Rs.
27. (*) - *d) corymboſus.* - Cs. *Depſje.*
28. (*) - *e) Kalli 3. Alpin.* - As.
29. SACCHARUM *a) officin.* - Ch. *Qaſſab Sukkar* قصب سكر *Ghâb* غاب
30. (*) - *b) biflorum.* - - Rs. *Ganiſch* vel *Buz fdrſi.*
31. (*) - *c) hirſutum.* - - Cd.
32. (*) PHALARIS *a) canariens.* Cs.
33. (*) - *b) ſemiverticillata.* - Cs. *Naæjm.* ذَيم
34. (*) - *c) diſticha.* - - As.
35. (*) - *d) criſtata.* - - Cs. *Dél el fâr.*
36. (*) - *e) ſeracea.* - - Cd. *Rætam.* رتم
37. (*) - *f) vaginiflora.* - As.
38. ALOPECURUS *geniculat.* - Cs.
39. (*) AGROSTIS *virginica?* - Cd. *Samma.*
40. PANICUM *a) glaucum.* - Cs. *Safia* vel *Sar afar.* i. e. *cauda murina.*
41. (*) - *b) crus galli.* - - Rs.
42. - - *c) ſanguinale.* - - Cs.
43. - - *d) dactylon.* - - Cs. *Nirjil* vel *Nedjil.*
44. (*) - *e) appreſſum.* - - Rs.
45. (*) - *f) muticum.* - - Rs.
46. (*) - g) *tetraſtich.* - - Rs.
47. (*) - *h) turgidum.* - - Cd. *Bockar.*
48. (*) - *i) dichotomum.* - - Cd.
49. (*) - *k) geminatum.* - - Rs.
50. (*) - *l) groſſarium.* - - Rs. *Ngil* vel *Neſi.*
51. - - *m) miliaceum.* - - Cs. Calycina valvula interiore minima; flore exteriore maſculo; interiore hermaphr.
52. (**) TRISETARIA *linearis.* - As.
53. DACTYLIS. Calyx floris bivalvis, uniflorus, filiformis, corolla anguſtior. Corolla 2-valvis. Piſtilla 2.
54. CYNOSURUS *a) lima.* - - As.
55. (*) - *b) durus.* - - Cs. *Chalfi.* خلفي

56.

56. CYNOSURUS *c) ægyptius.* - Rs. *Najim el ſelib.* Alpini. Folia non oppoſita.
57. POA *a) amabilis?* - Cs. Proſtrata, ſpiculis 12-floris, linearibus.
58. (*) - *b) multiflora.* - Cs.
59. FESTUCA *a) fuſca.* - Cs. *Aburaghi.*
60. (*) - *b) lanceolata.* - As.
61. (*) - *c) dichotoma.* - As.
62. (*) - *d) faſciculata.* - As.
63. - - *e) calycina.* - - As. Cd.
64. BROMUS *a) rubens.* - As.
65. (*) - *b) villoſus.* - As.
66. - - *c) diſtachyos.* - As.
67. (*) - *d) poiformis.* - As. *Samme.*
68. (*) - *e) polyſtachios.* - As.
69. (*) AVENA *a) penſylvan.* - Cd. *Sadjaret eddjæmmel.* سجرة الجمل
70. - - *b) fatua.* - Cs. *Summæjr* vel *Chafür.* Tota una cum floribus hirſuta; ſpithamalis. Copioſe in agris.
71. - - *c) fatua.* - - Cs. Id nom. Ad baſin floris primi, pili intra calycem, glumæ corollinæ totæ glabræ.
72. LAGURUS *ovatus.* - As.
73. (*) ARUNDO *a) donax.* - Cs. *Bâz baggni* Panicula patente.
74. - - *b) donax.* - - Cs. Id. nom. Panicula arcta.
75. (*) - *c) donax maxima.* - Cs.
76. (*) - *d) epigejos.* - - Cs. *Halfe.*
77. (*) - *f) phragmit?* *Ghoheibe* prope *Suès.*
78. (*) - *g) calamagr.* ib.
79. (*) ARISTIDA *lanata.* - - Rs. Cd. *Dhrajræ.* ضرجرة *Sjæſjuf.* شفشوف
80. LOLIUM *a) perenne.* - - Cs. *Haſchiſch el farras.* حشيش الفرس
81. - - *b) temulentum.* - - Cs.
82. (*) ELYMUS *ſubulatus.* - As.
83. HORDEUM *a) hexaſtich.* - - Ch. *Sjæir.* شعير
84. - - *b) murinum.* - - As. *Abu ſtirt.* Involucris omnibus baſi ciliatis.
85. (*) TRITICUM *a) ſpelta.* - Ch. *Qamh.* قمح *Hunta.* حنطه
86. (*) - *b) hicorne.* - - As.
87. (*) - *c) ægilopoides.* - - As.
88. (*) GRAMEN *indeterminat.* - As.

TETRANDRIA

89. SCABIOSA *arenaria.* - - Rs. Flore albo; calyce longiore.
90. CRUCIANELLA *a) maritim.* - As.

91. (*) CRUCIANELLA *b) herbacea.* As.
92. PLANTAGO *a) major.* - - Cs. *Liſſân el hamal.* لسان الحمل
93. - - *b) lanceolata.* - - Cs. Capitulo globoſo, hirſuto; foliis lanceolatis.
94. - - *c) coronopus.* - - Cs.
95. - - *d) Læflingi?* - - As. Bracteis vix carinatis.
96. (*) - *e) decumbens.* - - Cd. *Senæmæ.*
97. (*) - *f) cylindrica.* - - Cd.
98. (*) - *g) ovata.* - - - As. *Lokmet eunadji.* لقمة النعجي
99. (*) - *h) craſſifolia.* - - As.
100. (**) PTERANTHUS *dichotomus.* Cd.
101. (**) RORIDULA *droſerifolia.* Suès.
102. CUSCUTA *europæa.* - - Cs.

PENTANDRIA.

103. (*) HELIOTROPIUM *europ.* - *Sackerân.*
104. LITHOSPERMUM *a) frutic.* - As. Folia lanceolata, hiſpida. Radix fuci vicem præſtat pulcherrimi.
105. (*) - *b) ciliatum.* - - Cd.
106. (*) - *c) hiſpidum.* - - Cd.
107. (*) - *d) anguſtifolium.* - Cd. *Halamæ.* حالمة
108. (*) - *e) digynum.* - - Cd. *Rogblæ.* رغلة *Nætefj.* تتش
109. (*) - *f) heliotropioid.* - - Cd.
110. (**) ARNEBIA *tetraſtigma.* Cd. *Sadjaret el arnab.* شجرة الارنب
111. (*) ANCHUSA *a) flava.* - As. *Sjubbæjta* vel *Dabbuna.*
112. (*) - *b) tuberculata.* - - As.
113. - - *c) undulata* - - As.
114. (*) - *d) hiſpida.* - - Cd.
115. (*) - *e) ſpinocarpos.* - - Cd.
116. BORAGO *a) offic.* - - Ch. *Liſſân ettôr.* لسان الثور
117. (*) - *b) verrucoſa.* - - Cd. *Luſſeq.* لسيق *Horræjg.* حريق
118. ECHIUM *a) fruticoſum?* - As. *Sak hamam* vel *Leſân el aſal.* Procumbens villoſiſſima, foliis parvis.
119. (*) - *b) rubrum.* - - Cs. *Elkahæli.* الكحيلة
120. ANAGALLIS *latifolia.* - - Cs Procumbens; caule 4-angulo; foliis cordatis, ſeſſilibus, oppoſitis, obtuſis: flore rubro & cæruleo.
121. (*) CONVOLVULUS *a) haſtatus.* Cs. *Öllaik.*
122. (*) - *b) biflorus.* - - Cs.

123.

123. CONVOLVULUS *c) hederaceus.* Ch. *Senbak.* زنبك

124. - - *d) cneorum.* - - *Bajâd.* بياض Tomentoſus, germine 4-angulo; ſtylo 1; ſtigm. 2.

125. (*) IPOMOEA *palmata.* - - Cs. *Sert el bôſa.*

126. MIRABILIS *jalapa.* - - Ch. *Ytmani. Sjibb ellejl.* شب الليل

127. DATURA *metel.* - - Ch.

128. (*) HYOSCYAMUS *datora.* - Cd. *Datora.* تاتورة *Saccaran.* سيكران

129. NICOTIANA *tabacum.* - - Ch. *Doccban.* i. e. *fumus.*

130. PHYSALIS *a) ſomnifera.* - - Cs. *Sakarân.*

131. - - *b) curaſſav.* - - As. Foliis villoſis.

132. (*) SOLANUM *a) nigrum.* - Cs. *Enabeddib.*

133. - - *b) melongena.* - - Ch. *Badindjân.* بيدنجان

134. - - *c) diphyllum.*

135. CAPSICUM *fruteſcens.* - Ch. *Fœf el achmar.*

136. CORDIA *a) myxa.* - - Ch. *Mocbajet.* مخيط i. e. *berba ſternutat.* Foliis ſerratis, vel ſubcrenatis. Staminib 4.

137. - - *b) ſebeſtena.* - - Rs. Foliis ſubrotundis.

138. LYCIUM *europæum.* - - As. *Aufædj.* Filamentis baſi nudis; bacca bilocülari, polyſperma.

139. (*) RHAMNUS *a) nabeca.* - Ch. *Sidr.* vel *Nabk.* نبق Edulis.

140. - - *b) zizyphus.* - - Ch. *Önnab.*

141. VITIS *vinifera.* - - Ch. *Æneb.* عنب vel عناب

142. ACHYRANTHES *aſpera.* - Cs. *Nœajm.* نعيم

143. NERIUM *oleander.* - - Ch. *Tifla.* دفلة

144. (**) GYMNOCARPOS *deſerti.* Cd. *Sirr.* سر *Djarad.* جرد

145. CORRIGIOLA *a) repens.* - Cd.

146. (*) - *b) albella.* - Cd. *Libbæjt.*

147. ASCLEPIAS *a) gigantea.* - *Bejd eloſchar.* Nobis non obvia in Ægypto; viſa tamen *Alpino* & *Nerden.*

148. (*) - *b) cordata.* - - Cd.

149. (*) HERNIARIA *lenticul.* - Cd. *Makr.* مكر

150. CHENOPODIUM *a) rubrum.* Cs.

151. - - *b) album.* - - Cs.

152. - - *c) flavum.* - - Cs.

153. - - *d) viride.* - - Cd. *Fiſa el klâb.* فسة الكلاب

154. BETA *a) vulgaris.* - - Cs. Ch. *Sælk* vel *Salg.* سلق

155. - - *b) rubra.* - - Ch. *Baudſjar.*

156. (*) SALSOLA *a) kali polygam.* As.

157.

157. (*) SALSOLA *b) inermis.* - As. *Nædæva* vel *Gummæli.*
158. (*) - *c) mucronata.* - - As.
159. (*) - *d) longifolia.* - - As.
160. (*) - *e) articulata.* - - Cd. *Tartir.* ترتير
161. (*) - *f) monobractea.* - - Cd. *Ærejam.* عريم
162. - - *g) vermiculata.* - - As.
163 (*) - *h) tetrandra.* - - As.
164. GOMPHRENA *globosa.* - - Ch. *Ambar.* عنبر
165. GENTIANA *centaur.* - - Cs. *Kantariûn*: nomen a Lat. derivatum. Monandra: flore rubro & albo: ſtylo ſtigmate longiore; licet digyna putatur. Uſus. medic. vulgaris.
166. CRESSA *cretica.* - - *Nædæva.* Foliis lanceolatis, incurvis ſtigmate globoſo; non ſimplici.
167. ERYNGIUM *campeſtre.* - - As. *Schaûkel.* شقاقل
168. (*) CAUCALIS *a) pumila?* - As.
169. (*) - *b) glabra.* - - As.
170. DAUCUS *carota.* - - Ch. *Djazar.* جزر
171. (*) AMMI *majus.* - - Rs. *Chælle.*
172. CHRITHMUM *pyrenaic.* - Cd. *Sjæbet el djelbel.* شبت الجبل
Involucro duplici; aphyllum, teres, dichotomum.
173. CORIANDRUM *ſativum.* - Ch. *Kurbara.*
174. SCANDIX *a) cerefolium.* . Ch. *Maqdunis frandji.* مقدونس
175. (*) - *b) infeſta.* - - Cs. *Chellæ* vel *Gazar Sjæitani.*
176. SMYRNIUM. Seminib. compreſſis, ſuborbiculatis.
177. ANETHUM *graveolens.* - - Ch. *Sjæbet.* شبت *Sjamar.* شمر
178. CARUM *carvi.* - - Ch.
179. APIUM *a) graveolens.* - - Ch. *Kerafs.* كرفس
180. - - *b) petroſelin.* - - Ch. *Baqdunis.* بقدونس
181. TAMARIX *a) gallica.* - - Cs. *Tarfæ. Hattab aemmar.*
182. (*) - *b) orientat.* - - Ch. *Atl.* اثل
183. (*) ALSINE *a) ſegetalis.* - Cs.
184. (*) - *b) proſtrata.* - - Cs. *Robbæjre.*
185. (**) SUÆDA *a) vera.* - As. *Suæd. Hömmam.*
186. (*) - *b) baccata.* - - Cs. *Mullæab.*
187. (*) - *c) vermiculata.* - As.
188. (*) - *d) borrenſis.* - - Ch. *Mullab.*
189. (*) - *e) monoica.* - - As. *Aſal.*
190. (*) STATICE *a) monopetala.* - As. *Sætj. Zæjta.*

191.

191. (*) STATICE *b) aphylla.* - As.
192. - - *c) speciosa.* Caule subnudo, dichot. inferne sub-ancipiti, superne sæpe triangulari.
193. LINUM *usitatissimum.* - - Ch. *Kittan.* كتان

HEXANDRIA.

194. (**) SILIQUARIA *glandulosa.* Cd.
195. NARCISSUS *tazetta.* - Ch. *Nardjis.* نرجس Nomen a Lat. desumtum Foliis spiraliter contortuplicatis. Bulbus oblongus, magnus.
196. (*) PANCRATIUM *illyric.* - Ah. *Susanu.*
197. ALLIUM *a) sativum.* - - Ch. *Tom.*
198. - - *b) cepa.* - - Ch. *Basâl.* بصل
199. - - *c) porrum.* - - Ch. *Korrât.* كرات
200. (*) - *d) desertorum.* - - Cd. *Zaæteman.* زعيتمان
201. ASPHODELUS *fistulosus.* - Cd. *Burak.* بورق
202. (*) ASPARAGUS *a) stipularis.* As.
203. - - *b) agul.* Sine stipulis ad exitum ramor.
204. POLYANTHES *tuberosa.* - *Zymbyl.*
205. (*) HYACINTHUS *serotin?* Cd. *Zaæteman. Borræjt.* بريط
206. (*) ALOE *variegata.* - Ch. *Sabbâre.* صبارة
207. (*) JUNCUS *a) spinosus.* As. *Summâr.* Cfr. Flor. Constant. 173.
208. (*) - *b) subulatus.* As. *Hallæn.*
209. - - *c) acutus.*
210. (*) FRANKENIA *revoluta.* - As. *Hæjscheb, Nemæsje.* نميشه
211. (*) RUMEX *a) ægypt.* vel *comosus.* Cs.
212. - - *b) obtusifolius.* - Cs. *Humæid.* حميض
213. (*) - *c) spinosus.* - - Cd. *Fidjel el djebbel.* فجل الجبل vel *Hænsâk.*
214. - - *d) vesicarius.* - - Cd. *Humbæjt.*
215. (*) - *e) pictus.* - - As.

OCTANDRIA.

216. LAWSONIA *a) spinosa.* - Ch.
217. - - *b) inermis.* - - *Tamrahenne.* تمرحنه
218. (*) PASSERINA *mettân.* As. *Mettân.*
219. POLYGONUM *a) marit.?* Cs. *Gæddaba.* Caule fruticoso, prostrato; foliis cuneiformibus.
220. (*) - *b) persicaria.* - Rs.
221. (**) CAIDBEJA *adhærens.* Cd. *Lussaq.* لصاق (*Forskâlea. Linn.*)

DECANDRIA.

222. CASSIA *a) fenna.* Cd. *Senna mecki*, سنا مكه vel *Hedjazi.* حجازي
223. - - *b) fistula.* - - Ch. *Chijar schambar.* خيار شنبر
224. - - *c) sophera.* - - Ch. *Suffæjr.* صفير
225. RUTA *a) graveolens.* - Ch. *Sændeb.* سندب Petalis lacerato-ciliatis.
226. (*) - *b) tuberculata.* - Cd. *Meddjenninæ.* مجنينه
227. MELIA *azeder.* - - Ch. *Zænzalacht.* زنزلخت Folia bipinnata; drupa 5 - locularis.
228. (*) ZYGOPHYLLUM *a) proliferum.* As. Cs. *Chræsi.*
229. (*) - *b) defertorum.* Cd. *Kamôn Karamâni.* كمون كرماني *Rotræjt.* رطريط
230. (*) - *c) portulacoides.* - Cd. *Djarmal.* جرمل
231. (*) FAGONIA *scabra.* - Cd. *Djæmde.* جمده
232. (*) TRIBULUS *pentandrus.* - Cd. *Gatba* vel *Eddræjsi.*
233. - - *b) terrestris*; petalis emarginatis.
234. - - *c) lanuginosus*; petalis integris.
235. (*) JUSSIÆA *diffusa.* - Rs. *Fôrgâa* vel *Frækabl.*
236. (**) ROKEJEKA *capillaris.* Cd. *Syrr* vel *Rokæjeka.* رقيقه رعيغه
237. DIANTHUS *caryophyllus.* - Ch. *Gurumfil.* قرنفل
238. (*) SILENE *a) fuccolenta.* - As.
239. (*) - *b) villosa.* - - Cs. *Kabbli.*
240. ARENARIA *peploides.* - As. Suffruticosa, foliis carnosis.
241. CHERLERIA *sedoides.* - Cd. *Sesau.* Foliis obovato - succulent.
242. (*) COTYLEDON *deficiens.* Ch. *Vudne.* وضنه
243. SEDUM. - - - Ch. *Haj âalam.* حي عالم Foliis subulatis, sparsis, confertis.
244. OXALIS *corniculata.* - Cs.
245. (*) NEURADA *procumbens.* Cd. *Saadân.* سعدان
246. PHYTOLACCA *americ.* - Cs.

DODECANDRIA.

247. PEGANUM *a) harmala.* Cd. *Hirmal.* حرمل *Ghalget eddîb.* علقت الديب
248. (*) - *b) retusum.* - - Cd. *Ghargbædd.*
249. PORTULACA *oleracea.* - Cs. Ch. *Ridjle* رجله *Baqla.* بقله
250. RESEDA *a) decursiva.* - As. Foliis decursive-pinnatis; foliolis subæqualibus; floribus trigynis.
251. - - *b) luteola.* - - Ch. *Uabs.*

252. RE-

252. RESEDA *c) phyteuma.* - Cd.
253. (*) - *d) hexagyna.* - Cd. *Dhenâba.* ضنابا
254. (*) - *e) tetragyna.* - As. *Romæjhh.* رميح
255. EUPHORBIA *a) peplus.* - Cs. *Mælæke.* Foliis integr. obovatis, petiolatis.
256. - - *b) ſerpyllifolia.* - Cd. As.
257. (*) - *c) retuſa.* - - Cd. *Melhæju.* Nöömanie. دهمانيه
258. (*) - *d) obliquata.* - As.
259. - - *e) polygonifolia.* - Cd. *Sar gal tæjr.*
260. (*) - *f) dichotoma.* - As.
261. (*) GLINUS *a) lotoides.* - Cs. *Ghobbæjre.*
262. (*) - *b) chryſtallin.* - Cd. *Kuſjet el bellâd.* كشة البلاد

ICOSANDRIA.

263. CACTUS *cochenillif.* - - Ch. *Tin fraudj.* تين فرنجي i. e. *Ficus europ.*
264. MYRTUS *braſil?* - - Ch. *As merſîn.* مرسين
265. PUNICA *granatum.* - Ch. *Rummân.*
266. AMYGDALUS *a) perſica.* - Ch. *Choch.* خوخ
267. - - *b) communis.* - Ch. *Lauz.*
268. PRUNUS *a) armen.* - Ch. *Miſjmiſj.* مشمش
269. - - *b) domeſtic.* - Ch. *Barquq.* برقوق
270. PYRUS *a) commun.* - Ch. *Kummitri.* كمثرى
271. - - *b) malus.* - - Ch. *Tyffahh.* تفاح
272. (*) MESEMBR. *a) nodiflor.* Cd. *Ghaſul.* غاسول
273. (*) - *b) geniculiflor.* - Cd. *Sambh.*
274. ROSA - - - Ch. *Uard.* ورد
275. POTENTILLA *ſupina.* - Cs.

POLYANDRIA.

276. (*) CAPPARIS *ſpinoſa.* - As. *Kabbar.* كبر (nom. latin.)
277. (*) CHELIDONIUM *dodecandr.* Cd. As. *Ridjlet el ghrâb.* رجلة الغراب
278. PAPAVER *hybridum.* - As. Caule ſetis ſurſum appreſſis. *Aub el num.* ابو النوم
279. (*) NYMPHÆA *lotus.* - Rs. *Naufar.* نوفر
280. (*) CISTUS *thymifol.?* - Cd. As. *Choſſæin.* خشين *Surrutb nattil.*

281. (*) CORCHORUS *olitorius.* - Ch. *Melochîa.* ملوخيه
282. DELPHINIUM *ajacis.* - - Ch. *Ajakabûh.*
283. NIGELLA. - - Cd. *Habba.*
284. (*) REAUMURIA *vermic.* Cd. *Mullaḥ.* مليح *Adhbe.* عضبه
285. (*) STRATIOTES *aliſmoid.* - Rs.
286. (*) ANNONA *glabra.* - Ch. *Keſchta.*
287. ADONIS *annua.* - As.
288. RANUNCULUS *ſceleral.* - Cs. *Zagblil.*

DIDYNAMIA.

289. MENTHA *a) longifolia.* - Rs.
290. (*) - *b) gentilis.* - - Ch. *Nænæ* دعنع
291. (*) - *c) Lmam* vel *Nmam.* نمنام vel نمامه
292. TEUCRIUM *polium.* - As. Caule proſtrato, tomentoſo, albo; flore flavicante.
293. STACHYS *orientat.* ? - Cd. *Raghat.* رغث Verticilli biflori. Folia ſeſſilia. Flores rubri. Frutex.
294. (*) MARRUBIUM *plicatum.* - As. *Fraſiûn.* فراسيون
295 ORIGANUM *majoraua.* - Ch. *Mardokuſj* Foliis oppoſitis, ovalibus, petiolatis, ſubvilloſis, 5-nerviis.
296. (*) MELISSA *perennis.* Cd. *Raàle.* رعله *Sadjaret elghaſil.* شجره الغسال
297. OCYMUM *baſilic.* - - Ch. *Ribbân.* ريحان Orientalibus delicioſa planta ob odorem; quam ſollicite & copioſe in hortis colunt. Roſetræ vidi illam altitudine ſeſquicubitali.
298. (*) LATHRÆA *a) phelypea.* - As. *Halûk ribi.*
299. (*) - *b) quinquefida.* - Rs. *Haluk.*
300. ANTIRRHINUM *a) linaria.* Ch. *Æisj el mælik.*
301. (*) - *b) ægyptiacum.* Cd. *Doræjſe.* ضريسه *Aſjib ed dib.* عشب الديب
302. (*) - *c) hælava.* - - Cd. *Hælava.* حلاوه
303. OROBANCHE *a) major.*
304. (*) - *b) crenata.* - - Cs. *Haluk metabi.*
305. SESAMUM *a) orientale.* - Ch.
306. - - *b) indicum.* - - Ch. *Semſem.* سمسم
307. (*) VITEX *agnus caſt.* - Ah. *Kaf-marjam*, i. e. *manus Mariæ.*

TETRA-

TETRADYNAMIA.

308. (**) ZILLA *myagrum.* - Cd. *Zilla.* زلا

309. (*) ANASTATICA *hierich.* - Cd. Rarior. *Kof Marjam.* كف مريم

310. (*) LEPIDIUM *a) ſquamatum.* Cs. Ch.

311. - - *b) hortenſe.* - - *Habraſſar.* حب رشاش

312. BISCUTELLA *didyma.* - As. Parva; foliis hirſutis.

313. (*) LUNARIA *ſcabra.* - Cd. *Djarba.* جربا

314. (**) MNEMOSILLA. - As. (*Forſkålea nova*).

315. ERYSIMUM *barbar.* - - Rs. Siliqua tereti.

316. CHEIRANTHUS *a) chius?* - Ch. *Mantûr.* منتور Foliis dentatis; ſiliquis ſubulatis.

317. (*) - *b) triſtis.* - - Cd. *Naggæſſi.* نكيسه *Sjudjara.* شجاره

318. (*) - *c) villoſus.* - - As.

319. SISYMBRIUM *amphib.* - Cd.

320. (*) HESPERIS *acris.* - Cd. *Sphæri.* صفيري (ex Latin.)

321. ERASSICA *a) oleracea.* - - Ch. *Krumb.* كرنب قرنبيط (ex Lat. *Crambe*) vel *Krumb ſjami.*

322. - - *b) eruca.* - - Ch. *Djardjir.* Acris, edulis.

323. (*) - *c) craſſifolia.* - Cd. *Krumb biſſabra.*

324. SINAPIS *a) nigra.* - Ch. *Kabar.* كبر Semina vocantur *Chardal.* Siliquæ iſthmis diviſæ & velut articulatæ.

325. - - *b) arvenſis.* - - As. *Karilli* vel *Chardel.* خردل

326. (*) - *c) barra.* - - Cd. *Harra.* حاره

327. RAPHANUS *a) ſativus.* - Ch. *Fidjel.*

328. (*) - *b) lyratus.* - Cs. *Rſjâd el barr.* رشاد البر

329. (*) ISATIS *a) ægyptia.* As.

330. (*) - *b) pinnata.* - As.

MONADELPHIA.

331. (*) GERANIUM *a) malacoides.* Cd. *Djarna.* جرنا

332. (*) - *b) craſſifolium.* - Cd. *Tummæjr. Kalſjiæ.*

333. - - *c) maritimum.* - Cd. Foliis laciniatis.

334. (*) - *d) hirtum.* - Cd.

335. (*) - *e) ciconium.* - Cs.

336. (*) - *f) triangulare.* - Cd.

337. ALTHEA *cannabina.* - Cd.
338. ALCEA *ficifolia?* - Ch. *Chatmie.* خطميه Calyx exterior 8-fidus; quapropter iſte charact. conſtans eſt.
339. MALVA *rotundifolia?* - Ch. Cd. *Chobbeize.* خبيزه Sativa, edulis.
340. GOSSYPIUM *a) herbaceum.* - Ch.
341. - - *b) arboreum.* - Ch. *Cotn el ſadjar.*
342. (*) HIBISCUS *a) ficuleus.* - Ch. *Bami.*
343 (*) - *b) eſculentus.* α) *Bamia.* باميه Fructu hiſpido.
344. (*) - - - β) *B. Uaki.* vel *Bælledi.* Fr. glabro.
345. (*) - *c) ſyriacus.* - - Ch.
346. - - *d) trionum.* - - As. Rarior.
347. (*) STEWARTIA *corchoroides.* Cs.

DIADELPHIA.

348. FUMARIA *a) officin.* - Cs. *Sjahtaredj* شهترج
349. - - *b) capreolata.* - Cs.
350. PHASEOLUS *a) Lubia fraudji.* لوبيه
351. - - *b) Lubia habbeſchi.*
352. - - *c) Lubia bælledi.*
353. (*) GENISTA *ſpartium?* - Suès. *Retem.*
354. (*) ONONIS *a) cherleri.* - As.
355. (*) - *b) ferrata.* - As.
356. LUPINUS *a) anguſtifolius.* Cs. *Termis el ſjaitan.* i. e. *Lup. diaboli*; quia ſe miſcet Lup. vero. Non edulis. Appendix Calycis magna, ovata.
357. (*) - *b) termis.* - - Ch. *Termis.* ترمس
358. (*) - *c) digitatus.* - - Rs.
359. (*) COLUTEA *ſpinoſa.* - Cd. *Kaddâd.* كداد
360. DOLICHOS *a) lablab.* - Ch. *Liblab.* لبلاب
361. (*) - *b) ſinenſis.* - Rs. *Öllcab*; commune nomen ſcandentium.
362. (*) - *c) ſeſban.* - Ch. *Seiſebân* سيسبان
363. (*) - *d) lubia.* - Ch. *Lubia bælledi.*
364. LATHYRUS *articulatus?* - Cs. *Dobrodj.* دحرج *Siliquis glabris.*
365. VICIA *a) faba.* - - Ch. *Fûl.* فول
366. - - *b) ſativa.* - Rs. *Faurûm.* i. e. *Faba Græca.*
367. - - *c) lutea.* - - *Bachra.*

368. CICER

368. CICER *arietinum.* - - Ch. *Homes* حمص vocantur pisa vel fructus: planta dum siliquas habet *Melûn.*
369. ERVUM *lens.* - - Ch. *Ads.* عدس
370. GLYCYRRHIZA - - Ch. *Örkfûs.* عرق سوس
371. HIPPOCREPIS *bisiliqua.* - As. Rarior. Leguminibus sessilibus, geminatis.
372. SCORPIURUS *subvillosus.* - - Cs.
373. HEDYSARUM *a) caput galli.* - As. Repens. Stamen X:mum liberum, stigma supra barbatum. Fructus monosperm. echinatus.
374. (*) - *b) albagi.* - Rs. Cs. *Agûb.*
375 (*) INDIGOFERA *tinctoria.* - Ch. *Nile.* نيله
376. (*) ASTRAGALUS *a) trimestr.* Cd. *Chamsarat el arusc.* خنصرة العروس Legumina semiovata, subtus plana.
377. - - *b) cicer.* - - As.
378. (*) - *c) annularis.* - As.
379. (*) - *d) fruticulosus.* - Rs.
380. TRIFOLIUM *a) melil. ind.* - Rs. Frequens. *Rekrak.* رقراق Legumina oblonge circinata.
381. (*) - *b) mel. diffus.* vel bicornis. Cd. *Gurt. Djulbân.*
382. (*) - *c) alexandrinum sativum*, ubique. *Bersim.* برسيم vel *Berzûn.*
383. (*) - *d) fragiferum.* Cs.
384. LOTUS *a) corniculata.* - Cs.
385. (*) - *b) cretica.* - As. *Æsjbæ.*
386. - - *c) villosa.* - As. *Karn el gasal.* Leguminibus sub-binatis, teretibus, subcurvis; caulibus prostratis; foliis quinatis, setosis.
387. (*) - *d) rosea.* - Cs.
388. TRIGONELLA *a) fœn. gr.* - Ch. *Halbe.* حلبه
389. (*) - *b) hamosa.* - Cd. *Adjelmælek. Daragrag.* دراگراگ
390. (*) - *c) stellata.* - Cd. *Gargas.*
391. (*) MEDICAGO *polymorph.* Cs. *Nefl.*

POLYADELPHIA.

CITRUS. Species & Variat. plures in hortis Káhirinis.

A.) AURANTIA.

392. - - *a) Narindj halu* نارنج حلو & *Nar. malech.*
393. - - *b) Nar. Portugbal.* برتوغال

B) MEDICA.

B.) MEDICA.

394. - - *a) Limûn malebb.* لمون مالح
395. - - *b) Lim. Hælu.* لمون حلو
396. - - *c) Idalia hælu.* لمون ايضاليا
397. - - *d) Idalia malebb.*
398. - - *e) Limûn ſjæivi.*
399. - - *f) Kabbâd.* كباد
400. - - *g) Næffaſeb.*
401. - - *h) Turundi hælledi.* طرنج vel ترنج
402. - - *i) Tur. mſâbba.*

SYNGENESIA.

403. TRAGOPOGON *picroid.* - Rs. Foliis haſtato-ſinuatis.
404. (*) SCORZONERA *a) tingit.* Cd. *Nuggd.* نكد
405. (*) - *b) ciliata.* - Cd. *Nuar. Sjadæjd. Hauve.* حوء
406. PICRIS *a) hieracioid.* - Cs.
407. - - *b) echioides.* - - *Libbæju.*
408. CATANANCHE *flore flavo.* - *Lælſæb.*
409. (*) PRENANTHES *ſpinoſa.* Suès, Ghobeibe. *Kæddad.*
410. (*) CREPIS *radicata.* - Cs. *Srægha. Haudân.* حودان
411. SONCHUS *a) oleraceus.* - Cs.
412. - - *b) arvenſis?* - Rs. Pedunculi non hiſpidi, ſed ſubtomentoſi. Calyces glabri.
413. LACTUCA *a) ſativa.* - Ch. *Chaſſ.* خس *acbdar* vel *aſſar.* viridis. *b)* rubra : *Chaſſ-ahmar* vel *ramrabendi.*
414. - - *b) ſaligna.* - - Cs. *Libbæju ſjajecb.*
415. (*) LEONTODON *a) mucronat.* Cd. *Jamrur.*
416. (*) - *b) aſperum.* - As.
417. HYOSERIS *bedypnois.* - As.
418. LAPSANA *a) capillaris?* - Cs. Caule non prorſus filiformi.
419. (*) - *b) taraxacoides.* - As.
420. CICHORIUM *a) intybus.* - Ch. *Sjikurie.* شكوريه hiſpidum, viridi-fuſum. *Hendeb.* هندب
421. - - *b) endivia.* - Cs. *Hendibe.* هندبه
422. (**) POLYCEPHALOS *ſuaveolens.* Rs. *Habagbag.*

423. ECHINOPS *ſphæroceph.* - Cd. *Chaſſir.* خشير vel *Sjök edſjemmel*; i. e. *Carduus Cameli*; planta Camelo non ingrata, licet aculeatiſſima. Capitulo albo.

424. (*) CNICUS *ſpinoſiſſimus.* - Cd.

425. EUPATORIUM *odoratum.* - As. *Barnûf.* Folia lanceolata, non deltoidea. Pappus non plumoſus.

426. (*) SCOLYMUS *liſpanicus.* - Cs. *Læhlah.*

427. CARDUUS *a) mariæ.* - Cs. Foliis variegatis.

428. - - *b) ſyriacus.* - - Cs *Læhlab.* لحلاح Foliis albo-maculat.

429. - - *c) foliis decurrentibus.* - As. *Libd.* Flore rubro.

430. CYNARA *ſcolymus.* - - Ch. *Charſjuf*: nomen ab *Artichot* mutuatum.

431. CARTHAMUS *tinctor.* - Ch. *Öffar.* عصفر *Qortom.* قرطم

432. (*) CHRYSOCOMA *a) mucron.* Cd. *Dafra.* ضفري

433. - - *b) ſpicata.* - - Cd. Herbacea, caulibus diffuſis. *Folia* linearia circa capitula. *Flores* per totum caulem capitati.

434. (**) KAHIRIA. - - Rs.

435. (*) SANTOLINA *a) terreſtris.* As.

436. (*) - *b) fragrantiſſima.* - Cd. *Kæſſum.*

437. TANACETUM *a) balſamita.* - Ch. *Belſamæ* vel *Melſane.* ملسنه

438. (*) - *b) humile.* - - Cs.

439. ARTEMISIA *a)* - - Ch. *Sjehe.* شيبه denotat *capillos incanos*; nomen aliis quoque additum plantis foliis villoſo-cinerascentibus & *Licheni.* Similitudinem habet cum *Hebr.* שִׁיבָה

440. - - *b) abrotan?* - - Ch. *Semſek* vel *Mſæka.*

441. GNAPHALIUM *a) margarit.* - Cs.

442. - - *b) obtuſifolium.* - Cs. Caulibus proſtratis.

443. (*) CONYZA *a) odora.* - Ch. *Barnuf.* برنوف

444. (*) - *b) tomentoſa.* - As. *Tom ernêb.* vel *Mottæj.* مطي

445. (*) ERIGERON *ſerratum.* - Cs.

446. SENECIO *a) hieracifolius.* - Cs. *Kns.* Flores ſub-umbellati; corymbi terminales; folia pinnato-ſinuata.

447. (*) - *b) ſqualidus.* - - Cd. Frequentiſſ. *Korreis.* قريس

448. (*) - *c) ſucculentus.* - As.

449. (*) ASTER *criſpus.* - - Cd. *Sabat.*

450. (*) INULA *dyſenterica.* - Cs. *Rarâa eijub.* رعراع ايوب

451. TAGETES *erecta.* - Ch. *Gatîfe.* قطيفه

452. CHRYSANTHEMUM *ſeget.* - As. *Gabvan.*
453. (**) CERUANA *patenſis.* - *Kæruan.*
454. ANTHEMIS *a*) *Erbæjan.* ريبان Cs. Flore albo; foliis linearibus.
455. - - *b*) *arvenſis?* - Cd. *Aingot.* عينقط vel عنقوت *Frach imaaligh.* Folia linearia, bipinnatifida, baſi pinnis confertis, dentatis; radio albo; recept. paleaceo.
456. - - *c*) *Nuggd.* نقد - Cd. Folia amplexic. dentato-lacerata, villoſa. Recept. paleaceum; pappus nullus.
457. - - *d*) *Frach om ali.* - - Flore albo; foliis multifidis, linearibus, ſubvilloſis.
458. ACHILLÆA *a*) *falcata.* - As. *Bæstran.* بعيتران *Kæjſún* قيسون
459. - - *b*) *lobatifolia.* - As. Parcius.
460. (**) MICRELIUM *a*) *aſteroides.* Rs.
461. (*) BUPHTALMUM *graveolens.* Cd. *Rabd.* ربد
462. HELIANTHUS *annuus.* - Ch.
463. CENTAUREA *a*) *moſchata.* - Ch. *Ambar.*
464. - - *b*) *lippii.* - - Cd. *Chaiſarân.* خيزران
465. - - *c*) *eriophora?* - Cd. *Jamrûr.* يمراور vel يمرور Folia vix ſemi-decurrentia; flores albi; Antheræ interdum rubræ; ſæpe albæ.
466. (*) - *d*) *calcitrapa.* - Cs. *Morrejr.*
467. (*) - *e*) *carduus.* - As. *Akæſj.*
468. (*) - *f*) *mucronulata.* - As.
469. (*) - *g*) *acaulis.* - As. *Serrat enaghi.*
470. CALENDULA *officin.* - Cd. *Tubb æjni.* vel *Kæbbli.* كحلة Semina diſci vix bicornia; potius falcata, vel hamata.
471. VIOLA *odora.* - - Ch. *Benæffidj.* بنفسج

GYNANDRIA.

472. (**) MOSCHARIA *aſperifolia.* As. *Miſſæka.*
473. PASSIFLORA *cærulea.* - Ch. *Sjerk elfælak.* ſtip. falcatis.
474. ARUM *colocaſia.* - - Ch. *Kulkâs.* قلقاس Prope Roſettam totis agris colitur.

MONO-

MONOECIA.

475. CYNOMORIUM *coccineum.* — As.
476. LEMNA *polyrrhiza?* - Rs.
477. ZEA *majs.* - Ch. *Durra.* ذرى
478. COIX *lacryma Jobi.* - Cs. *Dimmà ajûb.* دمع ايوب
479. CAREX *arenaria.* - - Cs.
480. URTICA *pilulifera.* - Cs. *Kurres.* قريص
481. MORUS *a) alba.* - - Ch. *Tût.* توت Foliis palmatis.
482. - - *b) nigra.* - - Ch. Foliis cordatis.
483. XANTHIUM *ſtrumar.* - Rs. *Charica elbâbr.*
484. (*) AMBROSIA *villoſiſſima.* Cs. *Dæmſiſe.* دمسيسه
485. AMARANTHUS *a) blitum.* Cs. *Fiſa klâb.*
486. - - *b) ariſtatus.* - Rh. Parvus, cum ariſtis.
487. PLATANUS *orientat.* - Ch. *Schinar.*
488. PINUS. - - Ch. *Snobar.* صنوبر
489. CUPRESSUS *ſempervir.* - Ch. *Sarv.* سرو
490. (*) CROTON *a) tinctor.* - Cs. *Ghobbæjre.*
491. - - *b) argenteum.* - Cs.
492. (*) RICINUS *medicus.* - Ch. *Charua.* خروع
493. MOMORDICA *a) balſamina.* - Ch. *Balleſan.*
494. - - *b) luffa.* - - Ch. *Luff.* لوف Conſiſtentia interna villoſa; a fœminis utitur in balneis.

CUCURBITACEA
ÆGYPTI ET ARABIÆ FELICIS.

Maximam partem deſcripta Cent. VI. 40—62.

A) CUCURBITA.

495. - *a)* LAGENARIA. *Qarâ m'dauer.* قرع مدور Ch.
496. - - *b) Dubba dybbe.* - Môr & Ch.
497. - - *c) Qarâ tauvîl.* قرع طويل Ch.

B) CITRULLUS.

498. - - *d) Dubba farakis.* Môr. Ch. Ægyptiis *Battich.* بطيخ Diſtinguunt hunc Arabes a *Bartich* برطيخ *Citrullo vero.*
499. - - *e) Schurredj.* شريج *Hadie.*
500. - - *f) Kaſch.* قاش *ibid.*

C) PEPO.

C) PEPO.

501. - - *g*) P. *longa*. - Ch. *Kara* vel *Garna*.
502. - - *h*) *Qarâ ſtambûli*. - Ch.

D) CUCUMIS.

503. - - *a*) COLOCYNTH. - Cd. *Hamdal*. هندل
504. - - *b*) ANGURIA. - *Muſc*; *Jemen*.
505. - - *c*) TRILOBATUS. - *Taœs*.
506. - - *d*) *Mhœimta*. - *Surdûd*.
507. - - *e*) MELO. *Dummæjri*. ضميري Ch.
508. - - *f*) CHATE. *Abdellavi*. عبد الاوي ſeu *Adjur*. عجور Ch.
509. - - *g*) *Mebanavi*. - Ch. priori affinis. Fructus globoſo-ovalis.
510. - - *h*) ANGULATUS. *Kauûn*. قاوون Ch.
511. - - *i*) SATIVUS. *Fakûs*. فقوص Ch.
512. - - *k*) *Smilli*. - *Môr*.
513. - - *l*) *Chiar*. خيار - Ch. An idem cum priore?
514. - - *m*) *Qazre*. ڤڤ vel ڤط Ch.
515. - - *n*) *Barrich Djibbeli*. Ad *Birke*, cultus ab Arab. monticolis.
516. - - *o*) B. *brylloſi*. Cultus ad *Brullos* promontorium *Deltæ*.
517. - - *p*) B. *bælledi*. Mediæ magnitudinis.
518. - - *q*) B. *ennemes*. بطيخ النمس Ch. Rarior.
519. - - *r*) B. *adjrab*. اجرب - Ch. Cortice albo.
520. - - *s*) *Arakis*. عرقيص *Môr*. Non edulis.
521. - - *t*) *Djyzar hendi*; جزر هندي i. e. *Daucus indicus*; radice eduli. Indis vocatus *Gadjer* vel *Schekarkand*. Cucumis ex India paucis hortis illatus *Zebid* & *Beit el fakih*.
522. - - *u*) *Schemmâm*. شمام - Ch. (*Dudaim* LINN. Sp. Pl.)

DIOECIA.

523. (*) SALIX *a*) *ægyptiaca*. - Ch. *Ban*. بان *Chalâf*. خلاف
524. - - *b*) *babylonica*. - Ch. *Saſſâf*. صفصاف
525. - - *c*) *fragilis*. Petiolis non glandiferis.
526. - - *d*) *chalaf*. - Ch.
527. - - *e*) *ſaſſaf bælledi*. i. e. *indigena Salix*. *Ægyptiaca*. Frigoris impatiens.
528. PISTACIA *a*) *vera*. - Ch.
529. - - *b*) *lentiſc*. Alepens. *Foſtuk*. فسضق vel فستق

530. CE-

530. CERATONIA *filiqua.* - Ch. *Charûb.* خروب Quæ *Alpino* & *Offic. Siliqua dulcis*, non eſt *dioica*; prout Ceratoniam deſignat LINN ſed hermaphr. hexandra, monogyna; raro heptandra. Semel florentem vidi Alexandriæ.

531. SPINACIA *oleracea.* - Ch. *Esbanach.* اسبانخ

532. CANNABIS *ſativa.* - Ch. *Sjarâuek.*

533. POPULUS *a) alba.* - Ch. *Hour abjâd.*

534. - - *b) nigra.* - - Rs. *Baks*: nomen *Buxi.*

535. EPHEDRA *a) diſtachya.* - Cd. *Oqqeir.* عقيض vel *Alde.* علدة

536. - - *b) aphylla.* - Rs. (cfr. Cent. VIII. 96.)

537. RUSCUS. - - Ch.

538. (**) ÆRUA. - - Cd. Rarior. *Sidjaret ennadji.* سجرة النجة

539. (**) LEÆBA - - Cd. *Labach el djabbel.*

POLYGAMIA.

540. MUSA *paradiſiaca.* - Ch. *Mouz.* موز Alexandriæ non colitur; Roſettæ primum mihi viſa ſponte & ſub dio creſcens.

541. (*) ANDROPOGON *annulatum.* Rs.

542. (*) HOLCUS *a) ſaccharat.* - - *Taâm.* Cereale.

543. (*) - *b) durra bælledi.* - Ch. Cereale.

544 (*) - *c) dochna.* - Rh. *Dochn.*

545. (*) - *d) exiguus.* - Rs.

546. VALANTIA *aſpera.* - As. Seminibus aſperis, 4-fariam imbricatis. Confr. *Fl. Malt.* 85.

547. PARIETARIA *a) officin.* - Cs. *Haſjiſjet errihh.* حشيشة الريح

548. - - *b) judaica.* - Cd. Cs. *Roqrek.* رقريق

549. ATRIPLEX *a) glauca.* - Cd. *Gataf* vel *Raghat.* رغث Folia plana angulata; piſtillum bifidum, longum.

550. (*) - *b) portulacoides.* - Rs.

551. (*) - *c) coriacea.* As. *Rætam.*

552. (*) MIMOSA *a) lebbek.* - Ch. *Labach.*

553. - - *b) ſcorpioides.* - Ch. *Fatne.* فتنة

554. - - *c) nilotica.* - Ch. *Sant.* صنت *Qarad.* قرض

555. FICUS *a) carica; hermaph.* - Ch. *Tin.*

556. (*) - *b) ſycomorus.* - Ch. *Djummeiz.* جميز

CRYPTOGAMIA.

557. ADIANTHUM *capill. ven.* - Cs. *Kuzbaret elbîr.* كزبرة البير
558. MNIUM *hydrometr.* - Cs.
559. LICHEN *scyphifer.* - Cd. *Sjabe eldjabbel.* شيبه الجبل *Sjadjaret en nedæ.* شجرة الندى
560. (*) FUCUS *a) prolifer.* - As.
561. - - *b) muscoides?* - As. *Hasjîset et töôhân.* حشيشة التعبان
562. - - *c) callo-pilophorus.* - Suès. Conchis affixus. *Chabal.*
563. (*) - *d) articulatus.* - Suès.
564. (*) - *e) denticulatus.* - ib.
565. (*) - *f) crispus.* - ib.
566. (*) - *g) racemosus.* - ib.
567. CONFERVA *agagropila.* - As. Brunea. Et ad Eftac reperta.
568. LYCOPERDON *a) tuber.* - Cd. *Kamæh.* قمه
569. - - *b) pedunculatum.* - Cd. *Barnûk.*
570. (*) SPONGIA *a) offic.* - Suès.
571. (*) - *b) rubra.* - ib.
572. (*) - *c) nigra.* - ib.
573. (*) - *d) flabelliformis.* - ib.
574. (*) ULVA *oryziformis.* - As.

575. PALMA PHOENIX *dactyl.* - Ch. *Nachl.* نخل
576. - - BORASSUS *flabell.* - Ch. *Doum.*

FLO-

FLORA
ARABICO - YEMEN.
SIVE
CATALOGUS
PLANTARUM
ARABIÆ FELICIS
SYSTEMATICUS.

NOVA GENERA.

TETRAND.	1. GYN.	SCEURA.	-	SCHURA.
		SÆLANTHUS.		SÆLA. سلع HÆLÆS. حلص
PENTAND.	1. GYN.	MÆSA.	-	MAAS. معص
		ANTURA.	-	ANTHUR.
		CADABA.	-	KADHAB. قطب
		DIGERA.	-	DIDJER.
		CATHA.	-	KATH. قات
		MELHANIA.		
		HYPERANTHERA.		
		GERUMA.	-	DJERRUM. جرم
	2. GYN.	PAPULARIA.		
		ROCAMA.	-	ROKAMA. رقمه
	3. GYN.	SUÆDA.		
HEXAND.	1. GYN.	ADENIA.	-	ADEN. عدن
OCTAND.	1. GYN.	BINECTARIA.		
		SODADA.	-	SODAD.
ENNEAND.	1. GYN.	VOLUTELLA.	-	HADEG MÖDEG.
DECAND.	1. GYN.	CADIA.	-	KADI. قضي
	3. GYN.	CAUCANTHUS.		KAUKA. قوقع
DODECAND.	1. GYN.	CULHAMIA.	-	KULHAM. كلحم
POLYAND.	1. GYN.	MÆRUA.	-	MÆRU. مرو
		ONCOBA.	-	ONKOB. عنقب
		CHADARA.	-	CHADAR. خدار
		ORYGIA.	-	HÖRUDJRUD. هرجرج
DIDYN.	ANGIOSP.	CHARACHERA.	-	FREFRAN. فريغران
		SIMBULETA.	-	SYMBULET ENNISEM سنبله النسم
MONAD.	10. AND.	ELCAJA.	-	ELKAJA; ROKA. رقع
MONOEC.	2. AND.	KOSARIA.	-	KOSAR. قصر
	5. AND.	TURIA	-	TURIÆ.
DIOEC.	5. AND.	CEBATHA.	-	KEBATH.
		ÆRVA.	- -	ÆRUA. اروا
		KEURA.	-	KADI. KEURA.
POLYGAM.	1. OIC.	THEMEDA.	-	THEMED.
		SEHIMA.	-	SEHIM. سحيم

FLORÆ

FLORÆ
ARABIÆ FELICIS
IDEA
GEOGRAPHICO-PHYSICA.

I. INGRESSUS.

KAHIRÆ ab oriente *Planities* adjacet arenis inundata, quas venti in cumulos & longa juga congerunt, mutant, minuunt. Plantæ hic pauciſſimæ & vilioris ordinis: *Zygophyllum deſert. Santolina fragrant. Meſembr. geniculiſl.* interdum *Mimoſa nilot. Fontes* aquæ vivæ non deſunt: MATAREA, & adhuc unus alterque itinerantibus notiſſimi.

COLLES CALCAREI deinde obveniunt, continuati ad Mare Rubrum, ejusque littora occidentalia ſequentes. Superficies apparet *nigra*, ſole quaſi uſtulata, lapide maculis albentibus perlucente. Alii cernuntur Colles, forte *cotacei*, rubro nigroque variegati. In *terram* nigram reſolvitur cruſta; ipſe vero lapis in terram ſeu pulverem album & calcareum, plantis quibusdam recipiendis aptum. Clivus *gradibus* deſcendit; an vero cauſa ſit materiæ adeſæ eruptio, vel vis maris olim alluentis, hanc litem noſtram non facimus.

SUES in fundo ſita eſt, quem horret Flora tam hortenſis quam ſpontanea. Piſces & Conchylia abunde proſtant; aſt Vegetabilia eſculenta aliunde adferuntur. *Tôr* fructus varios & dactylos mittit: *Gaza* melones ſapidiſſimos. Aqua dulcis putei *Nabæ* in deſerto & Arabum territorio, ex eorum dependet gratia.

DGIRR & MOSBEIHA Valles propinquæ aqua pluviali & ſtagnante plantas quasdam nutriunt.

GHOBEIBE prope collem calcareum *Thermas* effundit, & in littore paluſtri tepidoque *Arundines* (Cent. I. 83. 84.) Nilo ignotas copioſe fovet. Magno commerciorum reditu longe lateque transferuntur.

HAMMAM FARAÛN e regione Ghobeibe *Fontem aquæ calidæ* e cryptis emittit montis calcarei. Canaliculi *arenam ferro* impregnatam ferunt; qualem quoque in littus undæ marinæ ejiciunt. Lapilluli incruſtantur *Sale*, guſtu nitroſo, cum Aqſ. non effervescente.

MARE RUBRUM in Suénſi Sinu profunditatem 12. orgyar. habet. Loci forma anguſtata: brevia longe excurrentia: defectus plantarum marinarum; & ſuper omnia, abſentia Coralliorum indicia non contemnenda exhibent priſcæ *latitudinis*, e qua propriis arenis ſe expulit mare. Fluxum & refluxum inter Sués & Djiddam reciprocantibus peragi vicibus, ajunt Nautæ. (*) Fundus eſt arena albo-cinerafcens, particulis rotundis, ſubinde magis nigro-cinerea, nimium in modum mixta Conchyliis (*Nautil.*) minutiſſimis.

TOR plantis tenerioribus haud felicior tractu Suénſi, *arbores pomonas* utilius colit, adeo ut Djiddæ Suésque fructuum ubertatem dividere poſſit. *Palmarum* ſylvulæ gloria loci ſunt. Monaſterii Græci Hortus *Raïthu* ad ſeptentrionem procul ab urbe *Thermas* includit, & *Montes calcareos* cryptis plenos, forte lapicidinis, proxime habet. Adjacet Vallis, quam Elim putant, celebrem migrantium Iſraelitarum ſtationem. Certe illa & tractus circa urbem meridionalis Palmiceris abundant & puteis aquæ, non ſolum ſalſæ, verum & dulcis. *LXX. palmarum* (Exod. C. 15. v. 27.) numerum totidem deſignare Hortos palmiferos, veritati conſentire videtur magis, quam paucas, nec olim raras ſtatuere arbores, quæ numerata brevitate famam loco conciliaſſent; quem porro, ſterilem relictum negat *XII. puteorum* frequentia.

Mons zeitije (i. e. *Mons olei*) in oppoſito Ægypti littore nomen obtinuit ab *Oleo* (arab. *Zeit*) an *Petroleo?* aquæ puteorum innatante: incolis in uſu contra dolores artuum.

Djæbbel Sumrud (i. e. *Mons Smaragdi*) ab illo remotior, *Smaragdos* præſtantiſſimos præbet; ut perhibent Arabes.

DJIDDA plantas tantum littoreas nutrit. Arbor Arabiæ ſylvatica *Scenra* inſulas veſtire incipit. Terra provinciæ *Hedjás* optima & Alexandrina videtur, ſed paſſim vacua propter aquam deficientem, aut non inveſtigatam.

GHOMFUDE maritima urbs terminalis Syrtium Coralliferarum, junctо jugo cohærentium (**). Plantæ aliquot marinæ in littus arenoſo-argillaceum projiciuntur.

Ghorab

(*) *Deſcript. Arabiæ* Editoris p. 421.

(**) Inter *Hammam faraûn* & *Tôr* primæ incipiunt Syrtes. Inde ad Provinciam usque *Abu arîſch* ſe extendunt, Inſulas quoque ambientes; quodque magis eſt, procul in mare excurrunt, & ad ſuperficiem aquæ evectæ conſpiciuntur. Rarius adhærent provinciæ Yemen. Quum varia aquarum ſedimenta & arenæ inter hos aggeres & littus deponuntur, Continens tanto artificio ædificata augetur. Aſt excluſum hac arte mare, inſuper alia & adhuc non detecta patitur

GHORAB Insula non procul sita, terra gaudet calcareo-alexandrina, arenis intermixta. Littus Conchyliis pretiose aspergitur.

II. YEMEN.

ARABIA FELIX, quam YEMEN nominant, longo se extendit tractu a Septentrione ad Meridiem. LOHAJA urbs in isto limite, MOCHHA in altero regnum claudit. Mari Rubro littus obvertit arenosum vel argillaceum. Inde regio ad Orientem dilatata quamdiu planitiem servat TEHAMA appellatur. Latitudinem in area Lohajensi & Beit el fakìensi a mari ad montes habet itineris 2 dierum. Fundus est littoreus, seu argillaceo-arenosus, siccus & aquarum fere egenus; in quo *Panicum dichot.* fruticosa viget statura. Circa Lohajam & Môr aqua dulcis hortorum juvat florem. Campi secantur *Fluviis* pluvia genitis (UADI) & arte sustentatis, quos Arabia suos Nilos vocat; sed calore diuturno exsiccantur toti. *Regio Mochhensis* quovis anno inundatur aqua pluviali e montibus descendente; quæ in campo teterrime Sale inquinatur (*).

tur decrementa. *Tehâma* omnem fert indolem prisci fundi, *solum* si respicias argillaceo-arenosum, & *situm* devexum, maxime Mochha Musâm versus. Recedentis vestigia maris monstrant *Conchylia* & *Coralliorum* fragmina in terram longe projecta. (cfr. Descr. Arab. p. 403.) Nec mediocre affert argumentum mutata *civitatum* in Tehâma facies. Urbs *Zebîd* tempore *Abulfedæ* GHALEFKAM habuit portum multum frequentatum, quem nunc scopuli Corallini obsidione invicta clauserunt. Idem Auctor SCHERDJE describit *stationem navium*; quam hodie 2 vel $2\frac{1}{2}$ mill. Germ. a mari distantem invenimus. *Lohaja*, *Hodeida*, *Mochha* urbes recentioris originis sunt ignotæ Abulfedæ & Geographo Nubiensi. (*Editor.*)

(*) In *Djäbbâl* quovis fere die pluvia cadit post ingressum medii mensis Junii, & ad finem Septembr. continuat. Hinc, non solum Uadi increscunt, verum aquæ in terra remanent humili & montibus cincta, unde evaporatione non facile dissipantur; sed toto anno sufficiunt sustentandis fluviis majoribus; e. g. *Zebîd* & *Suradj*. Djäbbâl aquam habet vel *fontanam*, vel *pluvialem* arte servatam. Arva enim ad horizontalem sublata situm, decliviore latere muro sustinentur, in quo *agger* terreus 2 uln. altus aquam recipit, & data porta in subsellia demittit inferiora. Inter *Damâr* & *Sanâ* ad radices montium magnæ *Cisternæ* aquam pluvialem colligunt & in agros, dum poscit necessitas, effundunt. Quum vero in Djäbbâl multo pluviarum affluxu littora Uadi turbantur, hinc non coluntur.

Omnis hæc aqua ad Tehâmam defluit & sollicite excipitur; nec nisi superfluæ parti exitus ad mare conceditur. Regio igitur montibus vicina fœcundior est tractu littoreo; verum & Tehâma Septentrionalis, quæ minus declivis, aquas mitiori lapsu effundit: Mochhensis regio rapide illas ad mare devolvit. (*Editor.*)

DIÆBBAL *montoſa regio* limites ponit Tehàmæ ſuperficiem ſenſim elevanti. *Jugo* vallibus diviſo tranſit Arabiæ Peninſulam. *Altitudine* prodigioſa & prærupta eminent Montes haud pauci, ſublimem Atmoſphæræ regionem attingentes. Vulgare & quotidianum eſt, ſumma cacumina nubibus involuta videre, & ex hoc apice vallem ſubjectam deſpicere puram & nube vacuam. Hanc ob cauſam liceat montes iſtos *Alpes* nominare vel cum Alpibus conferre.

Montes hadienses *ſtratis* oblique currunt vel perpendiculariter abſcinduntur. Mirabili & architectonica forma effinxit Lithogonia molem eorum *Pentagonis* (Arab. *Safa el djœbbel*) diverſæ magnitudinis, & montium dorſa *Gradibus* arte quaſi exſculpſit.

Metalla variorum generum in montibus latere, plurima docent ſigna, quamvis Gens Metallurgiæ rudis theſauros effodere neſcit. *Ferrum* (*Hádid* حديد) arenæ inſperſum apparet in canaliculis aqua pluviali exſectis. Interea adfertur peregrina mercatura, tam prerioſum, ut illud per Suès conſtet 1. Kantar 10. usque ad 12 Parak. Aliæ gentes, quæ montium ſuorum venas felicius ſecant, lucroſa hic habebunt negotia quamdiu Arabes ſua bona ignorant. (*)

(*) *Carneolus* (*Akik* عقيق) optimus venit e regione *Damár* & monte *Hirrán* inter Jerìm & Sanàm. Hic quoque fabula, de illius vi ſanguinem ſiſtendi narratur.

Onyx (*Sœjvan* صيوان) mira copia per vias & campos diſſeminatur, inprimis inter M'harras & Taæs.

Spatum ferrugineum, granulatum, nitens, ſuperficie vel undata, vel chryſtallos obtuſas exſerente. In collibus calcareis circa Lohajam fruſtulis variæ magnitudinis immiſcetur ſimul cum ſequentibus.

Selenites fuſca, ſub-opaca. *Alia*: alba, pellucida.

Lapis Calcareus rudis, cinereus, mollis, friabiliſſimus; argillæ per ſtrata admixtus.

Gipſum hyalinum, ſemipellucidum, particulis incertæ figuræ; ſuperficie aculeos emittente obtuſos, denuo ramificatos. Stratis cum Argilla alternis jacet: lamellis Gipſi 1 vel 2 lin. craſſis; argillæ multo tenuioribus.

Cos friabilis, cinerea, cum Aqf. efferveſcens. Ad orientem Lohajæ montem conſtituit. Ædibus urbis ſtruendis inſervit.

Schiſtus friabilis, cinereus, venis albicantibus, interdum rubentibus, ſtratis perpendicularibus abſcindens ſtrata Lapidis cotacei.

Marcaſitæ ſphæricæ vel XII-laterales, e centro radiantes.

KOSCHAA

KOSCHAA Collis Lohajæ 1. mill. diſtans, *Sale Gemmæ* gravidus, anguſtus, in longum exiens; totus compoſitus *argilla* ferruginea, aqua ſolubili, mixta arena rubicundi coloris; ſali incumbente & ex eo ſaporem contrahente. Cruſta montis lapidibus calcareis oneratur diſjectis, vel per ſtrata digeſtis. Salis ſuprema ſuperficies idem planum horizontale cum terra vicina habet. Propter præſentem hanc copiam non effoditur ductibus in profundum deſcendentibus. Maſſæ majores cubicæ; minores ſine ordine coagulatæ, particulis tamen regularibus, albis & pellucidis. Plurimæ antiquitatis Salina; antiquior tamen *alia* in Colle aliquantum remotiore, jam deſerta, illapſo quondam fornice.

Mons Salis Gemmæ prope Hodeidam, major Lohajenſi; mercatoribus non ignotus, qui Inſulam *Kameràn* interdum adeunt & naves Sale onerant.

TEMPERIES AERIS mutationes diverſiſſimas ſubit in regione tam inæqualiter diviſa. *Tehâma* magno vexatur ardore & toto ſæpe anno nullis ſolatur pluviis. *Montoſa* regio aerem ſpirat purum liberumque; & quamvis tanta altitudo frigorem nocturnum inducit, nullas tamen hyemes novit tam fortes, ut nives coagulent permanentes. Nix quæcunque demum ſit, levis & rara refrigerii vices præſtat, & ſole oriente cito ſolvitur. Menſe Martio plantæ florent omnes, inter quas plurimæ ex Indicis deſcendunt proavis. Hinc extrema patet *differentia Climatis Alpini Borealis & Arabici*. (*)

(*) *Obſervationes Thermometricæ regionis apricæ & montoſæ.*

		h. 7. a. m.		h. 1. p. m.		h. 10. p. m.	
		Reaum.	Fahrenh.	Reaum.	Fahrenh.	Reaum.	Fahrenh.
Beit el fakih.	Mart. d. 16.	19½.	76.	28.	95.	21¾	81.
	d. 18.	20.	77.	28.	95.	21½.	81.
Hadie.	Mart d. 18.	17¾.	72.	27.	92¾.	20½.	78.
Bulgoſi 1¼. hor. altior.	Mart d. 20.	16¾.	69½.	23¾.	85½.	18½.	73.

Mokaja, 1¼. hor. itin. ſupra Bulgoſi Mart. d. 21. h. 2. p. m. Reaum. 17⅓. Fahr. 71.

April. 2.	*Taes*	h. a. m.	5 : 45.	ſole or.	9¾.	Reaum.
- -	-	- -	6 : 15.	-	10⅕.	-
- 3.	*Roboa*	- -	5 : 40.	-	18.	-
- 4.	*Oudæ*	- -	5 : 45.	-	16.	-
Jun. 12.	*Dorebât*	- -	5 : 30.	-	14.	-
- 30.	*M'barras*	-	6. -	-	10½.	-
-	- -	- -	2. p. m.	-	19¾.	-

III. STATUS FLORÆ ARABIÆ YEMEN.

Brevis hæc delineatio Arabiæ Yemen ipſas ſimul Floræ deſignat provincias, quas inter ſe diverſiſſimas obſervamus, & a Mappa Geographico-phyſica *Ægypti* ſitu & civibus diſtinctas. Hæc enim regio Hortus vere œconomicus, herbarum arborumque utilium numero & inſtitutione Arabiam longe ſuperat. Valet ſativis & ſpontaneis apricantibus, limoſis, fluvialibus. Contra, Yemen vincit plantis ſtatus liberi & ſolo Naturæ arbitrio adminiſtratis, Nemoroſis, Monticolis, Scandentibus, quibus immixtæ vigent hoſpites rarioris adventus ex India, Africa & Syria. Geogoniæ favor terram varia poſuit altitudine hujus Zonæ plantis apta. Montes producti jugis, vel diviſi vallibus magis minusve declivibus, totidem adornant Floræ ſtationes. Et quod omni admiratione dignum eſt, plantæ non inimicam vitæ ſuæ inveniunt temperiem aeris ipſis in Alpibus, ubi foventur tepore æquali Orbis Borealis æſtivo, & nubibus incumbentibus refrigerantur.

Ex præſenti tamen Catalogo divitias Floræ ſupputare non licebit: viatoria enim eſt indagatio & transcurſu ſemeſtri peracta. Herbationum itinera ingreſſa Lohajæ fine menſis Decembr. A. 1762. & circa Taæs præciſa initio menſis Junii A. 1763. Quapropter deſideratur plantarum numerus dimidii adhuc anni. Quamvis enim Arabia ſempervirens eſt, Vegetabilia tamen ordinem ætatis & morris ſequuntur, & brevi floris juventute feſtinant. Botanico ſerius ſupervenienti relinquunt nonniſi exuvias, quas inutiliter colligit & regeneratas optat. Memoriam, non vero vitam narrant plantarum defunctarum. Hæc ſupplementa ſi reſtituantur, annuam moram poſtulant, vel fortuitum adventum in ipſo floreſcentiæ feſto.

Præterea, magnopere juvat herbarum incrementa *aer pluvioſus*, latentia germina provocans. *Siccitas* enim diuturna & cœlum nimis ſerenum graviſſime Arabiam premit & optimos terræ tractus ineultos reddit. Huic malo cladem addunt *Grylli* caloris filii, qui miſere herbas devaſtant. *Aves granivoræ* agrorum rapaces ſunt hoſtes. *Inundationes marinæ* campos Sale imprægnant & fertilitatem exſtinguunt. Ex alia vero cauſa & libero Naturæ mandato dependet abſentia *Cryptogamarum*; ſi *Pterides* Bulgoſienſes, & *Marinas* excipias Mochhenſes. *Graminum* genera triandra cum Septentrionalium non certant numero. *Juncus* & *Carex* facie ferè ignorantur.

PLANTÆ LITTOREÆ primam occupant frontem in ſolo argillaceo vel arenoſo, vel utroque mixto. *Mochha* Oceano propinqua libero portu recipit plantas neptunias. Syrtes coralliferas brevis fundi & littori propinqui, ut

Djiddæ

Djiddæ & Lohajæ, Fucis ad ſuperficiem aquæ extenſis, diſtinctas non habet. Paucæ, quæ adſunt Syrtes, procul a littore diſtant & perquam profundæ, in quibus variæ hærent herbæ marinæ.

Campestres plantæ quo propius ad montes, eo uberiora inveniunt refrigeria ſub umbra arborum, quæ jam plures ſociantur. *Paſcua* libera patent & toto anno virentia. Veſpertina pabula ſuggerunt *Holcus* & folia *Panici dichot.* Solus hic pabularis feritur *Phaſeolus*, ut in Ægypto *Triſolium alex.* Camelus, dum ſylvas intrat, luxurioſe vivit plantis Cucurbitaceis & Scandentibus, quas ille procerus attingere poteſt.

Cerealia, non ſolum in campo, verum & in ipſis montibus ſedem obtinuerunt, ipſa Natura arte præeunte clivium veſtigiis faſtigiatis premendo: ſequuntur monticolæ & hortos agrosque formant penſiles, dum gradus interceptis muris per intervalla horizontaliter ſublevant & muniunt adjectis lapidibus: illata deinde humo ſerunt Coffeam, eſculentas & Cerealia, *Triticum* imprimis. Amphiteatralia iſta arva incredibili voluptate afficiunt ſpectatorem novum, nec adhuc nimio uſu hebetem. Hic aqua e Ciſternis ſollicite factis immittitur. In planitie vero, quousque Uadi arte & natura ducti aquam ferunt, agrorum, *Holcum durra* ferentium cura valet; cæteroquin enim temporaria eſt & annonam ex cœli favore exſpectat. Diſſimulari non debet, gentem valde ſimplicem & inertem incurioſe Ægyptum inſpicere vicinam & œconomiæ ruralis magiſtram, quæ tot exemplis docet, quanti ſit pretii aſſiduam irrigationis pluviam arvis infundere.

Sylvæ in Tehâma nullæ, *Surâûd* ſi excipias. Patriæ earum Montes ſunt & Valles proximæ adjacentes. Arbores Alpinæ, ventis licet agitatæ fortiſſimis, altæ excreſcunt & rectæ. Sylvas virorem defoliatione generali nunquam exuere, opus non eſt, ut multis evincamus. Sylvaticæ nominantur præ cæteris: *Sceura*, *Tomex*, *Catha*, *Cynanchum*, *Mærua*, *Ficus* variæ, & indeterminatæ *Backa*, *Aſin*, *Haledj &c.* *Palma* Tehâmam inhabitat arenoſam.

Hortenſem floram in Arabia Felici adeo anguſte habitare, credibile vix videretur, niſi Botanico judice numerati fuiſſent horti. *Eſculentæ*, *odoriferæ* & *tinctoriæ* numerum breviſſimum abſolvunt. Populus ſplendidæ menſæ apparatum neſcit, & *ſuccedaneas* in campo & ſylva quærit. *Banjani* per regnum diſſipati negociatores, ut ſunt herbiphagi ipſi, ex India dudum attulerunt Floræ rudimenta, quæ ſucceſſu temporis magna progenie Arabiam ditant & ornant.

Coffeam admirando guſtus irritati patrocinio tot populis neceſſariam fecit Yemen. Multam licet paſſa ſit monopolii hujus jacturam, præſtat tamen

ſemper

semper nativa ex Montibus Hadiensibus Coffea. Nomen genuinum *Bunna* sonat; quodque *Gahve* قهوي vocant vel communius *Geschr.* قشر *Capsula* est, incolis ipso fructu prælata, e qua potum omnium horarum præparant, gustu & colore similem infuso herbæ Theæ. Fructus mense Februario incipit matureſcere. Multa irrigationis cura fovetur Coffea in areolis, 1 vel 1½ pedis fundo. Variæ spontaneæ arbores passim in serie tuentur intactæ, ut umbram inducant. *Beit el fakih* primos recipit proventus, & partem Mochham mittit, quam naves per Oceanum euntes auferunt. Alia pars Hodeidam & Lohajam transit, inde Djiddam, Suès & tandem per Turciam & Europam distribuitur. E montibus adfertur mensura 2 *Fark*, onus Cameli; quodvis Fark 3¼ *Kantar*, siue 100 Rotl constituit. Navigiis infertur volumen 13 Fark, vocatum *Kalam*. Beit el fakih jam constat 1 Fark 45-50 Imperial. & deinde impensa vario sub titulo aggravantur. (*)

IV. ORDO ITINERIS BOTANICI.

I. LOHAIA urbs Arabiæ Felicis mari vicina: primus ingressus provinciæ Botanicæ. Littus calcareum, argilla cinerea vel arena temperatum. Proximi *Colles calcarei*. Horturi pauci & pauperrimi.

Næman Vallis ½ mill. ab urbe, puteis aquam pluvialem & stagnantem servans, salsedine fœdatam maris, qui terram humilem quovis anno inundat tempore *ortus aquilæ parvæ;* النسر الصغير hoc enim signo uti sciunt incolæ. Campus universus argillaceo-calcareus: prope littora magis arenosus; cæterum desertus, nudus, vix *Panico dichot.* virescens.

Kudmie

(*) Coffeam in planitie cultam non vidi, & *Spontaneæ* fructus sine dubio nullius est pretii. Montosa regio salubris, temperata & aqua gaudens pluviali, fontium & Cisternarum. In locis magis orientalibus, ad radices montium viget Coffea, eadem tamen servata altitudine horizontali, regione versus illam plagam sensim surgente. Ex *Abissinia* illatas primas arbores putant Arabes; illa regio similem terræ faciem habet, suam Tehâmam & Djäbbâl. Dum florent arbores, odorem spargunt fragrantissimum, minime ingratum aut noxium, quum incolæ iis immixti habitant. *Simiis* vehementer vexantur horti, ut vigiles iis opponendi sint, sed Coffeam non appetunt, verum reliquas arbores pomonas iis interpositas.

Ad numerum Arborum exoticarum pertinet quoque Cocos, quam Banjani introduxerunt, & haud ultra Mochham floret; Arabes arborem præstantissimam adhuc quasi ignorant; Banjani pulpam nucis miscere solent suo Pilau, quem *Karri* vocant. (*Editor.*)

KUDMÎE (*Herbatio prima*) pagus totus monotropliis dicatus. Horti in valle magno naturæ beneficio irrigui, ſinguli ſuo puteo. *Holcus durra* altitudinem fere 12 uln. exæquat; annis cultus nonniſi pluvioſis; licet aquæ foſſilis adſit annona.

MÔR (*Herbatio ſecunda*) Vicus hortifer, 2 horarum itinere Lohaja. Plantæ 78 ſpontaneæ & 13 cultæ indagatæ; fere omnes in Ægypto non viſæ.

2. SURDUD (*Herbatio tertia*) Regia ſedes Floræ Yemen. Vallis 1. mill. lata, ad pagum *Moglaf*, viſitata initio menſis Febr. Extra Lohajam campi ſteriles: inde fruticeta *Indigoferæ oblongif.* Paſſim *Corypha umbrac.* in arenoſis.

MELHAN (*Herbatio quarta*) Mons excelſi faſtigii. Vallis *Schakr* adjacet. Montes *Höſáſch* & *Emnebijud* procul conſpicui. *Salif* dives Salis Gemmæ.

Via verſus Beit el fakìh: Pagi: *Okém: Dſjálie: Sábea: Meneyra: Dáhhi* vicus, uſtrina vaſorum fictilium notiſſima. *Ghaunemîe* vicus. Sequitur terra puteis & cultura melior.

BEIT EL FAKÌH urbs. Unicus, idemque perexiguus hortus, auctore *Elmás*, quondam Prætore. Terra argillaceo-arenoſa tam juſte temperata, ut Lapidibus lateritiis (*Jadjur* ياجور & *Kaleb* قالب) coquendis parata reperiatur.

3. MONTES HADIENSES *coffeæ-trophi.* (*Herbatio quinta.*) Itinere 6 horar. ab urbe Beit el fakìh: luſtrati initio menſis Martii. Principio circa pagum *Homra* terra calcarea, ſæpe arenoſa, jamque diuturna ſiccitate ſterilis. *Aſclepias gigant.* ſola viguit. In vallibus Plantæ eædem quæ ad Surdûd; præſertim poſt Bulgoſe Convallis planiuſcula, nemoroſa, frigida, in qua *Coffea ſpont.* variæque *Pterides* & *Orchides* hactenus non repertæ. *Plantæ cultæ* in hortulis clivoſis; *Coffea* principalis cura.

Circumjacent: urbs HADÌE; pagi vel diverſoria *Bulgoſe*: *Mokaja* altior, in media via ad *Örs*: hæc inter Hadie & Kurma: ab Örs ad *Aludje*, inde Beit el fakìh.

MONTES HADIENSES: *Djabbel aſuad*: *Barah*: *Boka*, Schiſto cinereo conſtans. *Möſſhöl*, totus priſmaticus, pentagonis perpendicularibus. (*)

Kurma

(*) His adnumerari poteſt *Djábbel Kachme* ſimilibus compoſitus pentagonis, mons parvus prope Beit el fakíh, & unus Hadienſium. Ad *Mozzaben* multi pentagoni deciderunt

Kurma ſuperior reliquis, calcareus, arboribus fere deſtitutus, ſed plantationibus herbarum & cerealium occuparus; Holco excepto, cujus maturitati obſtare temperiem nimis frigidam credunt ruſtici. *Acanthus arbor.* & *Hypericum kalm.* plantæ procerioris ſtaturæ dum in planitie creſcunt, hic in fundo brevi pygmeæ ſtant.

4. DJÖBLA urbs, excurſione petita fine menſis Martii. *Arbaein* pagus extra Beit el fakìh, in ſolo argillaceo-calcareo, plantas fovens Morenſes. *Roboa*, *Machſa*, pagi.

El Uahfad (*Herbatio ſexta.*) diverſorium, locus aquoſus, herbifer. *Maſchwâra*, pagus. *Djöbla*, urbs.

Reditus: Montes: *Choddra*, altiſſimus, frigidi climatis: *M'harras.* Tota regio usque *Taæs* patria quaſi *Euphorbiarum*, fruticeta conſtituentium in clivis montium incultis.

Önde (*amyridis*) hoſpitium, memorabile *Amyride opobalſamo* ibi detecta & ſub umbra arboris vivæ deſcripta.

Hæs urbs. *Uadi Zebîd* fluvius pluviigenus, littore herbifero.

5. MOCHHA. Beit el fakìh egreſſo, primum *Zebîd* urbs. *Scherdje* pagus; terra vacua & paſſim arena gravata. *Mauſchid* pagus. Inde Palmiceta.

Mochha (*Herbatio ſeptima*) urbs littorea: plantæ marinæ ad Inſulam *Djäbbel arie.*

6. TAÆS. *Muſa* vicus Mochhæ proximus. *Dorebât* urbs. Jam regio montoſa ſenſim adſcendens, abrupta vallibus & Uadi hoc tempore ſiccis vel parum aquæ ferentibus. Aer temperatior & purior quam Mochhæ. Plantæ vel Surdudenſes vel Hadienſes. Mira luxuria *Euphorbiæ offic.* mixtæ cum *Euph. Kert* & *Kaſſar.* *Mimoſa nilot.* parcior. *Taæs* finem poſuit *Euphorbiæ ſpin.* ſuccedente *Euph. ſchörur.* Verum brevi poſt plantis Hadienſibus locum cedens, deſiit *ipſa* —— *&* —— *Botanicus* —— *ipſe*!

---

deciderunt ex Monte alto & præcipiti. Quo glutine cohærent fracturæ obſervatum non eſt: *calcareum* puto. Materiam montium ignoro: *Coraceum* vidi lapidem; id vero certum eſt, Saxum Granitum hic non dominare. *Lapides manuales* uberrime diſſeminatos per arva reperi inter Hæs & Taæs. (*Editor.*)

PLAN-

PLANTARUM
DISTRIBUTIO PRACTICA.

I. PLANTÆ HORTENSES.

KUDMIE ET LOHAJÆ.

Momordica *balſamina.*
Citrullus *battich.*
Ocymum *baſilicum.*
Tamarind. *indica.*
Lawsonia *inermis.*
Dolichos *didjer.*
Raphanus *ſativus.*
Portulaca *oleracea.*
Anethum *graveolens.*

Hibiscus *eſculent.*
Tagetes *erecta.*
Solanum *melongena.*
Ricinus *vulgaris.*
Trifolium *remân.*
Gossypium. *arboreum.*
Amaranth. *blitum.*
- - *olerac.*

BEIT EL FAKIH.

Impatiens *balſamina.*
Gomphræna *globoſa.*
Mirabilis *jalapa.*
Lepidium *ſativ.*
Nyctanthes *ſambac.*
Physalis *ſomnifera.*
Verbena *nodiflora.*
Tamarindus *indica.*
Cytisus *pinnatus.*
Cornus *gharaf.*
Ricinus *communis.*
Celosia *criſtata.*
Artemisia *pontica.*
Cleome *ornithop.*
Amaranthus *hypochondr.?*
Punica *granatum.*
Tagetes *erecta.*
- - *beneſſidj.*

Capsicum *fruteſcens.*
Hyacinthus.
Origanum *majorana.*
Ocymum *midan.*
- - *baſilic.*
Cocos *nucifera.*
Phoenix *dactylifera.*
Borassus *flabellif.*
Musa *paradiſiaca.*
Mimosa *Lebbek.*
Annona *anauas.*
Amb *djäbbeli.*
Carica *bindi.*
Cucurbita *djyzar.*
Keura *Kadi.*
Amyris *Kataf.* } Ad plateas urbis.
Binectaria. } Ad plateas urbis.
Hyperanthera. } Ad plateas urbis.

MOR in agris.

Dolichos *cultratus.*
Raphanus *ſativ.*
Sesamum *indicum.*
Cucurb.
- - *farakis.*
- - *Dubba dybbe.*
Gossypium *arboreum.*

Konab. } (obſcuræ.)
Tahaf. }
Mimosa *ſejal.*
Holcus *durra.*
Phaseolus *palmatus.*
- - *radiatus.*

HADIE.

Saccharum *officin.*
Glycyrrhiza.
Amygdalus *perſica.*
Prunus *domeſtica.*
- - *armen.*
Punica *granatum.*
Pyrus *cydonia.*
- - *malus.*
Phoenix *dactylif.*
Kosaria.
Musa *paradiſiaca.*

Lilium *album.*
Vicia *faba.*
Artemisia *pontica.*
Citrus: *variæ ſpec.*
Catha.
Calendula *offic.*
Origanum *majorana.*
Trifolium *melilotb.*
Dianthus *caryophyll.*
Matricaria *parthen.*
Coffea culta & ſpontanea.

ZEBID in hortis a Banjanis cultis.

Mimosa *lebbek.*
Amaranthus *hybridus.*
- - *racemis viridibus.*
Cytisus *pinnat.*
Annona *ananas.*
Glycyrrhiza.
Carica *papaya.*

Dolichos *ſeſban.*
Melia *azeder.*
Sison *Ammi.*
Cucurb. *Djyzar.*
Turia.
Ficus *bareſch.*
Satureja *thymifol.* *Schader.* شادر

PASSIM CULTÆ.

Amomum *Zingib.*
Curcuma *rotunda.*
Hordeum *bexaſtich.*
Triticum, rariſſimum.
Rubia *tinct.* ad *Hæs* potiſſimum culta.
Nicotiana.

Vitis.
Anethum *fœnicul.*
Ruta *graveolens.*
Ambarur. } in montibus remotioribus.
Öddja. }
Vaalæ *Ocymum.* }

Lavan.

Lavandula *ſpica.*
Thymus *douſch.*
} in montibus remotioribus.
Medicago *falcata.*
Holcus *dochn.*
Indigofera *tinctoria.*
Trigonella *fœn. gr.*
Lactuca *ſativa.*
Zea *majs.*

Cucurbita. *Kaſch.*
- - *pepo.*
- - *babbah.*
Spinacia. Arab. *Taktera.* Mochha.
Papaver *opiiferum.*
Corchorus *olitorius.*
- - *æſtuans.*

II. ESCULENTÆ.

Fl. *folia.* Fr. *fructus.* Cl. *caulis.* Rd. *radix.*

Triticum *cereale.*
Hordeum *hexaſtich. cereale.*
Cornus *gharaf.* fr.
Cissus *redif.* fr.
Tomex *glabra.* fr.
Sælanthus *rotundifol.* fl. cocta.
- - *glandulos.* fr.
- - *ternatus.* fl.
Campanula *edulis.* rd.
Asclepias *ſpiralis.* fr.
- - *ſtipitacea.* cl. crudus.
Antura. - - fr.
Stapelia *gholak.* cl. crudus.
- - *draet el kelb.* folliculi crudi: cl. inſipidus.
- - *djadmel.* tota, cruda.
Rhamnus *nabeca.* fr.
Solanum: bacca hujus generis lacti coagulando inſervit.
Catha. - - fl.
Daucus *carota.* rd.
Lawsonia *inermis.*
Volutella. - fr. vix.
Jussiæa *edulis.* tota, cocta.
Portulaca *oleracea.*
Portulaca *linifolia*: tenera, cruda.
Punica *granatum.* fr.
Amygdalus *perſica.* fr.
Prunus *domeſt.* fr.
- *armenica.* fr.
Pyrus *cydonia.* fr.
- *malus.* fr.
Orygia. - - fl.
Oncoba. - - fr. vix.
Annona *keſchta.* fr.
Mærua - - fr. vix.
Corchorus *æſtuans.* totus.
- - *olitorius.*
Chadara - - fr.
Sida *cordifolia.* flores crudi eduntur.
Xanthium *ſtrumar.*
Ocymum *zatarhendi.*
Acanthus *crepitans.* fl.
Sesamum *indic.* oleum eſculent.
Cleome *gynandra.* tota, cocta.
Sisymbrium *monenſe.* fl. ſaporis Creſſæ.
Lepidium *ſativum.*
Raphanus *ſativus.* fl. non radix.
Geranium *zonale.* fl. cl. inſiti & petioli: acidiuſculi.
Hibiscus *eſculentus.*

Citrus: variæ ſpec. fr.
Lactuca *ſativa.*
Arum *colocaſia.* rd. cocta.
Amaranthus *blitum.* tener. coctus.
- - *oleraceus.*
Cebatha. - fr. ex eo *Vinum aduſtum* paratur fortiſſimum.
Spinacia *oleracea.*
Cucurbitacea:
ſmilli.
farakis.
dubba dybbe.
battich.
} fr.

Turia.
Musa *paradiſiaca.*
Ficus *ſycomorus.*
- *bæles.*
- *ſur.*
} fr.

Holcus *durra.*
Zea *majs.*
} cereale.

Mimosa *örfota.* fl. ad coagulationem lactis Camelini impediendam.
Phoenix *dactylifera.*
Borassus *flabellif.*
Cocos *nucifera.*

ESCULENTÆ OBSCURI GENERIS.

Nackas. ā ā fr.
Haledj. - - fr.
Reschita amrai.
Tahaf.
Konab.
Schohat. fr. tricoccus.
Mosa dobar. صبر صدع Arbor vaſtiſſima. Arbor *Dober*; fr. *Moſa*; edulis nucleus; ex quo in annonæ caritate panis conficitur.

Okasch.
Dagabusch.
} *Aſclepias?* paſtoribus edulis.

Bysa. بزر Arbor foliis dulciſſimis; nimio tamen eſu ventri noxiis.
Ödja. Exſtillat Gummi album, dulce; adhuc recens & molle edule; induratum venditur nomine Gummi Arab. Planta aphylla. Gummi hoc ſumme tenax.

BENJANIS ESCULENTÆ. (Arabibus non.)

Acalypha *decidua.* cocta.
Momordica *balſamina.* fr. coctus.
Turia. fr.
Cucurbita *djyzar.*
Bunias *orientat.* fr.
Sodada. fr.
Cynanchum *kerenna.*
Arica. fr. *Faufel*; affertur ex India: hinc maſticatorium *Betel.*

III. DELICIOSÆ.

a) umbriferæ.

Tamarindus *indic.*
Ficus *toulak, vaſta.*
} totis ædibus obumbrandis plantantur.

Schab-

Schadjaret ettaa. شجرة الطاء *Mimoſa ſenſitiva?* Frequens in montibus circa *Abu arîſch.* Si quis ſub arbore venit, illa ramos demittit, hoſpitem quaſi ſalutans. Incolis ergo ſacra & honorata eſt, quam lædere ſacrilegium putant. Viatores umbram ejus, potius quam aliam petunt.

b) FESTIVÆ.

Plantæ fragrantes vel flore ſplendidæ coronis ornant capita feſtivis occaſionibus. Ignota nobis conſuetudinis hujus origo; niſi Floralia *priſca recognoſcere velimus.*

Cardiospermum *halicac.*
Thymus *douſch.*
Dianthera *odora.*
Inula *odora.*
Trifolium *remâm.*

Ghosn: Sælam: *Mimoſa?* Frequens in montibus ad *Abu arîſch.* Flores ruberrimi: ob ſplendorem coronarii. Si planta flores multos progerminat exſpectant coloni annum pluvioſum, ſive fertilem.

C) ODORÆ.

Ruta *graveolens.*
Tagetes *erecta.*
- - *beneffidj.*
Lavandula *ſpica.* Ar. *Hænân.* هنان
Artemisia *pontica.*
Lilium *album.*
Matricaria *parthen.*
Cacalia *edchera.*
Elcaja *roka.*
Hyperanthera.
Binectaria.
Origanum *majorana.*
- - *midan.*
Ocymum *baſilica.*
- - *Vaalæ.*
Amyris. *Kataf.*
- - *abu-ſchâm.*
- - *Kafal:* ligno infumantur vaſa hydrophora.
Keura *kadi.*

IV. PYROPHORÆ.

a) Obices: ligna dura ignem frictione emittentia.

Cornus *gharaf.*
Sodada *ſpinoſa.*

b) Fomites: folia ſicca vel medullæ ſpongioſæ ignem excipientes.

Asclepias *gigantea.*
- - *maritima.*
Sida *cordifolia.*
Cynanchum *mareb.*
Ricinus *communis.*
Sesamum. *indic.*

c) Fomites incendiarii; ſive funiculi pyrotechnici ad ſclopeta manualia (ut his in terris mos eſt) incendenda, Silicis loco. Cortices arborum tuſi, aqua macerati, & in funiculi formam contorti.

Dharaf. ضرف Arbor obſcura, Kurmæ.
Ficus *thaab:* & *mudab.*

V. TINCTORIÆ.

V. TINCTORIÆ.

Indigofera multum culta, ob colorem cæruleum genti gratum.

Polygala ejus ſuccedaneum?

Orobanche; tingit nigro colore funes e *Corypha umbraculif. ſtrictos.*

Rubia *tinctoria*, Arab. *Fua* Radices ſiccæ veneunt 20. *fraſele* (a 20. *Rotli* i. e. onus Cameli, Ar. *Haml*) 50 Imperial. Fraſele una $2\frac{1}{2}$ vel 3 Imper. Spec. Mochhæ & Beit el fakìh.

Suæda *aſal.* Ex illa paratur *Hôtam.* حطم ſeu *Döluk*, i. e. *Sal alkali.* An Borith Fullonum apud Hæbræos huc ſpectat, vel hinc aliquam fœneratur lucem?

Mimosa *nilotica.* Ad coria ſubigenda hic præ ceteris eligitur cortex; quo & citius & melius peragitur maceratio.

Haschischet ed dahab. (Cent. VII. xiv.) An fama qualiscunque hujus rei Romanis audita; quam quoque Virgilius mediis interſerit ſignis ſi non aureæ, certe tinctoriæ felicitatis?

VI. LIGNA FABRILIA.

a) Densa & Pulchra.

Rhamnus *nabeca.* Ligno rubro & albo.

Cornus *gharaf.*

Tamarix *atl.* Ad clavos ligneos.

Obſcuri generis.
- Tænab.
- Fæssi. فسي
- Bsass. بسس
- Meti. ميتة
- Dahi, *chaſchab.* خشب ضحي
- Hamrur ad paxillos.
- Aksir. اكسير — Djandal. جندل — duriſſima, quaſi ferrea.
- Varaf. ورف Ad bacillos ſclopetarum ſtipatorios.
- Darahh. درح Ad lanceas. E regione *Sanææ.*
- Haledj. Lignum tenax, durum, uſitatiſſimum ad utenſilia domeſtica.

b) Textura laxiore; vilia.

Cadaba.

Sceura.

Gataf.

Kafal.

Tæfi. — *corypha umbraculif.*
Nachl. — *Palma dactylif.*
Ambæ ligno fibroſo, putredini diu reſiſtente. In ædibus ſtruendis lapidibus interjiciuntur ad muros firmandos.

Ex India allata.
- Sadj. ساج
- Abnus. ابنوز vel *Ebenus*
- *ſchiſcham.* شيشم
- Baschkii.

Dhan vel Zan e *Kâbirenſi*; ad lanceas.

Panicum *dichotomum* & *ſetigerum.* Ad domos & tecta obducenda.

Scirpus

Scirpus *triquetrus*, *Hallâl*: tuguriis conſtruendis inſervit toto territorio a Beit el fakih verſus Djöblam.

Corypha *Doum* vel *Taſi*; ad ſtoreas vel tegetes flectendas, quibus merces involvuntur, navigiis mittendæ.

Cucurbita *lagenaria* vaſculorum vices præſtat: fructus planus, ſæpe $1\frac{1}{2}$. ped. diametr.

VII. PABULARES.

E. *Equus*. C. *Camelus*. A. *Aſinus*. B. *Bos*. O *Ovis*. Cp. *Capra*.

1.) Spontaneæ.

Boerhavia ſcandens.			C.	B.	O.	Cp.
Dianthera panicul.		-	C.	-	O.	-
Juſticia viridis.		-	-	B.	-	-
Alternanthera.	-	-	-	-	-	-
Panicum glaucum.	E.	C.	A.	B.	O.	Cp.
- - appreſſum.	E.	C.	A.	B.	O.	Cp.
- - dactyl.	E.	C.	A.	B.	O.	Cp.
- - dichotom.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
- - tummâm.	-	-	A.	B.	O.	Cp.
Cynoſurus ternatus.	E.	C.	-	B.	O.	Cp.
Tamarind. ind.	-	-	-	-	-	-
Ciſſus redif.	-	C.	-	-	O.	Cp.
Cornus gharaf.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Sclanthus glandulos.	-	-	-	-	O.	Cp.
Solanum beigham.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
- - baham.	-	C.	-	-	O.	Cp.
Aſclepias gigantea.	-	-	-	-	O.	Cp.
- - ghaſchve.	-	C.	-	-	O.	Cp.
- - aphylla.	-	-	-	B.	-	-
Achyranthes aſpera.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Tamarix atle.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Heliotrop. europ.	-	C.	-	B	O.	Cp.
Cynanchum kerenna.	-	C.	-	-	O.	Cp.
- - march.	-	C.	-	-	-	-
Digera. - -	-	C.	A	B.	O.	Cp.
Rocama. - -	-	C.	A.	B.	O.	Cp.
Rhamnus nabeca.	-	C.	-	-	O.	Cp.
Ipomea triflora.	-	C.	-	-	-	-
Cadaba rotundifol.	-	C.	-	-	-	-
- - glanduloſa.	-	C.	-	-	-	-
- - farinoſa.	-	C.	-	-	O.	Cp.
Salſola imbricata.	-	C.	-	-	-	-
Sceura - -	-	C.	A.	-	O.	-
Caſſia fenna.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Fagonia cretica.	-	C.	-	-	O.	Cp.
Tribulus pentandr.	E.	C.	A.	B.	O.	Cp.
Glinus lotoid.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Portulaca linifol.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Corchorus æſtuans.	-	C.	A.	B.	O.	Cp.
Euphorbia antiquor.	-	C.				
Zygophyllum portulac.	-	-	-	-	O.	Cp.

Öllebie cucurbit. ovibus pabularis & medicina, foliis ſale aſperſis.

Acanthus crepit.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Cleome gynandr.	-	C.	A.	B.	O.	Cp.
Bunias orient.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Subularia arvenſ.	-	C.	-	-	-	-
Lathyrus terniflor.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Hedyſarum oblongif.	-	C.	-	B.	O	Cp.
Dolichos polyſtach.	-	C.	-	-	O.	Cp.
Sida cordifol.	-	C.	-	B.	-	Cp.
- - panicul.	-	C.	-	B.	O.	Cp.
Amaranth. blitum.	E.	C.	A.	B.	O.	Cp.
Xanthium ſtrum.	-	-	-	-	O.	Cp?
Ricinus commun.	-	-	-	-	O.	Cp.

Croton lobat.	C. - - O. Cp.	*Cucumis* ſimilli.	E. C. A. B. O. Cp.
Momordica balſ.	C. - - O. Cp.	*Ærva* -	- C. - B. O. Cp.
Turia. -	- C. - - O. Cp.	*Cebatha* eſcul.	- C. - - O. Cp.
Cucumis arakis.	- C. - - O. Cp.	*Ariſtolochia.*	- C. - - O. Cp.
- - colocynth.	- C. A. - O. Cp.	*Mimoſa* ſælam.	- C. - - O. Cp.

2.) Cultæ.

Phaſeolus radiat. -	E. C. A. B. O. Cp.	*Cucurbita* lagen.	- C. - B. O. Cp.
- - palmat. -		- - ſarakis.	- C. - B. O. Cp.
Zea majs. - -		- - kara.	- C. - - O. Cp.
Holcus durra. -		- - battich.	- C. - - O. Cp.
- - doclin. -		*Goſſypium* arbor.	- C. - B. O. Cp.
Dolichos lubia. -		*Medicago* falc.	E. C. A. B. O. Cp.
Seſamum indic. -		*Xanthium* ſtrum.	- C. - B. O. Cp.

3.) Simiis gratæ.

Dolichos polyſtach.
Tænab, *Nömum* } fructus arborum obſc.
Ocymum zatarhendi.
Moſa. Dobar fr. obſc. appetitus a Simia *Robahh.*

4.) Faſtiditæ & nocivæ.

Solanum incanum.
Datura metel. Semina Gallinis exitioſa.
Ruta graveolens.
Aloe maculata.
Phyſalis ſomnif.
Stapelia variegata.
Volutella.
Capparis rediſ.
Sodada ſpinoſa.
Thymus douſch.
Orobanche tinctor.
Dolichos cuneifol.
Madd مضّ Arbor obſcur. fructu Camelus evadit furioſus.
Croton lobatum.
Inula odora.
Turia ſativa.
Euphorbia Kerth; ne coctam quidem edunt Cameli.
Bæcka arbor obſc. venenata; baccæ ovibus funeſtæ.
Zygophyll. deſertor. ne Camelo quidem gratum.
Ockel عقّيل gramen obſc. fœno mixtum equis lethale.

VIII. MEDICÆ.

SALVIA *dbaru*; Mercatores Batavi Mochham venientes emunt: uſum neſcio.

JUSTICIA *triflora*. C. I. 10. ophtalmica. Tuſſim medetur, ſi flores frequenter olfactu tentantur.

DIANTHERA *triſulca*. C. I. 20. Tumoribus.

VERBENA *capitata*. C. I. 28. In Stranguria.

COMMELINA *tuberoſa*. C. I. 33. Folia ſpinam impreſſam expellunt?

CISSUS *redif*. C. II. 8. Antidotum celebre.

CORNUS *gharaf*. C. II. 10. In cephalalgia.

SÆLANTHUS *digitat*. C. II. 13. Folia febrifuga.

- - *Sæla*. Baccæ dicuntur oculis nocivæ & cæcitatem inferre, ſi eduntur. Guſtu certe cauſtico ſunt.

OPHIORRHIZA C. II. 39. Ulceribus.

DATURA *metel. ſoporifera*.

PHYSALIS *ſomnifera*. Herba contrita tumoribus imponitur. Folia emplaſtri loco vulneribus. Hujus & *Solani incani* foliis aqua coctis lavatur homo hypochondria vehementi laborans.

CATHA C. III. 4. Contra peſtem.

RHAMNUS *nabeca*. Foliis ſiccatis, contuſis, aqua tepida mixtis capitis ſordes abſterguntur. Corpora defunctorum hujus Rhamni infuſo frigido lavantur. *Môr*.

SOLANUM *nigrum*. C. II. 49. Foliorum recentium ſuccus in vulnere ex uſtione & in morbo Arabibus dicto Buræ. بلا

ASCLEPIAS. C. II. 72. Contra ſcabiem.

- - *ſchuntob*. C. II. 66. Semina carminativa.

CYNANCHUM *march*. C. II. 79. In Variolis.

CAUCALIS *ſonchifol*. radix maſticata contra odontalgiam.

CADABA *farinoſa*. C. III. 12. Antidotum.

VOLUTELLA. C. III. 56. In vulnere tendinoſo.

ZYGOPHYLLUM *portulac*. C. III. 67. Maculis ocularibus.

CADIA. C. III. 76. In hypochondria.

PORTULACA C. III. 79. In cephalalgia.

CAPPARIS *ſpinoſa*. C. IV. 5. 6. Antivenenata.

EUPHORBIA *thymifolia*. C. III. 93. Purgans validum.

CASSIA. C. III. 58.

GLINUS. C. III. 99. Vulneraria.

CLEOME *gynandra*. Foliorum recentium ſuccus cum oleo Seſami mixtus ungventum in prurigine; (non exanthematica.)

GERANIUM *châda*: in cephalalgia.

FATHAH. فتحه (Obſcura Syng.) Folia contuſa externe in fractura oſſium.

MALVA *montana*: vulneraria.

ELCAJA. C. IV. 100. Vomitoria. Contra Scabiem.

DOLICHOS *polyſtach.* C. V. 17. Purgans.

CACALIA C. V. 66. In variolis.

ARTEMISIA *hæarran*; ab Hollandis Mochhæ mercantibus requiritur: illis vocatur *Ales.*

SENECIO *ſaracen.* In morbo *Sakf.*

INDIGOFERA. C. V. 26. In colica.

KOSARIA. C. VI. 34. Exanthematica.

ACALYPHA. C. VI. 21. Puſtulis infantum.

OCYMUM *tenuiflorum.* Folia cum pipere aſſumta in tertiana & quartana.

RUTA *graveolens*; contuſa capiti applicatur, in cephalalg. Ventri obligatur, in colica.

INULA *odora.* C. V. 84. Contra hæmorrhoides.

CROTON *villoſum*, *ôhab.* C. VI. 30. In morbo *Sanfûr.* صنفور vel *Roba.* روحه

MIMOSA *ſælam*; vulneraria. Folia recentia cum cortice arboris (non lignum, nec ſpinæ,) ſubito igne comburuntur, & cinis vulneri aſpergitur, quod ſtatim ſtipatum, poſt aliquot dies ſanatur, repetita quotidie cineris aſperſione. Hinc nomen *Sælâm.* Retulit mihi alius, ramorum carbones contuſos, non cineres foliorum inſterni. Florum globulis, matutino rore madidis exprimitur ſuccus; oculis dolentibus utiliſſimus. *Apes* mel e floribus colligunt nigrum, *Aſal ſælam* dictum, utile laborantibus Schirrho lienis *Tobâl* طحال vocato.

MIMOSA *Örfot.* C. VI. 86. In morbo *Sora.*

ARISTOLOCHIA *læja.* C VI. 4. Heroica contra morſus ſerpentum.

ORCHIS. C VI. 1. Vulneraria.

ACROSTICHUM. C. VII. 2. Vulneraria.

OBSCURÆ.

EKLIF; pulvis radicis oculis inflatus, viſum acuit.

HÖMMED? caules recentes contuſi obligantur vulneri; quotidie novi impoſiti.

NÖMUM pulvis ſtipitum antidotum.

NASAF pulvis ſtipitum aſpergitur vulneri morſus ſerpentis & ſimul forti doſi recipitur, interne.

SIBBIÆ recens cocta cum butyro, unguentum vulnerarium.

BÆCKA vere venenata. Tamen Arabes ramulum frangendo guttulas excipiunt duas lacte & purgans habent.

EGLIT; اقليت ſtipites recentes maſticatorium expectorans optimum.

DARU; ضرو Decoctum herbæ carminativum.

GHÆJLE. غيلء An *Cibatba*? baccæ dulces ſtomachicæ.

ÖDJE عوج reſinam exſtillat dulcem, dum recens eſt: cito vero adhæret incredibili tenacitate. Ejus ope Dentes dolentes poſſe extrahi, referunt Arabes.

EX-

EXPLICATIO NOTARUM.

Pm. Planities argilloſa, maritima.
Pu. - - inundata.
Ps. - argillacea, ſicca.
Ph. - argillacea humida, montibus propior.
Pa. - arenoſa.
Pr. - rivis vicina.
Mi. Montium regio inferior.
Mm. - - media.
Ms. - - ſuperior.
Ma. - - aquoſa.
Mma. - - media, aquoſa.
Mia. - - inferior aquoſa.
Mſa. - - ſumma, aquoſa.
C. P. Cultæ in planitie.
C. M. - in montibus.
C. M. M. - in montium media regione.
Lhj. Lohaja.
Btf. Beit el fakíh.
Srd. Uadi Surdûd.
Mlh. Mons Melhân.
Uhf. Uahfad.
Blg. Bulgoſe, ſive Hadìe.

(*) Denotat Species aut novas aut illuſtratas, in Centuriis deſcriptas.
(**) Nova Genera ab Auctore conſtituta.

FLORA

ARABIÆ FELICIS.

MONANDRIA.

1. (*) BOERHAVIA *a) scandens.* Ph. *Örkos.* Môr.
2. (*) *b) diandra.* - - Ph. Ps. *Vuddjef.* Môr. *Rokâma.* Surdûd. *Chaddîr.* خضار vel خضير Btf. Uhf.
3. (*) - *c) diffusa.* - - Ps. - - Dahhi.
4. AMOMUM *zingiber.* - - CP. *Zenjebîl.* Mochrat.
5. CURCUMA *rotunda.* - - CM. *Kurkum.* Hars.
6. (*) SALICORNIA *a) europæa.* Pm. - - Mochha.
7. (*) - *b) perfoliata.* - Pm. - - Ghomfude.
8. (*) CINNA. - - Mm. - - Barah.

DIANDRIA.

9. NYCTANTHES *sambac.* - CP. CM. *Full* vel *Fyll.* فل
10. JASMINUM *officin.* - Mm. *Kejan.* قين *Sas.* سيس Blg.
11. VERONICA *anagall.* - Ma. - Uhf.
12. (*) JUSTICIA *a) lanceata.* - Mm. *Sokejt.* سقيت Srd.

Spinosæ.

13. (*) *b) trispinosa.* - Ph. Mi. *Schechar.* شخر Hadîe. *Uuzal.* Srd. *Kullibæ* Uhf. *Unsar.* Mlh.
14. - - *c) bispinosa.* - Mi. *Schechadd.* شخض Hadîe. *Kulibe.* كلبء
15. (*) *d) appressa.* - Mm. Id. nom. Taæs.
16. (*) *e) viridis.* - Mi. *Kossejf.* Srd. *Chasser.* خسير

Inermes.

17. - - *f) sexangularis.* - Mm. *Sovudvud.* Blg.
18. (*) *g) triflora.* - Mm. *Chodie.* خوضيه Blg.
19. (*) *h) fœtida.* - - Mm. Mi. *Tuna.* طونه Hadîe.
20. (*) *i) paniculata.* - Ph. *Unsar.* وزر Srd. Mlh.
21. (*) *k) cærulea.* - Ph. Id. nom. Mlh.
22. - - *l) resupinata.* - Ph. Id. nom. ib. Corolla alba, parva, resupinata.
23. - - *m) dubia.* - Mm. Spicis terminalibus; bracteis linearibus; foliorum ciliis nullis. Mlh.

24. (*) DIANTHERA *a) americ. flava.* Ph. Mi. Hadîe.
25. (*) - *b) amer. fl. albo.* - Mm. ibid.
26. (*) - *c) paniculata.* - Mi. Ph. *Mdhæfaa.* Môr. *Toæjm.* تويم Srd.
27. (*) - *d) verticillata.* - Ma. - Uhf.
28. (*) - *e) trifulca.* - Ph. Mi. *Madh.* مظ, مض Srd. Hadîe. Uhf.
29. (*) - *f) odora.* - Ph. Mi. Mm. *Kæjfamân.* قيصمان Srd.
30. (*) - *g) debilis.* - - Mm. Taæs.
31. VERBENA *a) officin.* - Ma.
32. - - *b) nodiflora.* - Ma.
33. (*) SALVIA *merjamîe.* - - *Dhâru.* ضرو Kurma.

TRIANDRIA.

34. (*) VALERIANA *ſcandens.* - Ph. Mi. *Charad.* Hadîe. Srd. *Chodâra.* خضارو Uhf.
35. TAMARINDUS *indica.* - Mi. Mm. *Homâr.* حمر ubique.
36. IRIS. - - - Mm. *Bæneffidj.* بنفسج Djöbla. *Dahag.* دهق
37. COMMELINA *a) commun.* - Ph. Mm. *Djâlif.* جليف Srd. *Uaalân.* وعلان nomen huic generi commune. Flore 2-petalo, cæruleo.
38. (*) - *b) bengalens.* - - Mm. Bolg.
39. (*) - *c) tuberoſa.* - - Mm. ib. idem nomen.
40. (*) - *d) commelinoides.* - Mm. *Kunan.*
41. - - *e) dubia?* - - Ph. *Rodma.* رضدو Srd.
42. (*) SCHOENUS *a) incanus.* - Mm. *Æjn el bagar.* Môr.
43. - - *b) dubius?* - - Mm. Blg. ſpicar. capit. terminal.
44. (*) CYPERUS *a) gradatus.* - Ma. *Uadi Zebîd.*
45. - - *b) arundinaceus?* - Pm. Caule tereti, ad baſin folioſo, inarticulato; ſub panicula in duas partes fiſſo.
46. (*) - *c) globoſus.* - Mi. Mm. *Zaraa.* Hadîe.
47. (*) SCIRPUS *a) lateralis.* - Pr. *Hallâl.* حلال Zebîd.
48. - - *b) lacuſtris?* - - Ma. Uhf. Culmo ſpith. ſpicis erectis, longe pedicellatis, ungue brevioribus.
49. (**) ALTERNANTHERA - Ph. *Kávar el abîd.* Môr.
50. SACCHARUM *offic.* - - Mm. *Muddardjend* (nomen Indicum?).
51. (*) PHALARIS *velutina.* - Mm. Blg.
52. (*) PANICUM *a) compreſſum.* Mm. Blg.

53. (*) PANICUM *b) appreſſum.* -	Ph. *Fælæk. Eſſik.* Môr.
54. (*) - *c) glaucum.* -	Ph. *Æbæd.* Srd. Môr.
55 (*) - *d) adhærens.* -	Mi. Mm. *Særa crra.* Hadîe.
56. - - *e) adhær. ſimile glauco.*	Mm. *Hoſab.* Blg.
57. - - *f) adhær. foliis ſulcatis.*	Ph. *Öddjer.* عجير Mlh. paniculatum.
58. - - *g) panicula coarctata.* -	Mm. *Kurma.* Spicula foliis multiſulcatis; floſculo maſc. & hermaph.
59. (*) - *h) dichotomum.* -	Ps. *Bockâr.* بكار Ubique.
60. - - *i) ſetigerum.* -	Ps. *Thummam.* Frequens.
61. - - *k) dactylon.* -	Ph. *Sabak.* Môr *Ubal.* وبل Srd.
62. - - *l) miliaceum.* -	Ph. *Koſſæjb. Milæb.* ميلب Srd.
63. (*) - *m) polygamum.* -	Ps. - - Taæs.
64. BROMUS *a) arvens.* -	Ps. - - Boka.
65. - - *b) rectorum.* -	Mm. *Therri.* ذري Barah.
66. AGROSTIS a) *indica?* -	Mi. Mm. *Sorak.* سرق Hadîe. Blg. Panicula cylindrica, ſubpedali.
67. - - *b) repens, ſpicata.* -	Ph. *Æruæ.* Ghorâb.
68. (*) - *c) virginica?* - -	Ps. - Lhj.
69. (*) POA *a) multiflora.* -	Mi. Mm. Hadîe.
70. - *b) ſpiculis 3-floris.* -	Mm. - Barah.
71. - *c) ſpinoſa.* - -	Ps. - Btf.
72. (*) CYNOSURUS *a) ternatus.*	Ph. *Saber.* Môr. Ghomfude.
73. - - *b) lima.* - -	Ps. Pm. Ghorâb. Mochha.
74. (*) - *c) durus.* - -	Ph. (*Hhalfe.* Ægypt.) Ghomfude.
75. - - *d) ægyptiacus.* - -	Ph. - - ibid.
76. (*) - *e) floccifolius.* -	Ph. - Taæs.
77. FESTUCA *mucronata.* -	Pa. *Schocham.* Btf. Lhj Mochha.
78. (*) ARUNDO *donax.* -	Pu. *Kaſſab.* قصب frequens.
79. (*) ARISTIDA *a) lanata.* -	Mi. (*Dhræjræ.* Ægypt.) Sinai.
80. - - *b) adſcenſionis?* -	Ps. *Daku eſſchæba.* دقن الشيبه *Dhenneb et tôr.* ذنب الثور
81. (*) - *c) paniculata.*	
82. ELYMUS *cap. meduſæ.* -	Ph. *Hobh el adjais.* Meneyre.
83. HORDEUM *hexaſtich.* -	CMS. Mm. *Schæir.*
84. TRITICUM. - -	CMS. *Burr.*

TETRANDRIA.

85. (**) SCEURA *marina.* - Pm. *Schura.* شورع Lhj. (*Germ.* قرم Maſcat)
86. SCABIOSA *columbaria?* - Mm. *Djuſſar er raaja.* جزر الراعيه Boka. Foliis non ſetoſis.
87. (*) GALIUM *aparinoides.* - Mm. *Schobodh bodha.* vel *Schebeete.* شبطه *Meſchærreba.* Blg.
88. HEDYOTIS *herbacea?* - Ps. Btf.
89. RUBIA *tinctor.* - - - CMM. *Fua.* فوع
90. IXORA *occidentalis?* - Mm. *Schuaf.* شوف Taæs. *Ghoræjeb.* غريب Baccis nigris: 2-locularib. 1-ſpermis.
91. PLANTAGO *a) lanceolata.* - Mm. Kurma.
92. - - *b) media?* - - Mm. *Bizr hælledi.* Blg.
93. (*) SCOPARIA *a) ternata.* - Ph. *Dfar.* Ghomfude.
94. - - *b) dubia?* - - - Môr. Staminibus hirſutis.
95. (*) CISSUS *arborea.* - Ph. Mi. *Redif.* رديف Srd. *Rāk.* راكى Dahhi.
96. (*) CORNUS *ſanguinea.* - CP. Ph. Mi. *Gharaf.* عرف Môr. Srd. *Önneb.* Btf. *Eſchell. Sehæli.* Hadîe.
97. (*) TOMEX *glabra.* - Ph. *Dober.* Srd.
98. (*) SÆLANTHUS *a) quadragon.* Ph. Mi. Mm. *Sælà.* سلع Srd.
99. (*) - *b) glandulofus.* - Ph. Kudmîe.
100. (*) - *c) rotundifolius.* - Ph. Mi. Mm. *Hæles.* حلص *Halka.* حلقه Srd.
101. (*) - *d) ternatus.* - Ph. *Hauka.* حنكه *Hankaja.* حنكايه Hæs.
102. - - *e) digitatus.* - Mi. Mm. *Haluæk.* Hadîe.
103. ALCHEMILLA *vulgaris.* - Ms. Kurma.
104. POTAMOGETON *natans.* Ma.

PENTANDRIA.

105. LITHOSPERMUM *hiſpidum.* Ps. *Sgâa.* (Sinai.)
106. (*) HELIOTROPIUM *a) bacciferum.* Ps. *Hahhfa.* Lhj.
107. (*) - *b) fruticoſum.* - Ph. *Haſelfæ.* Môr.
108. (*) - *c) europæum.* - Ph. *Kerir. Akrîr.* Môr.
109. (*) - *d) curaſſav.* - Ph. Idem nomen.
110. (*) - *e) ovalifolium.* - Mi. Hadîe.
111. (*) CYNOGLOSSUM *a) lanceolat.* Mi. *Schenaf.* شنف Hadîe.
112. (*) - *b) linifolium.* - Ms. *Hanſchebi.* حوشبى Kurma.
113. - - *c) dubium?* - Mm. Barah. Antheris corolla brevioribus.
114. (*) ECHIUM *creticum?* - Mm. Taæs.

115. (*) PRIMULA *verticillata.* Mma. - - Boka.
116. ANAGALLIS *latifolia.* - Mm. *Chôda.* خوظة Boka, fl. rubro, vel violaceo.
117. (*) OPHIORRHIZA *lanceol.* Mm. *Laæja.* Ubique.
118. PLUMBAGO *ceylanica.* - Ph. Mi. *Hamſched.* حمشد Hadîe.
119. (*) CONVOLVULUS *a) proſtrat.* Ps. - Lhj.
120. - - *b) cneorum.* - - - - (Sinai.)
121. - - *c) ſpinoſus.* - Ph. - Dahlii. Stigmatibus 2; Nectario ſquamis 5 circa germen.
122. (*) IPOMOEA *a) ſcabra.* - Mi. *Scherdjedja.* Hadîe.
123. (*) - *b) biloba.* - - Mia. *Sokar.* Zabîd.
124. (*) - *c) aquatica.* - Mia. - - Ibid.
125. (*) - *d) triflora.* - Ph. *Sotar.* صطر Hadîe. *Gaſchue.* Srd.
126. (*) - *e) verticillata.* - Ph. *Toræba.* Kudmîe. *Sebelli.* Môr.
127. (*) CAMPANULA *edulis.* - Mm. *Chobs el okab.* خبز العقب Kurma.
128. COFFEA *arabica.* - CMM. CMI. *Bunn.* بن
129. (**) MÆSA *lanceolata.* Mm. *Mâas.* معص ubique.
130. MIRABILIS *jalapa.* : CP. Mm. *Zâhr el læjl.* زهر الليل Blg. *Uard el læjl.* ورد الليل Btf.
131. DATURA *metel.* • Ph. Mi. *Bendj.* بنج Môr. *Mandj.* منج vel منكى Btf. Floribus albis; fructu erecto, ſpinoſo, ſeu verrucis ſubulatis: ad *Djöblam*: alibi vero verrucis obtuſis.
132. NICOTIANA. - CM. *Tütün*: nomen Turc.
133. PHYSALIS *a) somnifera.* Ph. Mi. *Barde.* Môr. *Öbab.* عبب Srd. Hadîe. *Uárak eſſchefa.* Btf.
134. (*) - *b) ramoſa.* - Ma. Uahfat.
135. CAPSICUM *fruteſcens.* CP. *Dar felfel.* Btf.
136. LYCIUM *europæum.* - Mm. *Auſadj.* عوسج Taæs.
137. (**) ANTURA *edulis.* Mi. Mm. *Anthur.* Hadîe. *Arm.* عرم Djöbla.
138. (**) CADABA *a) rotundifolia.* Ps. *Kadbab.* قطب Lhj.
139. (*) - *b) glanduloſa.* - Ps. *Tænaim.* Lhj.
140. (*) - *c) farinoſa.* - Ph. mi. *Særab.* سرح Srd. *Toræb. El bejad Aſal. Korrâb.* Môr.
141. (**) DIGERA *arvenſis.* Ph. *Dyddjer.* Môr. *Buddjer.* بجير Srd.
142. RHAMNUS *a) nabeca: rectus.* Ph. Mi. *Ardj Örredj.* Môr. *Ælb.* علب Djöbla.
143. (*) - *b) divaricatus.* - Ps. Ph. Mi. *Ardj.* Môr. *Sidr.* Lhj. *Gbaſl.* Variat: *ramis undatis.* Hæs.
144. (*) SIDEROXYLON. Mi. Mm. *Uaraf.* Hadîe. *Erſeb.*

145.

145. (*) SOLANUM *a) nigrum.* Mi. Mm. *Meſellahe.* مسلحه Hadîe.

146. (*) - inermis. *b) terminale.* Mm. Hadîe.

147. - - inermis. *c) melongena.* CP. *Badindjân.*

148. (*) - Caule aculeato: lacca coriacea, flava. *d) incanum.* Ph. Mi. *Æju el bagar.* عين البقر i. e. Oculus vaccæ. Môr. *Ærſæn.* عرصن Hadîe. *Ennæma.* انمه Djöbla. An idem?

149. (*) - Caule aculeato: lacca coriacea, flava. *e) congulans.* Ph. *Bejkaman.* Môr. *Soræj ſabân.* Muſa.

150. (*) - Caule aculeato: lacca coriacea, flava. *f) armatum.* Ph. *Bokæme.* بقيمي *Bonkom.* بنقم Hæs. Zebîd.

151. (*) - Caule aculeato: lacca coriacea, flava. *g) villoſum.* Ph. *Bokæme.* Srd.

152. (*) - Caule aculeato: bacca rubra, pulp. *b) babamenſe.* Ph. *Melibæmi.* Môr. *Habak.* حبق Uhf. *Hommæſch.* حميش Srd.

153. - - Caule aculeato: bacca rubra, pulp. *i) bah. album.* *Boka.* Flore albo, caule aculeato.

154. (*) - Caule aculeato: bacca rubra, pulp. *k) cordatum.* Ph. *Hadak.* Roboa. Coagulandi proprietas toti huic generi vulgaris.

155. (**) CATHA *a) edulis.* CM. *Kath.* Blg.

156. (*) - *b) ſpinoſa.* - Mi. - Kurma.

157. (*) EVONYMUS *inermis.* Mm. *Öyun ennemr.* عيون النمر Uhf. *elBeuât.* Blg.

158. (**) MELHANIA *velutina.* Ph. Mlh.

159. (**) HYPERANTHERA *peregrina.* CP. Btf.

160. VITIS. - - - CMS. *Enab.*

161. (**) GERUMA *alba.* Mi. *Djerrum.* جرم Hadîe.

162. (*) ACHYRANTHES *a) aſpera.* Ph. Mi. *Uokes.* Môr. *Höllêm.* حليم Srd. *Hamſched.* Hadîe. *Mabôt.* محوط Blg.

163. - - *b) lappacea.* - Ph. Mi. *Hobb el adjais.* حب العجاين Srd. Sædie.

164. (*) - *c) polyſtachia.* - Ph. *Sued.* سود Srd.

165. (*) - *d) paniculata.* - Ph. idem nomen. Mlh.

166. (*) - *e) capitata.* - Ph. - Srd.

167. (*) - *f) pappoſa.* - Mi. *Sænâam.* سنعم Zebîd.

168. (*) - *g) decumbens.* - Ph. Mi. Mm. *Mebut abjad.* محوط ابيض Blg.

169. (*) - *b) villoſa.* - Ph. *Schadjaret el arhleb.* شجرة الارنب Hadîe.

170. (*) MANGIFERA *amba.* CP. *Amb.* عنب Hadîe.

171. CELOSIA *a) argentea.* CP.

172. - - *b) criſtata.*

173. (*) NERIUM *a) obeſum.* Ph. Mi. Mm. *Öddein.* عدين Srd. *Aden.* عدن Hadîe.

174. (*) - *b) foliis ternatis.* Mi. Mm. *Dærah.* دره Hadîe.

175. NERIUM *c) foliis integris.* Mm. *Dharaf.* Kurma.
176. (*) CYNANCHUM *a) pyrotechn.* Ps. *March.* Môr.
177. (*) - *b) arboreum.* - Ph. *Kerauna.* Lhj. *Kefch. Torah.* Srd.
178. (*) ASCLEPIAS *a) cordata.* Mm. *Dæmia.* دميه Taæs.

Caule foliofo.

179. (*) - *b) fpiralis.* Ps. *Schantoh.* Lhj.
180. (*) - *c) laxiflora.* Ma. *Kanab.* كنح Djöbla.
181. (*) - *d) ferofa.* Mm. *Sabia.* سبيع Hadîe. *Dhræba.* دريبه Zebîd.
182. (*) - *e) radians.* Ps. Btf.
183. (*) - *f) nivea.* Ph. *Ghafchve.* Lhj.
184. : - *g) gigantea.* Ps. *Öfchar.* Ubique.
185. (*) - *h) glabra.* Ps. Taæs.

C. aphyllo.

186. (*) - *i) aphylla.* Mi. *Milæb.* Mlh.
187. (*) - *k) ftipitacea.* Ph. *Rideb.* ريدح Ubique.
188. - - *l) contorta?* Ph. *Hömmed.* حميص Srd. *Ockas.* عقيص *Dagabis. Rodaa.* رضع Hadîe. Teres, dichotoma, aphylla, lacteſcens; edulis. An eadem cum 186. i)?

189. (*) STAPELIA *a) variegata.* Ph. *Draat el kelbe.* ذراعة الكلبه Môr.
190. (*) - *b) quadrangula.* - Ph. *Gholef.* غلف *Gholæs. Gholak.* Srd.
191. - - *c) dentata.* - Ph. *Djadmel.* جدمل Hadîe. *Draat el kelb.* Srd. Exigua, longitudine digiti.
192. (*) - *d) multangula.* - Mi. *Sak el ghorâb.* ساق الغراب Uhf. repens.
193. - - *e) fubulata.* - Mm. Quadrangula, ſpithamalis.
194. - - *f) 4-angul. ramoſa.* - Mm.
195. CHENOPODIUM *a) botrys.* Ms. *Schokr el homâr.* شقر الحمار Chadra.
196. (*) - *b) ferotinum?* - Ps. Taæs.
197. (*) - *c) triangulare.* - Ps. Ib.
198. (*) - *d) viride.* - - Ps. *Rockeb el djämmel.* Ubique.
199. (**) PAPULARIA *chryſtallina.* Ps. Dahhi.
200. (**) ROCAMA *proſtrata.* Ps. *Rôkama.* رقمه Lhj. Srd. Môr.
201. (*) SALSOLA *a) imbricata.* Pm. *Harm.* هرم Lhj.
202. (*) - *b) inermis.* - - Ps. (Sinai.)
203. (*) - *c) vermiculata.* - - Djidda.
204. (*) - *d) mucronata.* - Ps. Djidda.
205. CRESSA *a) cretica.* - Ps. Pm. *Ghorara.* Lhj. Ghomſude.
206. (*) - *b) arabica.* - - Ps. Taæs.

207. GOMPHRÆNA *globosa.* - Ps. *Zant Habbeschi.* زرنط حبشي Btf. *Aschek u maschuk.* (i. e. *Amans & amatus.*) vel *Sirr habbeschi.* زر حبشي Lhj. *Dam el aschek.* Mosul.

208. CAUCALIS *angustifolia.* - Mm. Blg. Hadîe.

209. DAUCUS *carota.* - Ms. *Djissar.* جزر

210. SIUM *latifolium.* - Ma.

211. SISON *ammi.* - CP. *Nachu.* نحو

212. ANETHUM *a) graveolens.* CP. *Schibt.*

213. - - *b) fœniculum.* - CM. *Skamar.*

214. PIMPINELLA *saxifraga.* - Mm.

215. (*) TAMARIX *orientalis.* Ph. *Atl.* Môr. Ghomfude.

216. (*) RHUS *Sæneb.* - Mm. *Sæneb.* سنب *Bajad.*? Blg. Barah.

217. (*) PHARNACEUM *a) umbellat.* Ps. Lhj.

218. (*) - *b) occulenum.* - - Ps. Ibid.

219. (**) SUÆDA *a) vera.* - Pm. *Sued.* Ghorab. *Hömmam.*

220. (*) - *b) monoica.* - - Ps. Pm. *Asal.* Lhj. Kudmîe.

221. (*) - *c) baccata.* - - Pm. *Mullæab.* Ghomf.

222. (*) - *d) hortensis.* - Ps. *Mullab.* Taæs.

223. (*) - *e) fruticosa.* - Ps. *Dôluk.* Djiddæ.

224. PARNASSIA *polynectaria.* - Ms. Hadîe.

225. (*) STATICE *a) axillaris.* Pm. Lhj.

226. (*) - *b) cylindrifolia.* - Pm. Mochha.

227. LINUM *tenuifolium.* - Mm. Boka. Flore flavo; foliis alternis.

228. (*) CRASSULA *alba.* - Mm. Boka. Barah.

HEXANDRIA.

229. (*) TILLANDSIA. - Ps. Taæs.

230. BERBERIS. - - Ps. *Tarab.* طرح *Mösuk.* مسوك Kurma.

231. PANCRATIUM *maximum.* - Taæs.

232. AMARYLLIS *alba.* - Ms. *Soraf.* Kurma.

233. LILIUM *album.* - - CMM. *Zambak.*

234. (*) ORNITHOGALUM *flavum.* - *Chosar errobah.* Boka. *Bassal eddjinn.* Srd. *Bassal errobah.* Hadîe.

235. ASPARAGUS *retrofractus.* - Mm. *Schadjaret ennemr.* شجرة النمر *Henet ennemr.* حنية النمر

236. (*) CONVALLARIA *racemoſa*. Ph. Mi. *Dænag.* دنق Srd. Hadîe.
237. HYACINTHUS *aporus*. - Ph. Mm. *Sælab.* سلب Srd. *Membaſch.* Btf.
238. (*) ALOE *a) vera: officin.* Ph. Mi. *Sabr.* Môr.
239. (*) - *b) variegata.* - Mm. *Eſefil.* بصيصل *Eſelil.* بصيلل Blg. *Fil asfar.* فل أصفر
240. (*) - *c) inermis.* - Mm. *Æhlie.* عبلية Roboa. Taæs.
241. - - *d) arborea.* - Mm. *Kobab.* قبب Djöbla. rarior. Pedunculo racemoſo. Venenum e ſucco paratur.
242. (*) - *e) vacillans.* - Ms. *Charchara.* Kurma.
243. (*) HYPOXIS. - Ps. Taæs.
244. (*) HÆMANTHUS *coccineus*. Mi. *Hömbömet el hannaſch.* حمحمة الحنش Hadîe. *Voket el hannaſch.* وقيض الحنش
245. (**) ADENIA *venenata*. Ph. Mi. *Aden.* عدن Hadîe.
246. (*) RUMEX *a) perſicarioid.* Mm. *Örbrob.* عربب Blg.
247. - - *b) acutus.* - Ms. *Tlebal.* تبل Kurma.
248. (*) COLCHICUM *montanum*. Ms. Kurma.

HEPTANDRIA.

249. (*) LIMEUM *humile*. - Ps. Lhj.

OCTANDRIA.

250. EPILOBIUM *a) anguſtifolium*? Ma. *Nrdæ.* Hadîe.
251. - - *b)* Petalis rubris, emarginatis; foliis ſuboppoſitis, amplexicaulibus. Variat: *foliis ſerrulatis, ſemiſpithamæum.*
252. (**) BINECTARIA *laurifolia*. CP. Btf.
253. (**) SODADA *decidua*. - Ps. *Sodad.* Kurma. Môr. Btf.
254. (*) AMYRIS *a) opobalſamum*. Mm. *Abu ſchâm.* ابو شام Oude.
255. (*) - *b) kataf.* - Ph. Mi. *Kataf.* قطف Btf.
256. (*) - *c) kafal.* - - - *Kafal.* قفل Ib.
257. - - *d) ſchadjaret el murr?*
258. - - *e) chadaſch?* - Mi. *Ghadaſch.* خدش
259. LAWSONIA *inermis*. - CP. *Henna.* Lhj.
260. ERICA *ſcoparia*. - - Mm. *Schandaf.* شنظف Antheris incluſis; floribus albis.
261. POLYGONUM *hydropiper?* Ma.
262. CARDIOSPERMUM *halicac.* Ph. *Hadk.* حدق *Dharn eſuæd.* ظرو أسود Srd.

ENNE-

ENNEANDRIA.

263. (**) VOLUTELLA *aphylla*. Ph. *Hadeg Môdg.* Môr. *Djâba.* جوده Hadîe.

DECANDRIA.

264. (*) BAUHINIA *inermis*. Mi. *Henn el bagar.* حن البقر *Tumâr.* تمار *Arbbîr.* اذبير Mlh.

265. (*) CASSIA *a) aſchrek.* - Ps. *Aſchrek.* عشرق Lhj. Môr.

266. (*) - *b) tora.* - - Ph. Mi. *Kolkol.* قلقل Hadîe. *Didjer el akbar.* دجر الاكبر Uhf.

267. - - *c) fiſtula.* - - Mi. *Chiar ſchambar.* Ibid.

268. (*) - *d) liguſtrina.* - Ph. Djöbla.

269. (*) - *e) ſunſub.* - - Mi. *Sunſub.* Taæs.

270. (*) - *f) lanceolata.* - Mi. Ph. *Suna.* سنا Srd. *Kolkol.* Hadîe.

271. - - *g) medica.* - Ph. Mi. Petiolis non glandulosis.

272. - - *h) procumbens?* - Ph. *Houmer.* حومر Srd. Caule erecto.

273. SEDUM *florib. corymboſis.* - Mm. Boka.

274. (*) POINCIANA *elata.* - Ph. *Ranf.* رنف *Mſchillech.* مشليخ Mlh.

275. RUTA *graveolens.* - - CP. *Schedâb.* شداب Petalis ciliatis: germine annulo punctorum.

276. (**) CADIA. - - CP. *Kadi.* قضي Blg.

277. MELIA *azeder.* - - CP. Foliis tripinn. (*Melia azadir* foliis bipinnat.)

278. (*) ZYGOPHYLLUM *a) proliferum.* Pm. *Hæmd.* حمض Ghorab.

279. (*) - *b) portulacoid.* - Pm. *Kermel. Djirmel.* Môr. Ghorab.

280. (*) FAGONIA *a) cretica.* Ph. *Schoæka. Schouki.* Lhj. Môr.

281. - - *b)?* - - - - *Ejdan.* (Sinai.)

282. TRIBULUS *hexandrus.* - Ph. *Kotaba.* Lhj. Kurma.

283. (*) JUSSIÆA *edulis.* Ps. Ph. *Uæki.* Lhj.

284. DIANTHUS *uniflorus.* - Ms. *Zahr es zirr.* زهر الزر Kurma. Scapo brevissimo, unifloro; foliis linearibus.

285. SILENE *nutans.* - Ps. Blg. Pedunc. solitariis.

286. (*) ARENARIA *a) fasciculata.* Ms. Kurma.

287. (*) - *b) filifolia.* - Mm. - Boka.

288. - - *c) ſerpyllifolia?* Mm. - ibid. Petalis albis, parvis.

289. (**) CAUCANTHUS *edulis.* Mm. *Kouka.* Hæs.

290. (*) COTYLEDON *a) deficiens.* Mi. *Ödejn.*

291. (*) - *b) lanceolata.* - Mm. *Hömed errobat.* Kurma.

292. COTYLEDON *c) orbiculata?* Mm. *Clodardar.* خضرضر Hæs.
293. OXALIS *a) corniculata.* - Mm. *Hæmæmdab. Hæmda.* حيضه *Homaidmad.* حمضض Boka.
294. - - *b)* foliolis bifidis villosis.

DODECANDRIA.

295. (**) CULHAMIA. - Mm. *Kulhâm.* كلحم Hadîe.
296. TRIUMFETTA *a) lappula.* Mi. Mm. *Akmeda.* Blg. *Hamsched.* Hadîe. Stigmate simplici, non bifido.
297. - - *b) glandulosa.* - Mm. Foliorum serraturis infimis glandulosis.
298. PORTULACA *a) oleracea.* CP. MI. MM. *Bratra.* برادبرا Btf. *Chamile. Dænneh el farras.* دنب الفرس Srd. Hadîe. *Ridjlet el farras.* Kurma.
299. (*) - *b) linifolia.* - Mi. *Mortab.* مرطه Hadîe. *Koraat errai.* Srd.
300. (*) - *c) imbricata.* - Ps. *Rozzi.* Btf. Ö*nuba.* ارنبه
301. (*) - *d) hareschta.* - Ps. *Hareschtam rai.* Môr.
302. EUPHORBIA *a) antiqu.* Ph. Mi. *Gholak. Kælab.* Môr.
α) articulata major. (*Migr.* Abu arîsch.) *Kerf.* Öddein.
303. - - *β) inartic. minor.* Ph. Mi. *Chorræsch.* Hadîe.
304. - - *b) officin. α) arborea.* Mm. *Amk.* عمق Bâralı.
305. (*) - *β) cæspitosa.* Mm. *Schôrur.* Djöbla. Pedalis.
306. (*) - *γ) fruticosa.* Mm. *Schôrur.* Chadra. Subpedalis.
307. - - *c) canariens.* - Mm. *Kassas.* قصاص Djöbla. Taæs.
308. - - *d) tirucalli. α) simplex.* Mm. *Daban.* دهن Djöbla.
309. - - *β) tiruc. dichot.* Mm. *Rummîd.* رميد
310. - - *e) thymifolia.* - Mm. *Rummîd.* An diversa? Ghomfude.
311. (*) - *f) triaculeata.* - Ph. Musa.
312. (*) - *g) α) granulata.* Ps. Ph. *Lehhæjde.* Lhj. Môr.
313. - - *β) decumbens.* *Melachene.* ملبنه Srd. An eadem? foliis serratis; floribus axillaribus.
314. (*) - *b) peplus*: limb. 3. 2. Mm. Ph. *Sulhejh. Sabiá.* سبيع Blg.
315. (*) - *i) esula*, multifida. Ms. *Subæsib.* سبيسب Blg. *Sausch.* سوسب Kurma.
316. - - *k) abortiva.* - Ph. Btf. Spontanea : vulneraria.
317. (*) - *l) aculeata.* - Mm. *Kertb.* كرث *Kerâth.* كراث *Sâl.* سال Taæs.

318.

318. RESEDA foliis ovatis, ſeſſilib. - *Bœærran.* (Sinai.)
319. (*) GLINUS *a) ſeriflorus.* Ph. Dahhi. Polypetalus.
320. (*) - *b) lotoides.* - Ph. *Haſchſe.* Môr. Mlh.

ICOSANDRIA.

321. PUNICA *granatum.* - CP. CM. *Rumân.* Btf.
322. AMYGDALUS *perſica.* - CMM. *Ferſik.* فرسك *Chôch.* Hadîe.
323. PRUNUS *a) domeſtica.* - CM. *Barquq.*
324. - - *b) armeniaca.* - CM. *Miſchmiſch.*
325. (*) PYRUS *a) kadienſis.* CM. *Sfærdjel.* Hadîe.
326. - - *b) malus.* - CM. *Tyffahh.*
327. ROSA *indica.* - - Mm. Ms. *Örſchok.* عرشق *Zerk.* زرب *Hmdjam.* حوجم Blg. Flore albo; petiolis ſubinermibus.
328. RUBUS *fruticoſus.* - Mm. *Næfæs.* نفص Blg. *Hömmæs.* حميص Örs. Hunc Rubum in libris Arabum dici *Ölleik* عليق affirmabat quidam Literatus, quod nomen in Ægypto tribuitur generi *Convolvuli.* Vocem Exod. C. 3. v. 2. transtulerunt LXX Interpretes *Βάτος*; & ex his verſiones Arabicæ ſequaces, ut Copto-Arabica aliæque fecerunt عليق unde hoc olim fuiſſe Rubi nomen Arabicum, probabile videtur.
329. (*) POTENTILLA *dentata.* Mm. Uhf.

POLYANDRIA.

330. (**) MÆRUA *craſſifolia.* Ps. *Mærv.* مرو
331. (*) CAPPARIS *a) mithridatica.* Ph. *Schægar.* شيغر *Ond eſſymm.* Srd. Hadîe.
332. (*) - *b) ſpinoſa.* - Ps. *Laſaf.* Taæs.
333. (*) - *c) inermis.* - Ps. - ibid.
334. (*) - *d) oblongifolia.* - Ph. *Redif.* Môr. *Aſal.*
335. (*) - *e) dabi.* - Mm. *Dabi.* ظهي Mlh.
336. PAPAVER *opiiferum.* - CM.
337. (**) ONCOBA *ſpinoſa.* Mi. *Onkob.* عنقب Blg. *Korkor.* قرقر Srd.

338. (**) CHADARA *a) tenax.* Ph. Mm. *Chadar.* Srd. *Nabbâ.* نبع
339. (*) - *b) arborea.* - Mm. *Sœrak.* Uhf.
340. (*) - *c) velutina.* - Mm. *Neſchamm.* نشم Hadîe.
341. (*) MESUA *glabra.* - Ph. *Chadar.*
342. (**) ORYGIA *a) portulacifolia.* Ph. Mi. *Hörudj.* *Hörudjrudj.* هرجرج Srd. Hadîe.
343. - - *b) villoſa.* - - id. nom. Boka. Flor. fulvis; foliis villoſo. fericeis.
344. (*) - *c) decumbens.* - Mm. Muſa.
345. CORCHORUS *a) olitorius.* CP. Ph. *Melochîa.* Srd. Spontan.
346. (*) - *b) æſtuans.* - CP. Idem nomen. Môr.
347. ANNONA *glabra.* - CP. *S'ferdjel hindi.* سفرجل هندي (*Annonâs* Indis)
348. (*) CLEMATIS *vitalba.* Mm. *Scheradj.* شراج Kurma. Blg.
349. (*) RANUNCULUS *a) chæroph.* Mſa. Kurma.
350. (*) - *b) multifidus.* - - Taæs.

DIDYNAMIA.

351. NEPETA *a) violacea.* - Ms. Kurma. Foliis crenatis.
352. (*) - *b) nepetella.* - Ph. Taæs.
353. MENTHA *longifolia.* - Ps. ibid.
354. MARRUBIUM. - - Ms.
355. (*) PHLOMIS *alba.* - Mi. *Schokab.* شوقب Hadîe.
356. MOLUCCELLA? - - (Sinai.)
357. (*) CLINOPODIUM *fruticoſ.* Mi. Mm. Blg.
358. ORIGANUM *majorana.* CP. *Mardakûſch.* Btf.
359. (*) THYMUS *a) ſerpyllum.* Ms. *Saatar.* سعتر Maſchwara. Chadra.
360. (*) - *b) imbricatus.* - Ms. Kurma.
361. - - *c) pulegioid?* - Ph. *Dûſch.* دوش Môr. Srd.
362. OCYMUM *a) baſilicum.* CP. *Hæbak.* Lhj. *Ribân*, nomen uſitatiſſ.
363. (*) - *b) gratiſſimum.* - Ph. Mi. *Höbokbok.* حبغبق Hadîe. Srd.
364. - - *c) tenuiflorum.* - - *Vuſab.* Môr. Srd. *Schadjaret eszirr.* شجرة الزر i. e. planta charyophyllea.
365. - - *d) filamentoſum.* - Mlh.
366. (*) - *e) ſerpyllifol.* - Ms. *Aſal.* عصل Mharras.

367. (*) OCYMUM *f) badicuſe.* Mm. *Medân.* Ünde. Blg.
368. (*) Nomen generis? *g) agyptiac.* CP. *Medân.* مدان Btf. (Ægyptis Zatarhendi.)
369. (*) - *b) villoſum.* Ps. Taxs.
370. (*) - *i) vaalæ.* CP. Btf. *Vaala.* والة
371. SCUTELLARIA *galeric.* - Mm. Ms. - Kurma. Foliis ovato-lanceolatis, crenatis.
372. PHRYMA? - - - - - *Hamſched.* Hadîe. Muſa. Seminibus 2 echinatis, connatis. An. *Ruellia?*
373. CELSIA *racemoſa.* - - Mm. - Barah. Flor. flavis, racemoſis.
374. (*) BROVALLIA *lumifuſa.* Ms. - Boka.
375. (*) LIMOSELLA *calycina.* Ma. - Uadi Zebîd.
376. (*) OROBANCHE *a) tinctoria.* - *Hôdar.* Môr. Srd. *Zybb elka* ذب القع
377. - - *b) major?* - - - Taxs.
378. (*) CHARACHERA *a) tetragona.* Mi. *Frefrân.* Hadîe. *Mekatkata.* Blg.
379. (*) *b) - viburnoides.* - Mm. - Barah.
380. (*) SESAMUM *indicum.* - CP. *Djyldjylan.* Ubique.
381. (*) RUELLIA *a) imbricata.* Ms. - Boka.
382. (*) - *b) intruſa.* - - Mm. *Svudvud.* سودود Blg.
383. (*) - *c) ſtrepens.* - - Ms. *Ghobbâr.* غبار *Koſſeif.* قصيف *Mtakska.* منقعة Srd.
384. - - *d) ſtrep. cærulea.* - Mi. - Srd. Flore cæruleo, parvo.
385. (*) - *e) guttata.* - - Ms. *Ghobâre.* غبيرة *Kasr.* حسر Djöbla. Chadra.
386. - - *f) alba.* - - - - Aludje. Flore albo, parvo; foliis acutis.
387. - - *g) hiſpida.* - - - *Chommâh.* خماح Uhf. Caule hiſpido perpendiculari.
388. (*) - *b) adhærens.* - - Mi. *Hamſched.* حمشد Hadîe.
389. (**) SIMBULETA. - Ms. *Symbulet cuneſem.* سنبلة النسم Djöbla *Sufal.* سوسل
390. ACANTHUS *a) maderaſp?* Mm. Mi. Ph. *Sabak.* سبك Srd. Floribus albis; bracteis, (non calyce) ciliatis.
391. (*) - *b) edulis.* - - Ps. Ph. *Zogaf.* Môr. Lhj.
392. (*) - *c) arboreus.* - - Mm. *Senaf.* سنف Blg. Barah.

TETRADYNAMIA.

393. (*) SUBULARIA *purpurea.* Ph. *Bokel.* Môr.
394. LEPIDIUM *a) fativum.* - CP. *Half.* حلف Btf.
395. - - *b) alpinum?* - - Ms.
396. (*) SISYMBRIUM *a) pinnatifid.* Mm. - Elg.
397. - - *b) monenfe.* - - - *Bockélel.* بقيلل Kurma.
398. (*) CHEIRANTHUS *lincaris.* Ph. - Mufa.
399. RAPHANUS *fativus.* - CP. *Bökel. Fi-yl.* Môr. Lhj.
400. (*) BUNIAS *orientalis.* - Ps. Ph. *Dorama. Chodejva.* Lhj. Môr. *Fuffa.* فسا Btf.
401. CLEOME *a) gynandra.* - Ph. *Gheifakan.* Ubique.
402. - - *b) ornithopod.* - CP. Ph. *Chozâm.* خزام *Sokejka.* صغيقة Lhj. Fragrans, fed cephalalg. efficit.
403. (*) - *c) digitata.* - - Ph. *Biff.* بس Srd.
404. (*) - *d) anguftifolia.* - Ph. - Taæs.

MONADELPHIA.

405. GERANIUM *a) Stam. fertil.* 7. Mm. *Hómodmod.* حمضوض Bokæ tantum repertum.
406. - - *b) St. fert.* 5. - Mm. - Kurma. Flore pallide-rubro; pedunculis multifloris; foliis multifid.
407. - - *c) St. fert.* 10. - Mm. Ms. *Ghasl.* غسل Kurma. *Châda.* Boka. Variat: α) *flore albo.* β) *flore rubro.*
408. - - *d) robertianum.* - Mm. *Talab.* Hadîe.
409. (**) ELCAJA. - - Mi. *Roka.* رقع Hadîe.
410. (*) SIDA *a) cordifolia.* - Ph. *Rén.* Môr.
411. - - *b) parva, flore albo.* Mm. *Schadjaret el uak.* Blg.
412. (*) - *c) paniculata?* - Ph. Mm. *Rén.* رين *Ghobâri.* غباري Uhf.
413. (*) - *d) ovata.* - - Ph. - Surdûd.
414. - - *e) ciliata.* - - Ph. Mi. *Vuzar. Tfchæba.* Srd. *Sockáa.* سكع Stipulis filiformibus, non ciliatis.
415. (*) MALVA *a) montana.* - Mm. *Hörod.* حرض *Höbfén.* Blg.
416. - - *b) rotundifolia.* - Mm. Idem nomen. Ibid.
417. (*) GOSSYPIUM *a) arboreum.* CP. *Orb. Zæjt. Ödjaz.* الجاص Môr.
418. (*) *b) rubrum.* - - Mi. Idem nomen. Hadîe.
419. (*) URENA *ovalifolia.* - - - Taæs.

420.

420. (*) HIBISCUS *a) flavo-ferrugineus.* Ph. Mm. - Öude. Blg. Hæs.
421. (*) - *b) purpureus.* - Mm. *Sceb.* سبخ *Chobæs.* خبيز *Mal ât.* Hadîe. *Hotomitom.* Blg.
422. (*) - *c) tripartitus.* - Ma. - Uhf.
423. (*) - *d) palmatus.* - Ps. - Mufa.
424. (*) - *e) trionum.*
425. (*) - *f) flavus.* - - Ps. - Lhj.
426. - - *g) esculentus.* - CP. *Bamia.* Capfulis hifpidis.
427. (*) CAMELLIA *grandiflora.* Ps. - Tæs.

DIADELPHIA.

428. FUMARIA *officin.* - - Ms. *Summina.* سميتا
429. POLYGALA *a) paniculata.* Mm. - Boka.
430. (*) - *b) bracteolata.* - Mm. Mi. *Schadjaret el bouer.* شجرة الحور Hadîe.
431. - - *c) ciliata?* - - Ph. - Srd.
432. (*) ONONIS *a) flava.* - Mm. - Djöbla.
433. (*) - *b) quinata.* - - Mm. - Chadra.
434. (*) PHASEOLUS *a) radiatus.* CP. *Kofchâri.* Môr.
435. (*) - *b) palmatus.* - CP. *Gern.* Môr.
436. OROBUS *volubilis.* - - - - Kurma. Stylo apice plano.
437. (*) DOLICHOS *a) polyftach.* Ph. Mi. *Syjef.* Môr. *Syjef errobacb.* سيف الرباخ Srd.
438. (*) - *b) cuneifolius.* - Ph. Mi. *Kolkol.* Môr. *Kalakel.* قلاقل Hadîe.
439. (*) - *c) cultratus.* - - CP. *Kefebd.* Kurma.
440. (*) - *d) labia.* - - CP. *Didjre.* دجرة Lhj.
441. (*) - *e) faba nigrita.* - CP. - Djidda.
442. (*) - *f) faba indica.* - CP. - Ibid.
443. (*) - *g) fesban. α) annuus.* Ph. *Kuntud.* كنتد Srd. Flore flavo.
444. (*) - *b) - β) arboreus.* CP. *Sefeban.* Zebîd. Flore bruneo.
445. (*) LATHYRUS *a) fpectabilis.* Ph. Mi. Srd.
446. (*) - *b) tomentofus.* - Ph. *Sonæfa.* Môr.
447. CYTISUS *pinnatus?* - CP. *Schunf eddîk.* شنف الديك Sædie. Zebîd.
448. (*) GLYCYRRHIZA *aculeata.* CP. Mi. (*Sirs.* Indis.) Hadîe. Zebîd.
449. (*) HEDYSARUM *a) violaceum.* - Srd.
450. (*) - *b) immaculatum.* - Mi. Mm. Hadîe.
451. (*) - *c) lappaceum.* - Ph. *Hobb el adjais.* Lhj.

452. (*) INDIGOFERA *a) tinctoria.* CP. Ph. Mi. *Nile.* نيله Ubique.
453. (*) - *b) hoxer.* - - Ph. *Hoxer.* حوس Srd.
454. (*) - *c) semitrijuga.* - Ps. - Lhj.
455. (*) - *d) oblongifolia.* - Ps. Ph. Mi. *Hafar.* حصاص Lhj. Môr. Hadîe.
456. (*) - *e) spicata.* - - Mm. *M'feberer.* مشيطر Blg.
457. (*) - *f) spinosa.* - - Ps. Mi. *Hall.* حل Srd. Hadîe.
458. (*) GLYCINE *abrus.* - Mi. Mm. *Byllia.* بليع Hadîe.
459. (*) TRIFOLIUM *a) meliloth.* Ma. *Ryjam.* ريام *Reiûm.* Kudmîe.
460. (*) - *b) unifolium.* - Ma. *Lobab el abid.* لبب العبيد Taæs.
461. (*) - *c) repens.* - - Ms. - Hadîe.
462. (*) LOTUS *a) hirsuta.* - Mm. - Blg.
463. - - *b) fruticosa.* - - - - Musa.
464. TRIGONELLA *fœnumgr.* - CP. CM. *Helbe.*
465. MEDICAGO *falcata.* - CM. *Kadb.* Djöbla.

POLYADELPHIA.

466. CITRUS *a) medica.* - CP. CM. Ph. Spontanea parce. *Lîm.* ليم *Limûn.* Petiolis leviter alatis.
467. - - *b) aurantia.* - CM. *Chommæsch.*
468. - - *c) aur. Cedro dicta.* - CM. *Turundj.*
469. HYPERICUM *kalmii.* - Ms. *Ebæs.* ابيس Arboris statura.

SYNGENESIA.

470. SCORZONERA *a) dubia?* - Ma. *Myrr.* مر
471. - - *b) orient.* - - Mm. *Myrrejr.* Blg. Caule ramoso.
472. (*) PICRIS *scabra.* - - Ms. *Myrrejr.* Chadra.
473. (*) SONCHUS *olerac.* - Mma. Idem nomen. Uhf.
474. LACTUCA *a) sativa.* - CM.
475. (*) - *b) inermis.* - - Ms. *Kat errajân.* قان الرعيان Kurma.
476. (*) - *c) flava.* - - Ph. *Hendibe.* هندبه Srd.
477. HIERACIUM *a) multiflorum.* - Blg. Foliis denticulatis.
478. - - *b) uniflorum.* - *Morrejr.* مريز Kurma. Scapo decumbente, squamato, unifloro.
479. CREPIS *radicata?* - - Mm. Idem nomen. Bolg. Foliis petiolatis.

480. ECHINOPS. - - - Ms. *Djirdâma.* جردامه vel جرداب Chadra. Capitulo bipollicari, albo.

481. BIDENS *apiifolia.* - - Mi. *Sis.* Hadîe. Foliis laciniis late-ovatis, incisis, serratis; Floribus velut hami coacervatis in capitula.

482. (*) CACALIA *a) pendula.* Mi. *Kaad.* كعض Hadîe.

483. (*) *b) odora.* - - Mi. Mm. *Edcher.* ادخير Hadîe.

484. (*) *c) semperviva.* - - Mm. *Tyflok.* Boka.

485. - - *d) fonchifolia.* - Mi. Mm. *Oud el kârab.* عود الغرح vel *Sala.* سلع Hadîe. Foliis subrotundo-angulatis.

486. (*) CHRYSOCOMA *a) ovata.* Ph. Srd.

487. (*) - *b) spatulata.* - Mm. Taæs.

488. - - *c) corymbosa.* - Mi. Hadîe. Receptaculo nudo; seminibus papposis; floribus flavis. Foliis & odore similis *Eupatorio barnaf. Ægypt.*

489. ARTEMISIA *pontica.* - CP. M. *Raud.* رند *Beiran.* بعيران *Ghobæjre.* غبيره Fruticosa, utrinque alba.

490. (*) GNAPHALIUM *a) orientale.* Mi. Mm. *Adhaun el kelb.* اذاون الكلب Hadîe.

491. (*) - *b) fruticosum flavum.* Mm. *Synde.* Barah. *Scheratat.* شرعطط Kurma.

492. (*) - *c) calycibus albis.* - Mm. Kurma.

493. (*) - *d) calyc. ciner.; fol. linear.* Mm. Ibid.

494. (*) *e) cal. cin. fol. cuneatis.* Mm. Ibid.

495. CONYZA *a) caule alato.* Ms. Blg.

496. (*) *b) tomentosa.* - - Mm. Blg.

497. (*) SENECIO *a) lyratus.* - Mm. *Mckatkat.* Blg. *Hörimrim.* Barah.

498. (*) - *b) hadiensis.* - - Mm. *Sæla abjad.* سلع ابيض vel *Chodrab.* خضراب *Sæla el bakar.* Blg. Dicitur esse verus *Oud el karab.* عود الغرح

499. - - *c) fol. linearibus.* - Mm. Blg. Foliis lineari-lanceolatis, integris.

500. - - *d) rotundifolius.* - Mm. Ibid. Foliis petiolatis, rotundatis, dentato-incisis.

501. (*) - *e) linifolius.* - - Mm. Ibid.

502. - - *f) linif. radio nullo.* Ms. Djöbla. Foliis linearib. subdentatis, amplexicaulibus.

503. - - *g) foliis lanceolato-dentatis.* *Amfalûl.* عنفلول

504. (*) ASTER *ericæfolius.* - Ms. *Anfif.* عنصيف Kurma.

505. (*) INULA *odora.* - Ph. *Mânis.* Môr. *Neschuscb.* نشوش Lhj. *Chân.* خع Srd.

506.

506. (*) ARNICA *birſuta.* - Ms. Barah. Boka.
507. (*) BELLIS *flava.* - - Ps. Taxs.
508. TAGETES *a) erecta.* - CP. *Raudjes.* رنجس *Naufar.* نوفر Btf. Sponte Blg.
509. - - *b) dubia?* - - CM. *Beneffidj.* بنفسج Blg.
510. (*) SIEGESBECKIA *oriental:* Mm. Uhf.
511. (**) MICRELIUM *tolak.* Ph. *Tolak.* طولق Blg.
512. (*) CENTAUREA *maxima.* Mm. *Mokâr.* مكار *Bojâd. Baruad.* Barah.
513. CALENDULA *officin.* - CM. *Zobejde.* زبيده
514. MATRICARIA *partheu?* - Mm. *Möniât.* منيات Kurma. Ramoſa, ſubcubitalis.
515. VIOLA *a) arborea.* - Mm. *Sidr.* سدر Uhf. *Râbba.* رهبة Barah.
516. - - *b) repens.* - - Mm. Foliis parvis, reniform.
517. IMPATIENS *balſamina.* - CP.

GYNANDRIA.

518. (*) ORCHIS *a) flava.* - Mm. *Djiſſab.* جزاب Barah.
519. (*) - *b) aphylla.* - - Ms. Kurma.
520. (*) - *c) viridis.* - - Mm. Taxs.
521. EPIDENDRUM. - - Mm. *Kured el amk.* كرد العمق Taxs. Foliis ternatis, carnoſis, cuneatis, planis.
522. (*) ARISTOLOCHIA *a) ſempervir.* Ph. *Löæja.* لعيه *Ghaghæ.* Môr.
523. - - *b) dubia?* - - *Eklit.* اقليت Foliis alternis, ciliatis, reniform.
524. ARUM *a) colocaſia.* - - Ma. *Kurr.* كر *Kerîr.* كبرير Hadîe.
525. (*) - *b) flavum.* - - *Dochaf.* ذخف Taxs.
526. (*) - *c) pentaphyllum.* - Mm. Idem nomen. Barah.
527. (*) ZOSTERA *a) univerſis.* Pu. Mochha. *Djezavi.*
528. (*) - *b) ciliata.* - - Pu. *Kanaf. Koſcbar.* Ibid.
529. (*) - *c) ſtipulacea.* - - Pu. Ibid.
530. - - *d) dubia?* - - *Öleſ.* Djübla. Foliis verticillatis, filiformibus, pollicaribus.

MONOECIA.

MONOECIA.

531. LEMNA. - - - Ma. *Bleſemmân.* بليسمان Uhf.
532. (**) KOSARIA *fœtida.* - Mm. *Koſar.* قصر Hadîe.
533. ZEA *majs.* - - CM *Rumi.* Uhf
534. (*) PHYLLANTHUS *a) niruri.* Mi. Mm. *Mekatkata. Meneckere.* Blg.
535. (*) - *b) maderaſp.* - Mi. Hadîe.
536. (*) - *c) ovalifolius.* - Mm. *Homœmer.* حميمر Blg.
537. (*) - *d) hamrur.* - - Mm. *Hamrûr.* حمرور Melhân.
538. (*) BUXUS *dioica.* - Mm. *Katam.* Kurma. Barah.
539. (*) URTICA *a) palmata.* Mm. *Schadjaret el mehabbr. Horokvok.* حرقرق Blg.
540. (*) - *b) iners.* - - Mm. *Hamſched.* حمشد Blg.
541. (*) - *c) paraſitica.* - Mm. *Nædjaa.* Blg.
542. (*) - *d) divaricata.* - Mi. *Mebærreka.* Hadîe.
543. - - *e) urens?* - - Mm. *Kolahleba.* Blg. Capitulis albis axillaribus.
544. - - *f) dubia?* - Mm. Foliis oppoſitis, longitudine petioli, ovato-acutis, profunde ferratis. Barah.
545. XANTHIUM *ſtrumar.* - Ma. *Mondj el mâ.* منج الما *Kavar el abîd.* Uhf. Môr.
546. AMARANTHUS *a) blitum.* Ph. *Schedaeb.* Ghomfude. Môr.
547. - - *b) oleraceus.* - - CP. *Schedaeb hindi.* Kudmîe.
548. - - *c) hybridus.* - *Schadjaret erraaf.* شجرة الرعاف Zebîd.
549. - - *d) racemis viridibus.* CP. *Aſîb elfarras.* عسيب الفرس Zebîd.
550. (**) TURIA *a) ſativa.* - CP. *Turia.* Môr.
551. (*) - *b) foliis cordatis.* - CP. Idem nomen.
552. (*) - *c) leloja.* - - Ph. *Lua.* لوع Lhj.
553. (*) - *d) gijef.* - - Ph. Môr. Srd. *Gijef.*
554. (*) - *e) moghadd.* - - Ph. Môr. *Moghadd*
555. (*) JATROPHA *pungens.* Mi. *Mebærkeka* Hadîe. Auſtraliorib. *Humejta.*
556. RICINUS *communis.* - Ph. Mm. *Tehſcha.* تبشع Hadîe. *Zæjt.* Kudmie. *Djar.* Môr.
557. (*) ACALYPHA *a) fruticoſa.* Ph. Mi. *Bortom.* برطم Srd. *Dafrân.* Hadîe.
558. (*) - *b) decidua.* - - Ph. Mi. *Bortom ſighajar.* Ibid.
559. (*) - *c) ſpicata.* - - Ph. Srd.
560. (*) - *d) ſupera.* - - Ph. Ibid.
561. (*) - *e) ciliata.* - - Mi. Taæs.
562. (*) CROTON *a) lobatum.* Ph. *Öbâb.* عبب Srd. *Medjerſche.* Môr.
563. - - *b) tinctorium?* - Ps. *Hadak.* Lhj.
564. (*) - *c) variegatum.* - Mm. *Dundul.* دندل Zebîd.

565. (*) CROTON *d) spinosum.* Ph. Uhf.
566. (*) - *e) villosum.* - - Ph. *Öbâb.* Môr. *Bocka.* Btf.
567. (*) - *f) trilobatum?* - Ph. Srd.
568. MOMORDICA *balsamina.* Ph. *Mokabb.* مكبّ *Moghadd.* Ubique. Semen album, margine hyalino, utrinque crenato.

---

569. (*) CUCURBITA *a) lagenaria.* CP. *Dubba dybbe.* Môr.
570. (*) - *b) citrullus.* - - Mm. *Schurredj.* شريج Uhf.
571. (*) - *c) citr. kasch.* - CM. *Kasch.* Hadîe.
572. (*) - *d) citr. battich.* - CP. *Dubba farakîs.* Môr.
573. (*) - *e) pepo longa.* - CP. *Kara.* Lhj.
574. - - *f) dubia?* - - CP. *Habbab.*
575. CUCUMIS *a) colocynth.* - Ph. *Hamdal. Dabak.* Môr.
576. (*) - *b) anguria.* - - - Musa.
577. (*) - *c) trilobatus.* - - - Ibid.
578. (*) - *d) m'heimra.* - - *M'hcimra.* مجيمرة Srd.
579. (*) - *e) orientalis?* - Ph. *Smilli.* Môr.
580. (*) - *f) inedulis.* - - Ph. *Arakîs.* عرقيض Môr.
581. - - *g) daucus indicus.* - CP. *Djussar bendi.* جزر هندي Btf. Zebîd. (Indis. *Gadjer. Schekarkand.*)
582. - - *h) tuberculatus.* - CP. *Dabaq.* دحف Môr. Srd.
583. - - *i) öllæbie.* - - Ph. *Öllæbîe.* علحبة Uhf.

DIOECIA.

584. (**) ÆRVA *tomentosa.* - Ps. Ph. Mi. *Ærua.* أروا Lhj. Môr. Srd. *Râ.* را (Kâhirinis *Sadjaret ennagbi.*)
585. (**) CEBATHA *a) foliis glabris.* Ph. Mi. *Kebath.* Môr. *Erdjadj.* Hadîe.
586. - - *b) foliis pubescentibus.* Ph. Ibid.
587. CARICA *papaya.* - - CP. *Amba hindi.* عنبة هندي Btf. Rarior.
588. VISCUM? - - M'harras.
589. (*) CLUTIA *lanceolata.* - Mm. *Alloh.* علوة Boka. *Lâch.* لوخ
590. (**) KEURA *odorifera.* - CM. *Kadi* كاذي Hadîe. Banjanis *Keura.*

POLYGAMIA.

591. MUSA *paradiſiaca.* - - CMl. CMM. *Mouz.* موز Sola fœmina habetur in Yemen; & arbor propagatur ſtipitibus.

592. (*) ANDROPOGON *a) ramoſum.* Mi. Hadîe. *Awîd* عويد Eſt nomen graminibus plurimis, etiam Andropogoni commune.

593. (*) - *b) bicorne.* - - Mi. *Mbab.* Hadîe.

594. (*) - *c) contortum.* - Ps. Lhj.

595. (*) HOLCUS *a) durra, ſativus.* CP. *Taam.* طم *Habb.* (*Durra* Ægyptiis.)

α) Taam ſchebb ſaedi: glumis viridibus.

β) T. ſchæer aljuk gl. fuſcis; ſeminibus albis.

γ) T. ſchæer ahmar: gl. fuſcis; ſem. fulvis.

596. (*) - *b) racemoſus.* - Ps. Ubique.

597. (*) - *c) dochna.* - - CP. *Dochn.* دخن Ubique.

598. (**) THEMEDA *triandra.* Mm. *Themed.* Blg. *Alaf.*

599. (**) SEHIMA *iſchæmum.* - Mi. *Selîm.* سحيم Hadîe.

600. (*) ATRIPLEX *a) haſtata.* Pm. Djidda.

601. - - *b) officin.* - - Pm. Lhj.

602. - - *c) farinoſa.* - Pm. Foliis cordato-ovalibus, retuſis, craſſiuſculis, farinoſis. *Öffai.* عصفاي

603. MIMOSA *a) leblek.* - - CP. (*Seriſch* Indis.) Btf. (*Seiſchan:* falſo.)

604. - - *b) nilotica.* - - Ps. Mi. *Selam.* سلام vel سليم Lhj. Môr. *Soûl,* Btf. *Karad.* قرض

605. (*) - *c) ſenegalens.* - Ps. *Ketât.* قتات Hæs.

606. (*) - *d) tortilis.* - - Ps. *Hares.* حرس Hæs.

607. (*) - *e) örfota.* - - Ph. *Örfota.* عرفطه Srd.

608. - - *f) leguminibus inarticulatis.* Dahhi.

609. (*) - *g) ſtellata.* - - Mm. Kurma.

610. (*) - *h) glomerata.*

611. (*) - *i) fruticoſa; aſak.* - Ps. *Aſak.* عسق Hadîe.

612. (*) - *k) flava.* - - Mm. *Sillem.* سليم Melbán.

613. (*) - *l) unguis cati.* - Ph. *Dhoba.* ظبه Hadîe. *Dolb.* ضلب *Smurr.* سمر Srd.

614. (*) MIMOSA - *m) fejal.* Mm. *Sejal.* Hadîe.
615. - - *n) gummifera.* - Ps. *Talab.* Gummi deſtillat, quod colligunt Arabes.
616. (*) FICUS *a) ſycomorus.* - Ph. Mm. *Chauas.* خنس *Öbre.* ابره *Sokam.* سقم
617. (*) - *b) ſycomoroides.* - - Idem nomen. Srd.
618. (*) - *c) toka.* - - - *Toka.* تقع Melhân.
619. (*) - *d) ſur.* - - - *Sûr.* سور Djöbla.
620. - - *e) carica.* - - CP. *Tin.*
621. (*) - *f) vaſta.* - - Mi. Mm. *Tulak.* طولق Literatis *Delb.* Hadîe. *Tuluk.* Taæs.
622. (*) - *g) morifolia.* - - Mi. Ms. *Bæles.* بلس Hadîe. Kurma.
623. - - *h) palmata.* - - Idem nomen. Uhf.
624. (*) - *i) ſerrata?* - - Mi. Mm. *Haſchref.* حشرف Hadîe.
625. (*) - *k) indica.* - - Mm. *Thâab* ذهب Uhf. Zebîd.
626. (*) - *l) religioſa.* - - Mm. *Mudab.* مدخ *Vudab.* ودح Zebîd. (*Bareſch.* Indis: varietas.)

CRYPTOGAMIA.

627. (*) ACROSTICHUM *a) dichot.* Mi. *Mejabeſe.* ميبسه Hadîe. Blg.
628. (*) - *b) filare.* - - Mm. Filices communi nomine vocantur *Meſchât.* مشوط vel *Meſchât elghorab.*

629. PTERIS *a) obliqua.*
630. - - *b) ſubciliata.*
631. - - *c) quadripinnata.*
632. - - *d) regularis.*
633. - - *e) decurſiva.*
634. - - *f) ſemiſerrata.*
635. - - *g) viridis.*
636. - - *h) dentata.*
637. - - *i) ſerrulata.*
638. - - *k) farinoſa.*
639. - - *l) aquilina.*

Omnes hæ Pterides montium Hadienſium media inhabitant, & ſæpe idem nomen cum Filicibus gerunt. Deſcr. Cent. VII. 9-18.

640. (*) LONCHITIS *bipinnata.* Mm. Blg.
641. ASPLENIUM *a) ceterach.* - Mm.
642. - - *b) trichomanes.* - Ms. Kurma.

643.

643. ASPLENIUM *c) ruta muraria.* Ms. Kurma.
644. (*) - *d) lanceolatum.* - Mm. Ibid.
645. (*) POLYPODIUM *a) pectinatum.* Mm. Blg.
646. (*) - *b) crenatum.* - Mm. Ibid.
647. (*) - *c) dentatum.* - Mi. Mm. *Maas.* معص Hadîe.
648. (*) ADIANTHUM *a) incisum.* Mi. *Meschâr el ghorâb.* مشات الغراب Hadîe.
649. - - *b) capill. ven.* - Ma. *Schech mahdjar.* Kurma.
650. (*) LYCOPODIUM *a) imbricatum.* Mi. Mm. *Ræsen.* رص Hadîe. *Schaker rabba.* شاكر ربه Uhf.
651. - - *b) sanguin?* - - Mm. *Hocka. Scrârât.* Blg.
Lycopod. hoc persimile figuræ in Linn. *Am. Ac.* Vol. 2. datæ, quoad folia; verum hujus nostri folia vel spicæ non rubicundæ.
652. MNIUM } *Hakob.* حكوب Bokæ vocantur; sed commune nomen & usitatum
653. BRYUM } est *Tolbôb.* طلحب vel *Roba.*
654. LICHEN. *a) centrifugus.* Mm.
655. - - *b) ciliaris?* - - Mm. Blg.
656. - - *c) floridus.* - - Mm. Kurma.
657. - - *d) leprosus.* - - Mi. *Kebâbb.* كحاح Uhf. Pallide-viridis.
658. - - *e) foliaceus.* - - Mm. Blg. Supra virescens, subtus albidus.
659. - - *f) filamentosus.* - Mm. *Thabvæ.* ثهو Blg. Virescens.
660. FUCUS *a) subrepandus.*
661. - - *b) trinodis.* } Pu. Tôr. Cent. VII. 51-53.
662. - - *c) conoides.*
663. - - *d) serrulatus.*
664. - - *e) aceroſus.*
665. - - *f) papillosus.*
666. - - *g) linearis.*
667. - - *h) cæspitosus.*
668. - - *i) fericulosus.*
669. - - *k) fragilis.*
670. - - *l) plumaris.* } Pu. Mochha. Cent. VII. 36-46 & 54.
671. - - *m) debilis.*
672. - - *n) laminosus.* - Arab. *Kanaf.*
673. - - *o) foliifer.*
674. - - *p) uvifer.*
675. - - *q) pavonicus.* Frondibus subtus hirsutis.
676. - - *r) acinarius.* Foliis crassiusculis, angustiss. sæpe curvis, pollicari longitudine.

677. ULVA *a) latissima.*
678. - - *b) granulata.*
679. (*) - *c) vesiculis ovatis.* } Pu. Mochka.
680. (*) - *d) reticulata.*
681. (*) - *e) cavernosa.*
682. CONFERVA *a) capillaris.*
683. (*) - *b) plana.* } Pu. Ibid.
684. (*) - *c) feticulosa.*
685. (*) SPONGIA *a) flabelliform.* Pu. Tôr.
686. (*) - *b) officinal.* violacea. - Ubique.
687. (*) - *c) rubra.*
688. PEZIZA *punctata.* - Ps. *Fuffeh.* فسا Hæs.

PALMÆ.

689. BORASSUS *flabellif.* - CP. *Dôm.* دوم vel *Tafi.* طفي
690. CORYPHA *umbraculifera.* - CP. Idem nomen. Kudmîe. Caule dichotomo.
691. COCOS *nucifera.* - - CP. *Nardjil.* Moccha.
692. PHOENIX *a) dactylif.* - CP. *Nachl.* نخل
693. - - *b) fuleimâni.* - CP. Etf. *Nachl Suleimâni.*

DE-

DESCRIPTIONES
PLANTARUM
FLORÆ
ÆGYPTIACO-ARABICÆ.

DESCRIPTIONES PLANTARUM.

CENTURIA PRIMA.

CLASSES I. II. III.

MONANDRIA. DIANDRIA. TRIANDRIA.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

SALICORNIA.

1. SALICORNIA EUROPÆA; *fruticoſa.* Arab *Chraſi.*

α) *Piſtillis incluſis.* Capitula florum ternatorum ſæpe floribus duobus lateralibus, *ſtamine uno*; medio flore *ſtam. binis.* Interdum, ſed rarius: medius flos monandrus; laterales diandri. Interdum omnes monandri. In eadem ſpica ſic variabat.

β) *Piſtillis exſertis.* Rarior; magis cylindrica; cæterum priori ſimillima. *Articuli inferiores* cylindrici, integri: *ſuperiores* ſurſum increſſati, emarginati.

Utrique: Spica articulis cylindricis, integris; ad baſin utrinque tribus floribus. Articuli floriferi *alternantes:* ita ut inferior latera nuda eo vertat, ubi ſuperior flores geſtat. Singulus articulus *quadrilaterus*, duobus nudis oppoſitis, & duobus floriferis. *Caulis* & *folia* glabra, non farinoſa. *Calyx* triphyllus.

Alexandriæ ad *Ras ettîn.* Init. Octobr.

2. SALICORNIA VIRGINICA. Arab. *Chræſi.*

DESCR. Fruticoſa; viridi-cæruleſcens, farina tenui obducta, qua abſterſa, color viridis illuſtrior cernitur. *Articuli* minorum ramorum apice compreſſiuſculi, emarginato-bifidi: infimus utrinque carinatus: reliquorum ramorum teretes: omnes cylindrici, integri: ſingulus *floribus* utrinque tribus, quadrifariam ternatis, ad apicem articuli ſitis: (*in Sal. eur. ad baſin.*) *Stigmata* exſerta.

3. SALICORNIA CRUCIATA; *fruticoſa; pedunculorum articulis cruciatis: caulis globoſis.*

DESCR. *Caulis* fruticoſus, procumbens, teres, lignoſus, bruneus. *Rami* conferti, erecti, virides, articulati. *Articuli inferiores* ſteriles, ſubgloboſi, minores, tuberculati ſextuplici ordine ſquamarum; geniculis pallidis, ſquamatis, arctatis. *Superiores* majores, floriferi, transverſe-cylindrici, ſquamati, *floribus* ſparſis, nudis ad apicem *Squamorum*, quæ ſuccolentæ,

ſucculentæ, facile rumpuntur, ſi dilatare velis; quare difficile ſtatuendum, quot ſtamina cuique flori inſint.

Alexandriæ ad Salinas copioſe; ſed tantum a parte meridionali. Arab. *Sabta.*

4. SALICORNIA PERFOLIATA; *fruticoſa; foliis carnoſis, urceolato-orbiculatis, caule perfoliatis.*

DESCR. Frutex diffuſus, pedalis. *Caulis* non articulatus; pennæ anſerinæ craſſitie. *Pedunculi* ſpicæ terminales, axillares, ſemipollicares, ſæpe ſeſquipoll. teretes, floribus ternatim poſitis; (ut in *Sal. europ.*) *Folia* carnoſa, contigua: in frugiferis orbiculata, verſus peripheriam caule *perforata*, alternatim poſita: in junioribus non frugiferis *vagina* craſſa urceolata: circa caulem decurrentia; *adeo ut articulati* formam habeant.

Djiddæ & *Ghomfodæ* copioſe ad littora; aliis in locis mihi nunquam obvia; quaſi huic regioni dicata eſſet.

BOERHAVIA.

5. BOERHAVIA SCANDENS; *glanduloſa. Lohajæ* & *Illôr.* Arab. *Ürkos.*

DESCR. *Caulis* ſubtrichotomus, durus, glaber, tenuis. *Folia* ovato retuſa, glabra. *Flores* diandri; verticillati, in ſummitate ramorum; pedicello involucris longiore. *Glandulæ* 5 ad apicem germinis ſub flore. *Semina* obconica, viridia, ſtriata, pendula, triplici annulo glandularum purpurearum, ſeſſilium; ad apicem coronata glandulis quinque majoribus, pallidioribus, pedicellatis.

6. BOERHAVIA DIANDRA. Arab. Lohajæ *Vuâdjef.* Beit el ſakih *Chadder.* خضاري خضير

DESCR. *Caules* proſtrati, carnoſi, ſubvilloſi, dichotomi. *Folia* cordato-obtuſa, craſſiuſcula. *Flores* ſeſſiles in capitulis congeſtis, terminalibus *germine* globoſo, hiſpido, longitudine involucri. *Semina* ovalia, angulata.

7. BOERHAVIA DIFFUSA.

DESCR. *Caules* puſilli, diffuſi. *Folia* oppoſita, ovata, obtuſa. *Pedunculi* axillares; ſolitarii. *Flores* monandri, monogyni, ſuperi, ſine calyce; capitati, ſubſeſſiles, terni, terminales pedunculorum. *Semina* oblonga 4, 5-angula, ſulcis totidem, villoſa.

CINNA.

8. CINNA ARUNDINACEA. In monte *Barah.*

DESCR. Defloratam vidi. Gramen paniculatum. *Spiculæ* unifloræ? *Calyx* duplex; exterior, brevior; interior, corolla longior. *Corolla* bivalvis. *Anthera* unica.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

JUSTICIA.

α) INERMES.

9. JUSTICIA PANICULATA; *paniculis axillaribus, petiolo longioribus, foliis, ovato-lanceolatis.*

DESCR. Fruticuli modo crescit aliis immixta fruticibus. *Petiolus* pilosus, semipollicaris. *Folia* opposita, bipollicaria, subtus & margine pilosa integra. *Paniculæ* oppositæ, axillares, pollicares, ramulosæ, coarctatæ. *Flores* sessiles, albi, conferti, resupinati, basi utrinque squamula bracteali suffulti. *Capsula* ventricoso-subulata, bilocularis, monosperma, ungue elastico sub semine.

Prope montem *Melhán* frequens. Arab. *Vusar.* وزر nomen familiæ Justiciarum.

10. JUSTICIA TRIFLORA; *axillaribus foliis longioribus, apice trifloris.*

DESCR. *Caulis* cubitalis, annuus, diffuso-decumbens, villosus, articulatus, brachiatus. *Articuli* tripollicares, sexsulcati, sæpe basi incrassati, tenues. *Folia* opposita: *petioli* unguem longi, connati, villosi, subciliati, canaliculati. *Lamina* patens ovato-lanceolata, denticulata, pubescens, sesquipollicaris. *Stipulæ* nullæ. *Pedunculi* axillares, solitarii, erecti, bipollicares, apice gestantes *Flores* 3 vel 4 sessiles, in eodem plano sitos, utrinque parvo folio petiolato munitos. Flores albi: labia corollæ erecta, superius integrum, inferius tridentatum, in fauce violaceo-punctatum. *Bracteæ* cujusque floris binæ, erectæ, apice reflexæ, appressæ, calycem exteriorem mentientes, longe-lanceolatæ, villosæ, exteriori majori, ambæ calyce longiores. *Antheræ* albæ, solitariæ.

In Montibus *Hadienſibus.* Arab. *Chodîe* خوضيه

Usus: Succus expressus foliis recentibus instillatur oculis dolentibus. (puero quodam ita referente.)

11. JUSTICIA

11. JUSTICIA CÆRULEA; *floribus verticillatis ſeſſilibus; foliis ovato-oblongis, ciliatis.*

DESCR. *Petioli* villoſi, ſemipollicares. *Folia* ovato-oblonga, acuta, integra, leviter piloſa & ciliata. *Flores* cærulei, ſeſſiles in axillis ſupremis, verticillati, utrinque terni: foliis mutatis in bracteas parvas, lanceolatas.

Ad montem *Melhán*, rarius. Arab. *Vuſar.*

12. JUSTICIA FOETIDA. Arab. *Tuna.* طونه In monte *Hadienſi.*

DESCR. *Folia* oppoſita: ovato-lanceolata, integra, glabra, 3-pollicaria; petiolo ſemipoll. Spinæ vel ſtipulæ nullæ. Variat flore viridi vel cæruleo.

Dum vaccæ plantam edunt, lac inficitur odore alliaceo.

13. JUSTICIA SEXANGULARIS. Arab. *Sövudvud. Hadie.*

DESCR. *Folia* ſcabriuſcula. *Flores* axillares, capitati, ſubquaterni. *Bracteæ* cujusvis floris quaternæ; velut calyx quidam exterior: *exteriores* duæ, triplo latiores, planæ, cuneiformes; *interiores* oppoſitæ, anguſtæ, lanceolatæ, complicatæ, breviores. *Calyx* in fundo inter bracteas, 5-phyllus, erectus, lineari-lanceolatus, hyalinus. *Corollæ tubus* filiformis, albidus, longitudine bractearum: *limbus* bilabiatus, violaceus: *labium* ſuperius ovatum, obtuſum; *inferius* obtuſe tridentatum, fundo fuſco, punctato. *Antheræ* ſolitariæ. *Stigma* apice incurvum, , duplex, acutum. *Capſula* bilocularis, diſperma, unguibus elaſticis ſub ſingulo ſemine.

Ad loca aquoſa *Uadi Zebíd.*

β) SPINOSÆ.

14. JUSTICIA VIRIDIS; *foliis oblongis, integris, ſpicis terminalibus imbricatis bracteis ovato-acutis; galea lineari, reflexa, bidentata.*

DESCR. *Folia* oppoſita. *Spicæ* ramorum terminales, bipollicares, digitum craſſæ. *Bracteæ* latæ, ovatæ, acutæ, imbricatæ. *Corollæ tubus* albidus, villoſus, pollicaris, cylindricus, ſuperne anguſtior curvatus: *Limbus* viridis: rarus in flore color. *Galea* anguſta, linearis, reflexa, apice bifida: *labium* inferius latum, trilobum, patens, lobis ovato-acutis, medio latiore. *Antheræ* ſolitariæ paulo ultra fauces eminentes: *Stylus* antheris provectior. *Capſula* ſpatulato-acuta, bilocularis, monoſperma, ungue elaſtico.

Sardúd, in fruticetis. Arab. *Koſſajf.* vel *Chaſſer* خسير Variat flore cæruleo & viridi-cæruleo. Folia ſæpe exeſa ab Eruca ſpinoſa.

15. JUSTICIA TRISPINOSA; *foliis lanceolato-ovatis; ſpicis terminalibus imbricatis, labio corollæ ſuperiori brevi.*

DESCR. Fruticulus. *Folia* oppoſita: petiolo unguem longo: lamina ovali-lanceolata, bipollicari, integra, margine ſcabra, ciliata. *Spinæ* in ſingula axilla, mire poſitæ inter folium & ramulum ſolitariæ, ſemunguis ſpatio, ſimplices; dein diviſæ in 3 vel 4 ſpinis patentes, ſubulatas, ſemipollicares, cinereas. *Spicæ* terminales undique circa pedunculos imbricatæ bracteis. *Bracteæ* late ovato-acutæ, digitum transverſum longæ, virides. *Flos* fulvo-flavus, bractea duplo longior, reſupinatus: *galea* apice ovalis, anguſta, recta, labio & antheris brevior. *Labium* ſuperius profundius: inferius tribus lobis ovatis, imbricantibus. *Antheræ* ſagittatæ.

Hadîe & in ſylvis montis *Melhâu*. Arab. *Vuſar*.

16. JUSTICIA BISPINOSA; *ſpinis axillaribus bifidis, corollæ labiis æqualibus.*

DESCR. A priori paucis diſtinguitur notis; ut fere varietatem dicas. *Spinæ* non palmatæ vel multifidæ; ſed bifidæ. *Labium* ſuperius lobos inferioris labii æquat, qui ſenſim latiores: & limbum aliquantum irregularem reddunt: eſtque labium hoc ſtaminibus multo longius: quum in *Triſpinoſa* illis longius non eſt, & lateribus fiſſuræ deſcendit ad medium labium. *Color* floris albus; tamen variat flore pallide-cæruleo: & in hunc colorem tranſit, dum intra chartas ſiccatur.

Arab. *Schechadh*. شخض

17. JUSTICIA APPRESSA; *ſpinis axillaribus compoſitis; flore fulvo, labio ſuperiori breviore.*

DESCR. Præcedentibus perſimilis. *Frutex* diffuſo-ceſpitoſus, vix pedalis. *Labium* inferius quatuor lobis cuneatis, obtuſis, margine non imbricantibus, ſed parallelo intervallo diſtantibus. Spina axillaris triplex, ſæpe quadruplex, ſemper uno ramo erecto & cauli appreſſo: quod in reliquis non obtinet. *Labium ſuperius* ſtaminibus brevius.

In montibus ad *Hæs* frequens. Arab. *Schechadh*

18. JUSTICIA LANCEATA; *foliis inermibus; ſpinis ſtipularibus bracteisque foliaceis margine ſpinoſis.*

DESCR. *Flores* ſeſſiles, erecti, bracteis latis, ovatis. *Stamina* 2: antheris ſimplicibus. *Spinæ* axillares, foliaceæ, margine ſpinoſæ. Flores ſubſolitarii.

Surdûd. Arab. *Sokæjt*. سقيّة

DIANTHE-

DIANTHERA.

19. DIANTHERA PANICULATA; *paniculis axillaribus oppositis trichotomis.*

DESCR. *Caulis* annuus, fruticibus vicinis innixus rumque erectus, bicubitalis, sexangulatus, brachiatus, articulatus; *articulis* pollicaribus, basi incrassatis. *Folia* opposita; *petiolo* semipollicari, villoso, superne plano: *lamina* ovata, plana, integra, leviter ciliata. *Pedunculi* per totum caulem & ramos axillares oppositi, patentes, bis terve trifidi; articulo primo pollicari, reliquis brevioribus. Pedicelli ultimi florum filiformes, uniflori. *Calyx* perianthium duplex (contra char. generis): utrumque erectum, persistens: *exterius*: 5-phyllum, laciniis lineari-lanceolatis; quatuor inferioribus unguem longis: omnes virides, margine membranacei. *Interius* 5-phyllum, laciniis brevioribus, angustis, lineari-acutis, æqualibus. *Corolla* pallide-purpurea; plus duplo longior calyce, bilabiata, obtusa, plana: labio inferiore angusto, lineari, obtuse tridentato: superiori ovali, marginato. *Filamenta* inserta corollæ infra labium superius. *Antheræ* singulis binæ. *Siliqua* lanceolata, villosa: in quovis loculo *Semina* 2, lenticulata, corniculo libero incurvo ad basin appendiculato.

Sub fruticibus in Tamaricetis Morensibus florens initio mensis Januar. Arab. *Medhafaa.* *Toajm* تويم Surdûd.

20. DIANTHERA TRISULCA. Arab. *Maddh.* مض vel مظ Planta speciosa, & charactere novi generis.

DESCR. *Frutex* ramis brachiatis, teretibus. *Folia* opposita, conferta; inferiora decidendo, cicatricem relinquunt. *Petiolus* brevis, superne planus. *Lamina* ovata, obtusa, integra, glabra, margine utroque incurva, venis simplicibus oppositis. *Pedunculi* ex axillis superioribus ramulorum solitarii, cylindrici, biflori, terminari utrinque bractea, pro singulo flore, lanceolata, pedunculi longitudine, flavo, patente. *Flores* sessiles, gemini, in apice pedunculi. *Calyx* perianthium duplex. *Exterius* diphyllum, laciniis oppositis triangularibus, dorso acuto, intra bracteam collatis: adeo ut inter bracteas utrinque duo hæc foliola duorum florum sitæ sint. *Interius* triplo longius, monophyllum, 5-fidum, erectum, lanceolatum, pedunculo longius, villosum, viride, laciniis sub corollæ labio latiori sensim longioribus. *Corolla* monopetala, irregularis, infra villosa, calyce decuplo longior, flavo-rubescens. *Tubus* calyce plus duplo longior: extus crassior; sub labio minori introfus in plicam profundam. *Limbus*, tubo quintuplo longior, ringens. *Labium superius* multo latius, lanceolato-cymbiforme, carinis extus

extus quinque marginalibus, dorſali majoribus, interne in ſulco longitudinali duo filamenta ad ſingulum marginem & ſtylum unicum foventibus. Labium inferius triplo anguſtius: verſus baſin attenuatum, apice trilobum, lobis linearibus, fornicatis, margine involutum, divergens a ſuperiori. *Stamina* filamenta duo filiformia, corolla breviora, baſi ejus adnata; dein in ſulco labii ſuperioris marginali reconditа. *Antheræ* in quovis filamento binæ, oblongæ, ſimplices, dorſo adnatæ, exterior paulo altior: papillis chryſtallinis hiſpidæ. *Piſtillum*; *germen* ſuperius oblongum, compreſſum, calyce brevius: *ſtylus* longitudine corollæ, reconditus in labii ſuperioris ſulco medio longitudinali. *Stigma* acutum.

In *Surdûd* frequens.

Uſus: folia integra, ſimul cum ramo obligantur tumoribus ad dolorem leniendum.

21. DIANTHERA ODORA. Arab. *Kejſemân.* قيصمان Cum priori ejusdem faciei.

DESCR. *Frutex:* rami conferti, articulati, ſulco utrinque ex intervallo petiolorum ad geniculum proxime inferius. *Folia* oppoſita petiolo ſuperne plano. *Lamina* vix pollicaris, ovato-oblonga, obtuſa, integra, nitida, margine ſubciliata ſetis vix manifeſtis. *Flos* in ramulis minimis axillaribus, ſeſſilis, ſolitarius, flavus. *Calyx:* perianthium 5-partitum, erectum, lineare, viride. *Corolla* monopetala, ringens, extus villoſa. *Tubus* calyce ſeſquilongior, ſub utroque labio gibbum inter duas foveolas exſerens. *Labium ſuperius* fornicatum, inferiori duplo anguſtius, emarginatum: carina dorſali convexa, intus ſtylum recondente, apice flavum, cæterum flavo virescens, venis violaceis. *Inferius* planum, flavum, patens, ſuperiori latius, longius, trifidum, lobis ovatis, medio majori. *Stamina*, filamenta duo, corollæ tubo adnata & ejus oræ peculiari ſulco vaginata, dein libera, compreſſa, incurva, alba, ſtylo breviora *Antheræ* binæ dorſo adnatæ, interior paulo inferior, viridis. *Piſtillum*: *Germen* oblongum, compreſſum, viride, calyce duplo brevius, baſi cinctum annulo nectarifero flavicante, pone bicorni. *Stylus* filiformis, adſurgens, longitudine labii ſuperioris, & in ejus ſulco medio totus reconditus. *Pericarpium* capſula baſi attenuata, dein quadrangulo-ſubulata; binis oppoſitis lateribus carinata: binis reliquis uniſulcata longitudinaliter: bilocularis, diſperma. *Semina* in quovis loculo bina, ſubrotunda, compreſſa, ungue elaſtico ad baſin alterno ordine poſito.

Surdûd in ſylvis frequens. Vix olet, niſi marcida, odore *Anthoxanthi*; Grata ruſticis Arabiæ, feſtivis diebus florali diademate capita ornantibus.

22. DIAN-

22. DIANTHERA VERTICILLATA.

DESCR. *Folia* lanceolato-ovata, integra. *Flores* ſeſſiles, capitati, violacei, verticillari, bracteis obovato-lanceolatis, ciliatis, mucronatis, calyce majoribus. *Verticilli* pedunculati.

23. DIANTHERA DEBILIS; *foliis oblongis; ſpicis axillaribus imbricatis; bracteis late ovatis, ciliatis, quaternis.*

DESCR. *Caules* cubitales, teretes, villoſi, villis deflexis albis; articulati, articulis tripollicaribus, baſi ventricoſis, ſtriatis lineis aliquot obſcurioribus, longitudinalibus, nudis. *Folia* oppoſita. *Petiolus* pluniuſculus, ſenſim dilatatus in folium. *Lamina* pollicaris, oblonga, integra, obtuſa, ſubvilloſa, ciliis nullis. Stipulæ nullæ. *Spicæ* axillares, ſeſquipollicares, quadragonæ, bracteis imbricatæ. *Bracteæ* infimæ ſæpe ternæ; dein ſemper quaternæ, late ovatæ, ſeſſiles, ciliatæ; duæ oppoſitæ longiores; reliquæ duæ oppoſitæ minores, magis ciliatæ. *Flores* ad ſingulum bracteārum verticillum nonniſi bini, ſeſſiles, ſemper ad idem latus, ſinguli intra ſuam bracteam. *Calyx* 5-phyllus, bractea brevior, lineari-lanceolatus, erectus. *Corollæ tubus* albidus, ſulcatus longitudine bracteæ. *Limbus* perſonatus: *labium ſup.* recta protenſum, ovato-obtuſum, apice violaceum. *Labium infer.* patens, ſubquadrangulum, tridentatum, ſuperne violaſcens, venis obſcurioribus. *Filamenta* inſerta in ſuturis labiorum; deflorata extra florem divergunt. *Antheræ* duplices, flavæ; interior, quæ & inferior baſi caudata. *Capſula* bilocularis, monoſperma, ungue elaſtico.

In montibus humilioribus prope *Taæs*, fruticibus ſulcita.

24. DIANTHERA α) AMERICANA; *flava, ſpicis terminalibus, imbricatis, bracteis lanceolatis; foliis ſcabriuſculis; floribus flavis, labio inferiore latiore; anthera inferiore caudata; caulibus ſtriatis.*

25. DIANTHERA β) AMERICANA; *alba, flore & antheris albis: labio inferiore in fauce violaceo-punctato; verticillis remotis, ſpicatis; bracteis lanceolatis, calyce duplo brevioribus.*

Habit. Prioris an varietas, vel ſpecies diverſa?

UTRICULARIA.

26. UTRICULARIA INFLEXA; *foliis dichotomis; pedunculo racemoſo, baſi utriculis verticillato; nectariis inflexis, truncatis.*

Descr. *Folia* dichotoma, filiformia, utriculis subrotundis, compressis, varie intermixta. *Verticillus* ad basin pedunculi 7. vel 8 *Vesiculis* magnis, teretibus, oblongis, utrinque acuminatis, tuberculosis, albidis, sessilibus, constantibus vesiculis minoribus: quarum ope natat scapus. *Flos* albus, striis violaceis, nectario sursum flexo, apice truncato, villoso. *Pedunculus* multiflorus, racemosus. *Bractea* sub singulo flore ovato-lanceolata.

Rosettæ copiose in fossis inter agros Oryzæ. Arab. *Hamul.*

VERBENA.

27. VERBENA procumbens; *tetrandra; spicis filiformibus; foliis multifido-laciniatis; caule procumbente.*

Descr. *Calyx* dentibus quatuor æqualibus; nullo truncato. *Spica* non ramosa. Tota planta villoso-hispida, procumbens. Sub singulo flore in spica *Bractea* lanceolata, calyce brevior.

Ad margines agrorum *Ægypti:* florens fine Decembr.

28. VERBENA capitata; *foliis serratis; floribus capitato-globosis; calyce glumato.*

Descr. *Caulis* repens, striatus. *Folia* rigida, obovata, versus apicem serrata. *Pedunculi* axillares, solitarii, nec nisi ex altera axilla prodeuntes. *Flos* albido-violaceus, 5-fidus, inæqualis, subtus squama acuto-ovata. Flores capitati in globum, deinde excrescentem ovato-oblongum. *Calyx* diphyllus, glumæformis; non vero 5-dentatus. *Semina* 2. fortiter connata.

Rosettæ ad littora Nili. Succus expressus, multum in usu in *Stranguria.*

Totus character hujus plantæ extra Genus est. An *Verb. nodiflora.* Linn.?

SALVIA.

29. SALVIA merjamie; *floribus verticillatis, sessilibus, cæruleis; caule subnudo; foliis oblongis, rugosis, subcrenatis.*

Alexandriæ. Arab. *Merjamie.* مرجمية *Kurmæ: Dharu.* ضرو

PEN-

PENTAGLOSSUM.

30. PENTAGLOSSUM. *Novum genus. Diandria, Monogynia.*

CHARACTER GENERICUS: *Calyx* 1-phyllus, infundibuliformis, 4 vel 5-gonus: dentibus 4 vel 5 filiformibus, patentibus; perſiſtens. *Corolla:* petala 4 vel 5, calycis limbo inſerta, oblonga, obtuſa, erecto-patentia, calyce breviora. *Stamina filamenta* duo, filiformia, calyci inſerta, ejus longitudine. *Antheræ* globoſo-didymæ, incumbentes. *Piſtillum*; *germen* oblongum, teres. *Stylus* filiformis, curvatus, germine brevior. *Stigma* ſimplex, capitatum. *Pericarpium*: Capſula calyce recondita, cylindrica, unilocularis, polyſperma. *Semina* numeroſa, globoſa.

SPECIES LINIFOLIUM; *foliis lanceolato-linearibus.*

Caulis tetragonus, vix pedalis. *Rami & folia* alterna. *Flos* violaceo-ruber.

Alexandriæ locis cultis, humilioribus, umbroſis prope Canalem. *Kahiræ* ad *Birket el hadj* locis humidiuſculis.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

VALERIANA.

31. VALERIANA SCANDENS.

DESCR. *Caules* dichotomi, ſcandentes ſine cirrhis. *Flores* albi. *Semen* apice cinctum *glandulis*, ut in *Boerhav. ſcand.* cui valde ſimilis & genere non divellenda, licet faciem ferat *Valer. celticæ.*

Surdûd. Arab. *Charad.* خرد *Chodâára.* خضارة

IRIS.

32. IRIS SISYRINCHIUM. Arab. *Zambac.* زنبق

DESCR. *Folia* canaliculato-complicata, caule longiora. *Caulis* teres, multiflorus, ſpithamalis. *Flos* violaceus, medio petalorum croceo.

Circa *Pyramides* copioſe in campis. Plurimæ dignitatis flos.

COMMELINA.

33. COMMELINA TUBEROSA. Ar. *Vaalan.* Hadìe.

Flos pallide cæruleus, tripetalus. *Caulis* dichotomus, debilis. *Folia* ovato-acuta, viſcidula, ſubciliata, planiſſima. Caulis in aquoſo ſolo repens.

Uſus: ajunt, folia contuſa, vulneri impoſita ubi ſpina ingreſſa eſt, illam expellere.

34. COMMELINA BENGALENSIS; *Hadìe.*

Caulis dichotomus, decumbens. *Folia* oblonga, obtuſa, ſicca, ſæpe complicata. *Flos* dipetalus, flavus. *Variat:* flore tripetalo, cæruleo.

35. COMMELINA COMMELINOIDES; *ramis paniculæ ſpicatis, lateralibus; ariſta calycis floribus longiore; foliis ovato-lanceolatis.*

Flores non vidi, ſed ex veſtigiis videbantur ſeſſiles, ariſtati.

Arab. *Kunan.* قنن

SCHOENUS.

36. SCHOENUS INCANUS. Arab. *Æjn el bagar. Mór.*

DESCR. *Caulis* & folia villoſo-tomentoſa, aculeata. *Folia* tripollicaria, coſtis ſupra & infra aculeatis, baſi obliqua, margine ſinuato-repando-obtuſa. *Calyx* ſpinoſus. *Fructus* globoſus, flavus, ſeſquipoll. diametri.

CY-

CYPERUS.

α) Culmo tereti.

37. CYPERUS niloticus; *culmo tereti, nudo, æquali, non articulato; umbella compoſita; ſpicis globoſis.*

Descr. *Culmus* ſeſqui-cubitalis; baſi digiti minimi craſſitie; verſus apicem anguſtatus, lævis, interne ſpongioſus, iſthmis transverſis. *Umbella* in apice: ſub quolibet pedicello ſquama lanceolata, brevis. In medio umbellæ brevis pedunculus geſtans ſpicam ſubrotundam. Laterales pedunculi multo longiores, terminati interdum ſpica ſimili ſubrotunda; interdum nova umbella; cui iterum ſpica centralis in brevi pedicello; laterales in longioribus. Spica quævis habet ſpicas minores ab omni parte alternas, lineares, longas, compreſſas, reſtaceas, 10-vel 20-floras.

Ad ripam Nili occidentalem limoſam *Roſettæ;* initio Nov.

38. CYPERUS lateralis; *culmo tereti, baſi vaginato-folioſa; capitulo laterali.*

Descr. *Culmus* ſpithamalis, ſubulatus. *Vaginæ* ad baſin plures clauſæ, interdum terminatæ ſquama lanceolata: interdum exeuntia in folium plus quam bipollicare. Supra capitulum culmus obſolete canaliculatus. *Capitulum* pollicis diſtantia ab apice, bracteis ſeu ſquamis duabus, viridibus, lanceolatis, ſubtus capitulo appreſſis, breviores ſpica dimidia. *Spiculæ* capituli paucæ, ab 1. ad 12. pallide-virides, ovato-lanceolatæ, tumidæ, plus quam 10-floræ. Spicula media major: interdum breviter pedunculata. In quibusdam evadit altera bractea ſubulata, patens, ſpicula longior.

Eadem loca cum priori colit. An *Cyperus minimus*, vel *Scirpus ultimus*, Linn.?

39. CYPERUS gradatus: *culmo tereti angulato, ad baſin foliato; bracteis ad apicem pedunculis duplo longioribus, ſpiraliter remotis.*

Descr *Culmi* bicubitales, baſi folioſi, ſurſum verſus ſcabri. *Spiculæ* lanceolatæ, compreſſæ, virides. *Bracteæ* gradatim remotæ.

Ad *Uadi Zebîd.*

β) culmo triquetro.

40. CYPERUS globosus; *culmo triquetro, baſi folioſa: ſpicis conglomeratis, ſubgloboſis; ſpiculis convexis, viridibus, nitidis.*

Culmus ſpithamalis. Spicæ umbellatæ. Spiculæ congeſtæ, lanceolatæ, utrinque convexæ.

Hadîe. Arab. *Zaráa.*

41. CYPERUS FASTIGIATUS; *culmo triquetro, cubitali, basi foliosa; umbella foliosa; demo umbellifera; spicis cylindricis; spiculis utrinque convexis, flavidis.*

Arab. *Samár dabbús.* *Rosettæ.*

42. CYPERUS COMPLANATUS; *culmo triquetro, sesquispith. basi foliosa; umbella foliosa; spicis subrotundis; spiculis compressis, planissimis, ovato-oblongis, bruneis.*

Rosettæ, in agris oryzæ humidis; copiose. Arab. *Sæad.*

43. CYPERUS FERRUGINEUS; *culmo triquetro, pedali; basi foliosa; umbella foliosa; spiculis fasciculatis, linearibus, compresso-convexis, ferrugineis, margine viridibus, raro pedicellatis, semper sessilibus, coacervatis ad apicem pedunculorum; bracteis pedicellis longioribus.*

Arab. *Sæad* vel *N'ghil.* Gramen omnium copiosissimum & fere unicum pratorum humidorum juxta *Nilum.*

SCIRPUS.

44. SCIRPUS CORYMBOSUS; *culmo triquetro folioso; corymbo terminali foliaceo, spiculis sessilibus confertis.*

DESCR. *Culmus* cubitalis, triqueter, foliosus: corymbo terminali, subjecto folio sub singulo pedunculo. *Pedunculi* non ex uno centro; sed unus supra alterum alternatim: nec ramosi, sed apice gestantes 1. usque ad 4 spiculas sessiles, alternas, ovatas, teretes, digitum transversum longas, ferugineas; bractea lanceolata. In medio corymbi spiculæ 4 vel plures, sessiles. Spiculæ undique imbricatæ. *Antheræ* 3. flavæ. *Pistillum* unum: *stigma* trifidum, marcidum, fusescens. *Squama* calycina ad singulum florem una, apice truncata, dentata, medio aristata: *arista* brevi, curva, fusca, spiculis pilosis.

Káhiræ in locis inundatis ad agros. Arab. *Depsjæ.* Decembr. florens.

Scirpo sylvatico LINN. convenit: cujus tamen *compositi* tantum sunt pedunculi, nec prorsus umbellati.

45. SCIRPUS FISTULOSUS; *culmo subulato, nudo; basi vaginata; capitulo laterali.*

DESCR. *Culmi* ex uno cespite multi, stricti, subulati, sesquipedales, obscure-virides, obsolete-striati, longiores apice marcescentes, omnes basi vaginati, vaginis aliquot alternis, obtusis, in cylindrum connatis. *Radix* fere bulbosa. *Folia* nulla. *Capitulum* laterale non procul a basi supra vaginam supremam, globosum, diametro fere pollicari, composito spiculis

culis ſeſſilibus, ovato-pentagonis, imbricatis ſquamis acutis, dorſo viridibus, lateribus ferrugineis, apice albidis. *Medulla* ſpongioſa, iſthmis transverſis dimidii pollicis diſtantia; conſpicuis etiam extus, coarctatione culmi; qui inde articulatus apparet, prorſus figura *Allii fiſtuloſi.*

Roſettæ in agro humido Trifoliis conſito. Init. Nov.

46. SCIRPUS BIS-UMBELLATUS; *culmo baſi vaginata; ſpicis pedunculatis, terminalibus, bis-umbellatis.*

DESCR. Ex minoribus. *Culmus* diffuſus, raro ſpithamalis; articulis nullis: baſi vaginis foliorum tectus; compreſſus, ſtriatus. *Folia* plana, culmo longiora, ſubtus villoſa. *Folia* ad umbellam univerſalem tria folii-formia, bipollicaria: externe inter pedicellos alia minora. *Spicæ* quædam ſolitariæ pedicellatæ in medio umbellæ univerſalis: una in medio ſeſſilis. Radii pedicelli novas conſtituunt umbellas folioſas, foliis exiguis. Spiculæ ovatæ, parvæ.

Habitat in locis littoreis inundatis Inſularum Niloticarum. Junio ineunte floret.

47. SCIRPUS LATERALIS; *ſpicis ovatis, pedunculatis; ſeſſilibus, lateralibus.*

DESCR. *Culmus* triqueter? pedalis & ſæpe cubitalis, nudus, baſi folioſa. *Pedunculi* laterales faſciculati, filiformes, inæquales, pollicares. *Spicæ* ovatæ, ſquamis ovatis, ferrugineis, margine membranaceis.

Ad *Uadi Zebid* uberrima copia. Arab. *Hallál.* حلال Arabes territorii inter Djöbſam & Hæs hoc Scirpo ſolent tuguria ſua veſtire. (vide infra *Panic. dichot.*)

48. SCIRPUS KALLI 3. ALPINI. *Culmo tereti, folioſo, ſpiculis terminalibus, conjertis, ſeſſilibus; involucris longitudine foliorum.*

Culmus inarticulatus. *Folia* ſubulata, ſuperne canaliculata, carnoſo-coriacea. *Radices* bulboſæ, ſarmentis ſub terra repentibus, ſquamato-imbricatis. *Stigma* triplex, ſtylo longius.

Alexandriæ. Arab. *Saad.*

SACCHARUM.

49. SACCHARUM OFFICINAR. Arab. *Qvaſab.* قصب

OBS. Saccharum tantæ bonitatis ac in officinis Europæicis non paratur in Ægypto, licet materia proſtat ditiſſima. Verum culmi venales circumferuntur & crudi eduntur, Kahiræ potiſſimum. Vernali tempore plantantur culmi terræ horizontaliter compoſiti. E nodis nonnullis culmi propullulant, ex aliis radices. Poſt biennium utilis & edulis evadit planta.

50. SAC-

50. SACCHARUM BIFLORUM; *panicula lanata, ſecunda; calycibus uniflοris, geminatis, extus lanatis.*

DESCR. *Culmus* homine altior aquis exſtat; interdum ramoſus. *Folia* nervoſa; baſi ſuperne lanato-hiſpida; ſubtus obtuſe carinata, tota viridia; in medio ſuperiori canaliculata linea alba longitudinali. *Flores* geminati: alter ſeſſilis, alter pedunculatus; uterque hermaphr. *Calyx* bivalvis, glaber, rubens, ſubtus annulo lanato. *Corolla* una gluma, parva, albida; niſi mavis calycem univalvem, corollam bivalvem dicere; in ſingulo enim flore tres ſunt valvæ.

In littore *Nili* limoſo tanta creſcit copia ſimul cum *Arundine donace*, ut penetrari non poſſit hæc ſylva arundinacea, niſi incolæ parvos exſcinderent tramites

Dum Nilus exundat, arundo hæc *radices* protrudit ex articulis infimis vagas, filiformes. Relapſo fluvio, manet culmus $\frac{1}{2}$. ulnæ altitudine his radicibus ſiccis veſtitus, tomentoſus. Utiliſſima hæc arundo ad *Sæpes* vivas, quibus horti & Plantationes muniuntur locis humilioribus & ſeptentrioni objectis.

Roſettæ in locis campeſtribus, arenoſis inveniebatur *foliis anguſtioribus*.

Contra: Roſettenſe Ganiſch in locis humidis foliis gaudet multo *latioribus* quam in regione Káhirenſi.

Arab. *Ganiſch* vel *Buz farſi*. (*Buz* nomen Arundinum generale.)

51. SACCHARUM HIRSUTUM; *ſpica hirſuta; ſpiculis geminis, altera ſeſſili, altera pedicellata.*

DESCR. *Culmus* ſimplex, pedalis. *Foliorum vaginæ* longæ, glabræ; intra folium barba terminatæ. Folia plana, glabra. *Spica* quadripoll. hirſutie alba: ſpiculis appreſſis, geminatis, altera ſeſſili, altera pedicellata, paulo minori, pedicello hirſuto: utriusque flos, alter maſculus, alter hermaphroditus; uterque muticus. *Calyx* baſi lana cinctus, bivalvis, biflorus; ſpicula altera ſeſſili, altera pedicellata. *Valvulæ* lanceolatæ, hirſutæ, acuminatæ, muticæ, flores includentes, exterior longior, hirſutior. *Corolla* bivalvis, æqualis, glabra, lanceolata, mutica. *Flos* maſculus exterior, æqualis hermaphrodito. *Stamina*, filamenta 3. breviſſima in flore maſc. & herm. Antheræ erectæ, longæ. *Piſtillum* in flore maſc. nullum: in herm. germen parvum. Styli duo, antheris longiores, baſi nudi; deinde plumoſi. *Pericarpium* nullum.

In *deſertis Káhirinis*.

PHA-

PHALARIS.

52. PHALARIS SEMIVERTICILLATA; *paniculæ ramis ſemiverticillatis, patentibus, ſpiculis muticis ciliatis; foliis glabris.*

DESCR. *Culmus* erectus, ſeſquipedalis, glaber. *Folia* plana, linearia, glabra, ſpithamalia. *Panicula* ramis per articulos culmo circumpoſitis, nec tamen plenum verticillum conſtituentibus: alternatim tres partes caulis ambientibus: hi rami iterum paniculati. *Corolla* mutica, calyce duplo brevior. Antheræ flavæ. Styli duo.

Roſettæ & *Káhiræ* frequens, Aprile ineunte florens. *Naæjm* نعيم

53. PHALARIS DISTICHA; *panicula mutica, ovata; foliis diſtichis, involutis; culmo ramoſo, repente.*

DESCR. *Culmus* repens, admodum ramoſus; pars erecta ſpithamalis. *Folia* conferta, diſticha, involuta, ſubpungentia: baſi utrinque barbata, tota viridia. *Bractea* paniculæ folium magnum, pallidum. *Panicula* patens, ovata, diffuſa. *Calyx*, gluma bivalvis; uniflorus: altera valvula minore, pallidiore, divergente; altera includente corollam, eaque longiore. *Corolla* bivalvis.

Alexandriæ copioſe in arena littorea ad Catacombas.

54. PHALARIS CRISTATA; *panicula ſpiciformi, oblonga, valvula calycina utrinque criſta calyce duplo longiore.*

DESCR. *Spica* piloſa ariſtis. Vaginæ & folia glabra. Ad baſin foliorum membrana alba, cauli appreſſa, erecta. *Folia* plana, adeo ſtriata. *Panicula* ſpiciformis, ſeſquipollicaris, varie ramoſa. *Calycis* valvæ 2 corolla duplo longiores. *Corolla* parva, bivalvis valvula altera minori alba, mutica: altera majori viridi, ariſta brevi. Gramen erectum, ſpithamale.

Circa *Káhiram* frequens.

55. PHALARIS VELUTINA, *ſpicis alternis filiformibus; culmo foliisque villoſiſſimis.*

DESCR. Gramen pedale. *Folia* lineari-lanceolata, anguſta, tripollicaria; villis molliſſima & velutina. *Spicæ* multæ ad apicem culmi lineares, tripollicares, erecto-patentes, ſparſæ, filiformes. In Spicula nonniſi una corolla bivalvis, hermaphrodita, calyce minor. Spiculæ geminæ.

56. PHALARIS SETACEA; *ſolitaria, ſpicata; ſpiculis ſolitariis, involucris ſetaceis, flore ſeſquilongioribus.*

DESCR. *Culmus* ſimplex, pedalis. *Folia* plana, glabra, bipollicaria, involuta. Folium ſupremum latius ante floreſcentiam ſpicam includit ut

ſpatha. *Spica* tripollicaris, cylindrica, alba *ſetis* ſpiculæ baſin circumdantibus. *Spiculæ* ſeſſiles. *Calyx* bivalvis, glaber, valvula exteriori dimidio minori, biflorus: flore exteriori maſculo, interiore hermaphrodito, utroque bivalvi, calycina valvula majori incluſo. *Stigmata* hermaphroditi duo: maſculi nulla.

In deſertis *Káhirinis*. *Rætam*. ﺭﺘﻢ

57. PHALARIS VAGINIFLORA; *culmis repentibus; ſpicarum capitulis ſeſſilibus, axillaribus, vagina folii circumdatis; calyce corollis anguſtiore, fere filiformi; bivalvi, unifloro; valvis compreſſis, anguſtis, altera longiore.*

Folia ſuprema oppoſita. (in graminibus perrarum.) *Alexandriæ*.

PANICUM.

58. PANICUM COMPRESSUM; *ſpicis digitatis; ſecundis compreſſis; ſpiculis ſolitariis, bifariam imbricatis.*

DESCR. *Culmus* diffuſus, vix pedalis, ramoſus, compreſſus. *Foliorum* vaginæ glabræ, ſtriatæ, compreſſæ, baſi clauſæ. *Lamina* lineari-lanceolata, plana, vagina longior, glabra, margine ciliato-ſcabra, baſi piloſa. *Spicæ* digitatæ, terminales, ternæ ſeſquipollicares. *Spiculæ* valde compreſſæ, rachi appreſſæ, lanceolatæ. *Calyx* biglumis, carinatus, valvula interior minor; biflorus. *Flos* interior bivalvis; maſculus brevior; exterior hermaphroditus, bivalvis: utræque valvulæ acutæ, carinatæ, muticæ.

In montibus *Hadienſibus*.

59. PANICUM GEMINATUM; *ſpicis linearibus, alternis, appreſſis; ſpiculis bifariam imbricatis, muticis.*

DESCR. *Culmus* pedalis, teres. *Spicæ* & *Spiculæ* ſeſſiles: hæ ovatæ, bifariam alternæ ita, ut duas ſeries conſtituant, confertæ, mucronatæ. *Calyx* glaber, bivalvis, biflorus, flore altero maſculo; altero hermaphrodito: quod floreſcentiæ tempore obſervandum. *Corolla* hermaphroditi, ſemini arcte adnaſcitur & propior rachi atque valvulæ calycinæ majori adjicet. Flos Maſculus collabitur in unam glumam, inter ſemen & valvulam calycinam minorem, quæ extrorſum eſt. *Folia* plana, nuda, ſtriata, barbata ad baſin.

Roſettæ in pratis ad littora *Nili*.

60. PANICUM TURGIDUM. (Panicula parata erat ad explicandos flores ſine Martii: ſed ante explicationem videnda erunt ſtamina.)

DESCR. *Frutex* facie *Junci*. *Folia* plana, involuta, ſeſquipollicaria; *vaginæ* longæ: ad dichotomias ventricoſæ, membranaceæ, albæ. *Pedunculus* panicula,

panicula. *Spiculæ* obeſæ *Calyx* bivalvis, exteriori valvula minima, biflorus, flos alter maſculus, alter hermaphroditus: uterque *corolla* bivalvi. *Stigmata* incraſſata, implumia.

In deſertis *Káhirinis*. Arab *Bockar*. بكر

61. PANICUM GROSSARIUM? *caule ramoſo; panicula patente; ſpiculis ovatis.*

DESCR. *Folia* plana, longa, glabra, *Panicula* ſpicis obeſis: in ſingula panicula gluma calycina bivalvis, biflora, valvula altera minore. In hoc calyce flos alter maſculus, alter herm. Maſculi gluma univalvis, ut mihi videbatur.

Roſettæ in ripa Nili. Arab. *N'gíl*: aliis *Neſi*.

62. PANICUM TETRASTICHON; *ſpicis alternis; ſecundis quadrifariam imbricatis, floſculis ſecundis hinc planis, inde gibboſis, villoſis, muticis.*

DESCR. *Culmus* pedalis, ſtriatus, compreſſus, ramoſus. *Folia* plana, glabra. *Spicæ* ſeſſiles, ſecundæ; dum florent patentes, alioquin appreſſæ, lineares, ordinibus quatuor floſculorum imbricatæ. *Flores* plani ad rachin; ab altera parte convexo-gibboſi; undique pallide-virides, ſtriis elatis, obſcuris. *Calyx* diphyllus: intra eum flos maſculus juxta glumam parvam & flos herm. cujus glumæ corollinæ ſemini arcte adhærent.

In pratis *Nili* littoreis.

63. PANICUM CRUS GALLI.

OBS. *Rachis* 5-gona; in qualibet ſpicula. *Calyx* bivalvis, hiſpidus; valvula altera multo minore, altera longitudine corollæ. Intra Calycem *Floſculi* duo: Maſculus juxta valvulam calycinam minorem: herm. juxta majorem; uterque ſeſſilis. *Maſculi* valvula exterior magna, verſus marginem ciliato-hiſpida, dorſo glabro, fuſceſcente, carinato: apice breviter ariſtato, marginibus involuta. Valvula interior minor, plana, hyalina. *Stamina* 3 videnda ante explicationem florum. Piſtillum nullum. *Herm.* valvula utraque viridis, glabra, nitida, ſemini arcte adhærens, acuminata: exterior, ovato-convexa; interior plana. *Foliorum* vaginæ baſi villoſæ, hiſpidæ. *Culmus* ſæpe ramoſus: folia maxima parte alba ſuperiore pagina: vaginæ inferiorum villoſæ, ſuperiorum glabræ. Ergo Calyx non eſt trivalvis, nec uniflorus; ex charactere generis: Rachis quoque ſæpe trigona. Hinc: aut notæ non conſtantes, aut hæc planta ſub alio genere militabit.

Roſettæ ad littora *Nili;* ſæpe bicubitale excreſcit, ima parte ſemper procumbente.

64. PANICUM DICHOTOMUM. Arab. *Tummâm.* Ubique in campis Arabiæ: ſimul cum *Panico Bockâr.*

DESCR. *Caules* erecto-diffuſi, dichotomi, ramoſiſſimi, ad altitudinem ulnæ ſurgunt. *Spicæ* articulorum baſi & calyce extrorſum hirſutæ. *Spiculæ* geminatæ, ſeſſiles, ſetis cinctæ. In ſingula ſpicula flos maſc & hermaphr. *Folia* plana, linearia, glabra.

Gramen hoc vulgatiſſimum *pabulum* Camelis & Aſinis. Ad *Tuguria veſtienda* communi uſu adhibetur. Parietes & tectum tenerioribus bacillis eriguntur, aliisque lignis transverſe ſolidantur. Poſtea, circumcirca extus apponitur indumentum e gramine Tummâm & Bockâr pedis denſitate, & arcte apprimitur, funiculisque undique circa deductis adſtringitur. Vera hæc mapalia pluviæ tamen reſiſtunt; & annos durant 5 vel 6: ornantur quoque intus, calce vel gypſo dealbata.

65. PANICUM APPRESSUM; *caule ramoſo; antheris purpureis.*

Caulis longe repens in arenæ ſuperficie.

Arab. *Fûlek. Alexandriæ & Lohajæ.*

66. PANICUM MUTICUM; *ſpicis alternis, ſecundis; ſpiculis remotis, geminatis, muticis; altera pedicellata; rachi trigona, flexuoſa.*

Roſettæ. Affine *P. colonum.*

67. PANICUM ADHÆRENS. Arab. *Særa errâ. Hadîe.*

Involucra retrorſum aculeata, ſetacea. Floris aculei arcte adhærent veſtimentis; quod in *Panico glauco* non obtinet.

68. PANICUM GLAUCUM. Arab. *Æbæd. Surdûd.*

α) Simile *Pan. glauco;* ſed intra involucrum unum ſpiculæ geminæ. In alio gramine numeravi ſpiculas ſenas.

β) Aliud Panicum facie *glauci*; ſed involucris ſub-piloſis, nec ſcabris, neque retrorſum aculeatis.

AGROSTIS.

69. AGROSTIS VIRGINICA; *Sarmentis repentibus, foliis convolutis ciliatis; panicula ſpicata.*

DESCR. Culmus parte erecta ſpithamalis; reliqua parte ramoſus, repens ſub arena. *Spica* bipollicaris, dilabens in lobos, quando inflectitur. *Calyx* corolla minor, bivalvis, valvula exteriore triplo minore. *Corolla* bivalvis. *Stamina* 3. *ſtigmata* 2. hirſuta. *Folia* brevia, vaginis longis, ciliata

ciliata leviter, glabra, utroque margine involuta, terminata mucrone forti In deserto arenoso versus *Sués*, parcius florens fine Mart. mensis. Ab *Agr. virg.* LINN. differt *panicula spicata*; adeoque & specie differt.

Varietatem inveni prope *Lohajam* huic similem; nisi quod Spicæ bipollicares: rami in geniculis concervati: folia inferiora vaginis suis longiora; quæ tamen vaginis præcedentis minores.

POA.

70. POA MULTIFLORA; *culmis simplicibus, erectis, spiculis linearibus, multifloris. Hadie.*

Communiter gerit flores XIII: verum & 15 usque ad 24 in una spicula.

Alia erat, spiculis fusceſcentibus IX-floribus.

CYNOSURUS.

71. CYNOSURUS DURUS; *Spicis sparsis, sessilibus, patentibus; spiculis secundis, subfloris.*

DESCR. *Culmus* cubitalis, tenuis, rectissimus. *Spicæ* pedali spatio ad apicem; alternatæ, ½ poll. longæ. *Rachis* flexuosa. *Spiculæ* ovatæ, compressæ, secundæ, duarum serierum divergentium, ferrugineæ, quadrifloræ, muticæ. *Folia* planiuscula, glabra.

In hortis *Kâhirinis* spontaneus. Arab. *Hhálfe.*

72. CYNOSURUS TERNATUS; *stipulis ternatis, quaternis-ve, patentissimis, lanceolatis.* Arab. *Sahér. Mór.*

DESCR. *Culmus* filiformis, sæpe simplex, interdum ramosus, foliosus, glaber. *Folia* lanceolata, canaliculata, vagina foliis triplo longiore. *Spicæ* terminales, sæpe ternatæ, horizontales, pollicares; supra & infra planatæ, lanceolatæ, pallide rubentes. Spiculæ 4-floræ; glumis carinatis, muticis.

73. CYNOSURUS FLOCCIFOLIUS; *Spicis linearibus, inferioribus alternis, supremis geminis; foliis alternis, margine alterne flocciferis.*

DESCR. *Culmus* pedalis, reticulatus, sæpe simplex, interdum ramosus; foliorum vaginis tectus; nec nisi superius nudus. *Folia* vaginis 4 pollicaribus, striatis, glabris, ciliatis. *Lamina* pedalis, linearis, ½ poll. lata, plana, vel complicata, glabra, vel hinc inde pilosa: margine flocculis parvis, densis, albis, subglobosis. *Spicæ* ad culmi apicem lineares, erectæ, secundæ, tripoll. basi pilosæ; inferiores sæpe tres, alternæ,

½ poll. remotæ; ſupremæ duæ geminatæ, interdum, ſed raro ternatæ, intermedia tum pedicellata. *Spiculæ* ſecundæ duarum ſerierum, ſeſſiles, alternæ, glabræ, muticæ. *Calyx* bivalvis, triflorus. *Corolla* bivalvis. Floſculi omnes herm. triandri, digyni. Speciosa planta; vel e longinquo conſpicua foliis variegatis flocculis marginalibus, albis.

In pratis humidis circa *Taæs* frequens.

FESTUCA.

74. FESTUCA MUCRONATA; *panicula glomerata*; *ſpiculis multifloris*; *flore glandulifero*. Arab. شوخم

DESCR. *Culmi* teretes, glabri, repentes; ramis erectis, ramoſis, cubitalibus. *Folia* ſubdiſticha, patentiſſima, unguem fere remota, glabra, rigida, vagina fiſſa, margine ciliata; lamina canaliculata, ſtricta, mucronata. *Paniculæ* terminales, pollicares, ovatæ, conglomeratæ. *Spiculæ* oblongæ, lanceolatæ, multifloræ. *Calyx* communis ſpiculæ bivalvis, 4 - 6 - florus: valvulis hyalinis, dorſo viridibus, glabris, obtuſis altera breviori. *Corolla* propria bivalvis, calyce major, villoſa, acutiuſcula, hyalina; valvula exteriori convexa, carinata, anteriori plana. *Glandulæ* in flore ſponte expanſo videndæ: *una, magna*, didyma, ſub filamento extero: Aliæ minores ſub reliquis? *Stamina*; *filamenta* 3, capillaria, corolla longiora, alba. *Antheræ* incumbentes, lineares, flavæ, didymæ. *Piſtillum*: *germen* oblongum, compreſſum, album. *Styli* 2, capillares, divergentes, albi, glabri. *Stigma* filiforme, villoſum, longitudine Styli, ad latera corollæ exſertum.

Circa *Beit el fakih* copioſe in collibus arenoſis. Ad Feſtucam retuli hanc plantam dubius. Arab. *Schoucham*.

75. FESTUCA DICHOTOMA; *panicula dichotoma*; *ſpiculis ſeſſilibus*, *patentiſſimis*, *linearibus*, *trifloris*, *muticis*.

Alexandriæ. init. Apr.

76. FESTUCA LANCEOLATA; *panicula æquali*; *caule decumbente*; *ſpiculis 7-floris*, *muticis*, *lanceolatis*.

Ibidem.

77. FESTUCA FASCICULATA; *panicula faſciculata*, *ſecunda*; *ſpiculis quadrifloris*, *longe ariſtatis*; *calycis valvula exteriore ariſtata*; *altera minuta*, *mutica*.

Calyx bivalvis, multiflorus. Gramen triandrum, digynum. An *F. bromoid*?

Ibidem.

BROMUS.

BROMUS.

78. BROMUS POLYSTACHIOS; *paniculis patentibus; ramis ſpicatis; ſpiculis alternis, appreſſis, linearibus; ariſtis breviſſimis.*

Culmus cubitalis. *Alexandriæ*; In humidis ad foſſas.

79. BROMUS VILLOSUS; *panicula faſciculata; ſpiculis ſexfloris, glabris, lincaribus, pedicellatis.*

DESCR. *Culmus* pedalis villoſus & rachis paniculæ. *Folia* lanceolata, bipollicaria, villoſa. *Vaginæ* longiſſimæ, glabræ, verſus apicem villoſæ; terminatæ intra folium membrana hyalina, amplexicauli. *Spiculæ* pollicares; ariſtæ duplo longiores, erectæ.

Alexandriæ. Apr.

80. BROMUS POI-FORMIS; *panicula ſpicata, ovato-oblonga, ſpiculis compreſſis, horizontalibus, 5-floris.*

Alexandriæ. Arab. *Samme.*

AVENA.

81. AVENA PENSYLVANICA. Arab. *Sagarat edjæmal.* سجرة الجمل

DESCR. *Spiculæ* 3-floræ. *Floſculi* medio hirſuti, apice bifidi; fiſſura ariſtati. *Folia* pollicaria, rigida, baſi barbata. *Vaginæ* ciliatæ.

In deſertis *Káhirinis.*

ARUNDO.

82. ARUNDO EPIGEJOS; *paniculis coarctatis in formam ſpicæ; foliis erectis; margine retrorſum ſcabris, fere complicatis; linea alba media in pagina ſuperiore; apice rigidinſcula, ſubpungenti.*

Alexandriæ. Arab. *Halfe.*

83. ARUNDO PHRAGMIT. *panicula ſub-ovali; ſpiculis multifloris.*

In locis paluſtribus *Ghobeibe* prope *Sués.*

84. ARUNDO CALAMAGROSTIS; *paniculis linearibus, perlongis; ſpiculis unifloris, baſi villo cinctis; culmo ramoſo, alto.*

Ibidem.

85. ARUNDO DONAX; *Foliis longe-lanceolatis; baſi glabris; lanâ intra calycem.*

DESCR. *Culmus* altitudine ſæpe 8 vel 14 uln interdum ramoſus. *Panicula* terminalis, patens, vento facta ſecunda; flaveſcens. *Folia* ſæpe ſecunda, viridia,

viridia, ſubtus nervo medio baſi albido; plana, baſi alba, non ciliata margine, ſed baſi ſuperne; medio longiſſima, culmum dimidium ambiente: juxta vaginam ariſta membranacea ciliata. Folia ultima baſeos apice hirſuta. *Calyces* 3- vel 4-flori: panicula diffuſa: corollæ valvula altera ariſtata

Ad rivos *Temenis* frequens. Arab. *Kaſab.* قصب *Roſettæ* in foſſis. Ægyptis vocatur communi Arundinis nomine *Buz*. hæc ſpeciatim *Buz Haggni.*

86. ARUNDO MAXIMA; *foliis margine ciliatis, baſi albis, hirſutie ciliatis, ſtriatis, planis, totis viridibus.*

Folia juniora tota margine ciliato-ſcabra; quæ ſcabrities ætate evaneſcit. Baſi vero omnia folia ſemper margine hirſuto-ciliata.

Creſcit læte. A Donace Haggni diverſa.

OBS. Donax & Saccharum Ganeſj ripas Nili non ſolum veſtiunt, ſed prorſus impediunt, ut *Alnus* in Septentrione, & *Mangle* in Indiis. Ægyptii has arundines utiliter ad ſepes vivas vertunt, quæ non ſolum gratiſſimo virent colore, ſed & altitudine inſigni 6. vel 8. ulnar. excreſcunt Foſſa ambit hoc vallum arundinaceum In uſu etiam eſt Arundines exteriores conſtringere duplici ſerie ligamentorum e foliis Palmæ factis. In Peninſula *Râs-ettin* aliam vidi artem muniendi hortos, laborioſam non minus quam ſtultam: ſingulæ quippe arbores cingebantur ſepibus cancellatis factis e foliis Palmæ vivæ tortis invicem. Hoc ſepimentum ultra annum non perdurat. Id non minus abſurdum mihi videbatur, agrum & hortum in uno miſcere arvo.

GHOBEIBE غبيبة Palus eſt diſtans 8. horarum ſpatio ab urbe Sués meridiem verſus. Hic quoque fontes aquæ vivæ & calidæ ſcaturiunt. Immenſa & 12 uln. alta creſcit ſylva Arundinum *phragm.* & *calamagr.* quas Nilus non gignit. Culmi transvehuntur per totam Ægyptum & Arabiam. Ædium pavimenta ſuperioris contignationis arundine ſternuntur, cui deinde humus injicitur.

Traditio poſtulat MOSEN ex ſtatione Ghobeibe diviſum permeaſſe mare. Quicquid vero ſit, id ſaltem probabile videtur Arundinis vaſtam regionem nomen dediſſe *Mari rubro*, quod iis temporibus illam non ſolam alluebat, ſed in quo tota natabat. *Jam Suf*, eſt *Mare arundiniferum:* quumque Arabes & unam Arundinis ſpeciem atque alteram generico nomine *Buz* denotant, addito ſubinde cognomine; eandem quoque Auctor hiſtoricus & ſacer Moſes ſecutus denominationem priſcam, ad minutias non attendens ſpecificas botanologiæ. Idem dux populi, prima pericula vitæ in eunis arundinaceis e Donace vel Haggni factis (Exod. Cap. 2. v. 3.) expertus eſt. Arundines non creſcunt ad littora Maris Rubri, niſi ubi fontes & lacuſtria ſunt loca, velut Ghobeibe; quæ rariſſima inveniuntur.

ARISTIDA.

ARISTIDA.

87. ARISTIDA LANATA; *panicula ramosa*; *corollæ arista media lanata.*

DESCR. *Folia* convoluta ad suturam rectam, figura filiformi; basi rima longe dehiscente in foliis antiquis; in junioribus tantum ad basin. *Ariſtæ* laterales in medio villosæ; in defloratis patentes; media arista valde lanata, basi nuda. *Culmi* ad genicula infima supra folium villosissimi.

Roʼettæ in arena mobili circa turrim Canope. In desertis quoque *Kâhiriinis* habitat. Arab. *Dhrœirœ.* ضريرة vel *Sjasjuf.* شفشوف Initio Martii floret.

Quum *Aristidæ adscensionis* arista est glabra, (quantum ego scio;) hæc nostra distincta ab illa erit species; quamvis forma conveniat.

88. ARISTIDA PANICULATA; *spiculis linearibus, oblongis*; *arista cujusvis flosculi triplici, glabra.*

In *Arabia felici.*

ELYMUS.

89. ELYMUS CAPUT MEDUSÆ.

DESCR. *Culmi* repentes, ramosi. *Spiculæ* alternæ, pedunculatæ, solitariæ, non geminæ, biflorœ; aut si mavis bi-spiculæ. *Involucrum* circa flores, vel receptaculum orbiculatum, pedicellatum, margine triplici serie *setarum:* altera erecta, altera patente, tertia parva, deflexa; setis erectis patentibus, undique retrorsum aculeatis, aculeis vix oculis conspicuis; tamen adhærent vestimentis. *Flores* duo, sessiles, æquales, hermaph. in fundo involucri, calyce & corolla propria instructi: quod a charactere Elymi omnino distat. *Calyx*, gluma bivalvis, corollæ æqualis, mutica, convexa. *Corolla*, gluma bivalvis, convexa, mutica. *Stamina* 3. *Pistilla* 2 villosa. *Semen* unum, cui corolla adhæret, non adnata. Gramen spicatum; rachis undulata.

Videtur *novum Genus* posse constituere, cujus *character* erit: *Spiculis multifloris; receptaculi elongati dentibus insidentibus*; *involucro monophyllo, ciliato, bifloro; calyce proprio biglumi, unifloro*; *corolla biglumi.*

Menejræ. Arab. *Höbb el adjais:* quod nomen imponitur Lappaceis tantum non omnibus.

90. ELYMUS SUBULATUS; *spiculis unifloris, distichis, alternis, appressis, spicam subulatam formantibus.*

Calyx corolla major, unilateralis. Cæterum totus character novitatis cum præcedente communis.

Alexandriæ ad margines agrorum. Init. April.

TRITICUM.

91. TRITICUM BICORNE; *calycibus striatis, bicornibus, trifloris; floscułis lateralibus fertilibus, aristatis, medio sterili.*

Alexandriæ Apr. init.

92. TRITICUM SPELTA; α) *villosum.* *Alexandriæ* fine Apr. maturum. *Qamh.* قمح *Hunta.* حنطه Sæpe in eodem arvo seritur cum *Trifolio alex.*

In quavis spicula utrinque flos hermaph. fertilis, aristatus: in medio 1 vel 2 abortientes masculi, vel neutri.

Variat a) *Glumis villosis*, spicis ovato-oblongis, sesquipollicaribus. Arab. *Qamh næajghe.*

b) *Gl. subvillosis*, spicis linearibus, bipoll. ferruginescentibus, aristis subciliatis; sæpe basi introrsum nigris.

Arab. *Qamh m'ghæjir.*

93. TRITICUM SPELTA β) *glabrum*; *glumis glaberrimis*; *spicis linearibus, albis, bipollicaribus & ultra.*

Arab. *Qamh ſtæjri.* An varietas prioris, vel nova species, determinare non sustineo.

94. TRITICUM ÆGILOPOIDES.

Obs. Gramen hoc circa Alexandriam non infrequens fine mensis Martii. Flores masculos nunquam indagare valui. Facies & structura Ægilopis: nec multum abludit a Tritico; quamvis sub ejus nomine vix venire potest. Neque inter species Triticeas habitat. Ab Ægilope dirimitur, quod Calyce gaudet bivalvi, non bipartito; quodque latera spiculæ ambiat, nec corollæ contrarius.

Aliquando *Radices* vidi, hujus, ut puto plantæ, quæ propaginibus bifariam imbricatis & ensiformibus; tam perfecte siccas serpentes referebant, ut nihil similius.

GRA-

GRAMINA AMBIGUA.

95. PANICUM POLYGAMUM; novum Genus? Si adeſſent ſtyli duo & Calyx bivalvis, ſub genere Panici militaret.

DESCR. *Culmus* digiti longitudine, enodis, glaber, ſtriatus, fili craſſitie. *Calyx* univalvis, planus, corolla duplo brevior, muticus, biflorus. *Flores* ſeſſiles, mutici. *Maſc.* corolla biglumi: gluma exteriore majore, convoluta. Stamina 3. *Herm.* corolla biglumi; ſtam. 3. *Stylus* unicus, albus, lineari-ſubulatus, compreſſus, villoſus, corolla longior; intra corollam geniculo inflexus. *Stigma* ſimplex, acutum. *Foliorum* vaginæ laxæ, glabræ: laminæ planæ, glabræ, baſi barbatæ. *Involucrum* ſub ſpicula ſetis pollicaribus 18, baſi hirſutis.

In pratis verſus *Taæs* parcius.

96. ANDROPOGONOIDES; Arab. *Esham* اسحم vel *Auvid* quod nomen eſt pluribus graminum ſpeciebus commune. *Hadie.*

Spicæ ſecundæ terminales. *Spiculæ* obcordatæ. *Calyx* triflorus, gluma bivalvi. *Corolla* bivalvis; altera ariſtata, majore, obtuſiſſima. *Culmi* ramoſi.

97. GRAMEN; *ſpicis* digitatis, linearibus 4, 5. Spicularum ariſtæ ſemipollicares. *Calyx* bivalvis, inæqualis, corolla brevior. Unicum tantum vidi *floſculum* intra calycem. *Culmi* ramoſi. *Vaginæ* compreſſæ. *Folia* plana. Ad *Hadie.*

98. GRAMEN; *panicula* ſpiciformi. *Spiculæ* patenti-deflexæ; multifloræ, muticæ, inanes? interſperſæ ſpiculis aliis unifloris, fertilibus. *Calyx* bivalvis. *Corolla* bivalvis, bi-ariſtata. *Styli* duo.

Alexandriæ.

❖ ❖ ❖

NOVA GENERA.

TRISETARIA.

99. TRISETARIA *Digynia. Calyx bivalvis. Corolla tri-ariſtata.*

CHARACTER GENERICUS. *Calyx* gluma bivalvis, biflora, valvulis lineari-acuminatis, muticis, glabris, corolla longioribus; altera breviore. *Corolla* bivalvis, lineari-acuta: valvula *interior* planiuſcula, hyalina, brevior, mutica: *exterior* convexo-compreſſa, margine membranaceo, ariſta ex apice bipartita, duplo longiori; alia ex dorſo intra apicem ſimplici; triplo longiori. *Stamina* filamenta tria, filiformia. *Antheræ* incumbentes.

bentes. *Piſtillum*; *germen* parvum; *ſtyli* duo nudi; *ſtigmata* ſimplicia. *Pericarpium* nullum. *Semen* unicum.

Species. *Culmus* pedalis, erectus, baſi ramoſus, teres. *Folia* plana, tripollicaria, linearia, villoſa ut & *Vaginæ*. *Panicula* contracta, ſpithamalis. *Radix* annua. Unicum tantum ſpecimen vidi culmis pluribus.

Alexandriæ in peninſula *Rás - ettîn*. Florens poſt initium April.

ALTERNANTHERA.

100. ALTERNANTHERA; *caule repente; ramis oppoſitis; capitulis axillaribus ſeſſilibus; calycibus glabris.*

Descr. *Folia* oppoſita, ſubſeſſilia, lanceolata. *Florum* capitula albo-rufeſcentia; magnitudine piſi. *Capſula* compreſſa, obcordata, ſeu emarginata. Facies & floris partes omnes congruunt cum *Achyranthe*: ſed a) loco *ſtaminum* ♀ fertilium, vidi in omnibus floribus filamenta ſex; & eorum alterna ſine antheris. Unde planta evadit triandra; *Polycnemo* proxima. b) *Nectaria* achyranthi propria, horum ne veſtigia quidem detegere potui. Quare præſtat, me judice, inſociabiles ſeparare.

Roſettæ. Arab. *Hamel*.

DE-

DESCRIPTIONES PLANTARUM.

CENTURIA SECUNDA.

CLASSES IV. V.

TETRANDRIA. PENTANDRIA.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

GALIUM.

1. GALIUM APARINOIDES; *foliis senis, cuneiformibus, obtusis cum acumine, retrorsum aculeatis; geniculis æqualibus.*

DESCR. *Folia* scabra; 4 vel 6-na, non octona. *Genicula* non villosa. *Antheræ* 4, in quovis flore propendentes. *Fructus* hispidus. Facies *Galii aparin.*

Hadîe, in umbrosis. Arab. *Schebette.* شبطه vel *Schöbodh bodha.*

CRUCIANELLA.

2. CRUCIANELLA HERBACEA; *foliis senis quaternisve, linearibus, liberis; floribus bracteisque æqualibus.*

DESCR. Character convenit cum *Crucianella marit.* Sed hæc est fruticosa; *nostra* herbacea. *Illius folia* lanceolata, connata, conferta; *nostræ* libera, linearia. *Maritimæ flores* bracteis duplo longiores; in *nostro* flores oppositi; bracteæ confertæ; utriusque vero flores quinque-fidi.

Alexandriæ; initio Aprîl.

PLANTAGO.

3. PLANTAGO DECUMBENS; *foliis linearibus, superne hirsutis; scapis decumbentibus, villosis; spicis ovatis, erectis.*

DESCR. *Folia* tripollicaria; unguem dimidium lata, supra hirsuta, subtus villosa. *Scapi* filiformes, decumbentes, bipollicares, foliis breviores, subvillosi. *Spicæ* ovato-oblongæ, erectæ, glabræ. *Petalorum* laciniæ subrotundæ. *Calyx* glaber.

In desertis *Káhirinis* frequens. Arab. *Lóknet en nági.* لقمه النعجي i. e. *pabulum ovium.*

4. PLAN-

4. PLANTAGO CYLINDRICA; *foliis linearibus utrinque hirſutis; ſpicis cylindricis ſubcurvis; corollis lanceolatis.*

DESCR. *Folia* ſpithamalia, utrinque hirſuta. *Scapi* teretes, diffuſi, hirſutie albicantes, foliis breviores. *Spicæ* cylindricæ, tripollicares, ſæpe ſcapi longitudine; ſæpe incurvatæ, vel ſurgentes. *Calyces* apice hirſuti. *Corollæ* laciniæ lanceolatæ.

5. PLANTAGO OVATA; *foliis linearibus, utrinque hirſutis; ſcapis erectis, hirſutis ſpicis ovato-oblongis; corollis ovatis.*

DESCR. Priori perſimilis præſertim quoad folia. *Scapi* magis erecti, foliis longiores. *Spicæ* vix pollicares, ovato-oblongæ. *Flores* conferti. *Calyces* apice hirſuti. *Corolla* latiſſima, cordato-acuta; qua nota maxime differt a priori ſpecie.

Hæ tres Plantaginis ſpecies Scapo gaudent nudo. Charactere videntur *Pl. alpinæ*; cum qua facile confundentur, niſi adæquata deſcriptio limites conſtituat.

Alexandriæ; init. Aprilis.

6. PLANTAGO CRASSIFOLIA; *foliis carnoſis, ſemiteretibus, linearibus, ciliatis, baſi nudis.*

A *Plant. maritima* vix differt, niſi foliis, baſi nudis. *Scapi* teretes, villis appreſſis. *Spicæ* cylindricæ, bipollicares.

Alexandriæ.

SCOPARIA.

7. SCOPARIA TERNATA; *foliis lanceolatis, apice ſerratis; ramis ternatis; nectario villoſo.*

DESCR. *Caules* annui, bipedales, a radice ramoſi, erecti, ſexcarinati, glabri. *Rami* ternati, axillares; ſeſquipollicari ſpatio remoti. *Folia* verticillata, lanceolata, baſi attenuata (nec alio petiolo) obtuſa, vix pollicaria, baſi integra, apice ſerrato-inciſa, plana, erecta, nuda. *Pedunculi* per omnes ramulorum axillas, terni cum foliis, capillares, erecti, uniflori. *Calyx*, perianthium ſæpe 4-phyllum, perſiſtens, glabrum. *Corolla* monopetala, rotata, quadrifida, alba, laciniis ovato-obtuſis. *Nectarium*, ſeu tubus Corollæ ad baſin intus veſtitur hirſutie velut annulo villoſo. *Stamina* 4 erecta. *Piſtillum* unum: *germen* ſubgloboſum. *Stylus* filiformis, germine ſeſquilongior. *Stigma* æquale; non acuminatum, nec dilatatum. *Capſula* unilocularis, polyſperma, ovata: maturam non vidi; an bivalvis? Synonyma in Spec. Pl. LINN. *Scopariam Americ.*

Americ. in multis ſimilem huic noſtræ dicunt: ſed *Gen. Pl.* ſilent. Nectarii formam.

Prope Gomfodam. Arab. *Dfar.*

CISSUS.

8. CISSUS ARBOREA; *foliis oblongis, integris, craſſis.*

DESCR. *Arbor ramis* debilibus, recurvis, teretibus. *Folia* oppoſita; petiolo tereti, ſuperne planiore; lamina craſſa, oblonga, acuta, glabra, integra. *Pedunculi* ramorum terminales, brachiatim paniculati. *Flores* ſeſſiles, ſeu ſpicati. *Perianthium* 1-phyllum, campanulatum, 4-dentatum, erectum, perſiſtens. *Corolla* monopetala, quadripartita, prorſus revoluta, viridis, laciniis ovalibus, ſemimarcida, adhærens baſi fructus. *Piſtillum*: *Germen* globoſum, ad medium undique clauſum corolla calyceque. *Stylus* nullus. *Stigma* planum, orbiculatum, membranaceum. *Stamina* filamenta 4, ſubulata, erecto-patentia, inſerta juncturæ corollæ & germinis. Antheræ ſimplices, incumbentes. *Pericarpium*, bacca, monoſperma, ſeſſilis, piſo major; vel flava, vel nigra: baſi cincta calyce & corolla marcida. *Semen* unicum in medio.

Surdûd. Arab. communiter vocatur *Redif.* ردیف Ad *Dahhi*, *Rak* راک Ad *Uahfad* arbor dicitur *Örk* ارک fructus *Kebath.* کباث

In magno eſt pretio. Fructus maturus edulis. Folia contuſa imponuntur tumoribus *Uarm* dictis & bubonibus *Riahl.* Sed *vis antitoxica* adeo famoſa, ut carmine quoque celebretur. *)

TOMEX.

9. TOMEX GLABRA; *foliis ovatis, glabris; ſtaminibus baſi connatis.*

DESCR. Arbor maxima. *Rami* teretes. *Folia* oppoſita, petiolo tereti, verſus baſin craſſiori, flaveſcente: lamina ſæpe bipollicari, plana, ovata, coriacea, utraque extremitate acuminata, integra, glabra. *Pedunculi* ramulorum terminales, ex ultimis axillis prodeuntes, brachiati, conferti, paniculati, nudi, floribus ſpicatis. *Calyx* perianth. monophyllum, quadridentatum, ſubventricoſum, urceolatum, viridi-albeſcens, dentibus patentibus. *Corolla* 4-petala, alba, lineari-lanceolata, baſi erecta, limbo patente, calyce duplo longiori. *Nectarium*: ſquamæ quatuor erectæ, carnoſæ,

---

*) اراق البنات يطلع نبات مدور
يبع ثبات من الرجال الكملي

carnoſæ, ſuborbiculatæ, retuſæ, extus uniſulcatæ, ſingulæ inter petalum & ſtamina, triplo breviores filamentis, virides. *Stamina: filamenta* 4, erecta, ſubulata, alba, baſi connata in tubum quadrangularem, (quod Monadelphiæ proprium eſt.) *Antheræ* erectæ, lanceolatæ, albido-flavæ, longitudine filamentorum. *Piſtillum: Germen* ſuperum, cylindrico-ventricoſum, viride; calyce duplo brevius. *Stylus* albidus, germine anguſtior & duplo brevior. *Stigma* bilobum, capitatum. *Pericarpium*, ovale, tuberculoſum, carnoſum, viride, pollicare, intus refertum ſueco viſcido, inſipido, violaceo, ſemen continente. *Semen* unicum ovato-oblongum, carnoſum, viride, coryledonibus refertum ut faba. *Fructus* edulis.

Surdûd; frequens. Arab. *Dober*. An novum genus?

CORNUS.

10. CORNUS SANGUINEA.

Descr. *Caulis* arboreus. *Pedunculi* paniculati, terminales, ſubcorymboſi. *Folia* oblonga, tripollicaria, oppoſita, plana, integra, obtuſa; petiolo tereti, ſemipollicari. *Petala* alba, revoluta. *Stylus* bis bifidus. *Fructus* inferus, ruber; Drupa, nuce biloculari; fere pollicaris.

Ubique per *Temen*. Lohajæ *Gharaf* غرف Surdûd, *Onneb*. Hadîe *Eſchell* vel *Sehali*.

Uſus varius. In *Cephalalgia* folia hujus arboris ſimul cum foliis *Daturæ metel.* contuſa, fronti applicantur.

Gluten e baccis paratur Beit el fakîh.

Lignum tenax & ſolidum eſt; ideoque ad opera *fabrilia* utile.

In *arte pyrophora*, qua ignis frictione elicitur, obicis vicem præſtat.

Fructus pueris edulis; tamen nimis æſtuans, quod & ipſe aliquoties expertus ſum.

❖ ❖ ❖

NOVA GENERA.

SÆLANTHUS.

11. SÆLANTHUS QUADRAGONUS; *caule articulato, dichotomo, tetragono; foliis carnoſis, cordatis, ſerratis, ſemicomplicatis.*

Descr. *Caules* perennes, tetragoni, carnoſi, glabri, virides, articulati, dichotomi, farti. *Articuli* bipollicares, rectiſſimi; per genicula undulatim divaricati, geniculis anguſtatis. *Folia* ad genicula alterna.

Petiolus quadragonus. *Lamina* cordata, tripollicaris, carnosa, rigida, semicomplicata, leviter revoluta, serrata, acuminata, glabra, sub-venosa. *Cirrhi* filiformes, tripollicares, oppositi foliis. *Pedunculi* oppositi folii, terminales, teretes, glabri, bis terve umbellati, involuero nullo. *Flores* pedicellati. *Calyx* germini impositus, quadriphyllus, apice cavus, deciduus. *Corolla* nulla. *Stamina*: *filamenta* quatuor, erecta, filiformia, brevia, calyci opposita. *Antheræ* oblongæ, incumbentes. *Nectarium*; annulus elevatus extra pistillum; ejusque margini exteriori filamenta inserta. *Pistillum*; *Germen* ureeolatum sub calyce. *Stylus* filiformis, filamentis dimidio brevior. *Stigma* acutum. *Pericarpium*; bacca ovalis, tubereulata; matura rubra; nuce minor. *Semen* unicum, nigrum, cortice membranaceo.

In sylvis *Arabiæ felicis* vulgaris; scandens frutices, & cirrhis se affigens. Novum hoc Genus constituo, denominatione sumta a nomine Arab. *Sæla* سلع Facies in multis convenit cum *Elæagno*, in pluribus discedit. Venenatum putant incolæ Morenses; linguam manusque urente dolore afficit. Sectus caulis, aquam copiose emittit.

Variat α) *angulis setis hispidis*. Arab. *Dakari*; id est: *mas*.

β) *angulis nudis*, *glabris*. Arab. *Entai*; id est: *fœmella*.

Solent Arabes spinæ dorsi dolore laborantes, hujus Sælanthi caules nocte sibi substernere.

12. SÆLANTHUS GLANDULOSUS; *foliis serrato-dentatis*; *pedicellis & calycis basi glandulosis*.

DESCR. Facies præcedentis. *Caules* teretes. *Folia* opposita, sesquipollicaria, ovato-acuta, serrato-dentata, subspinosa: lateribus incurva, carnosa, rigida: petiolo semipollicari, subtus tereti, supra plano. *Stipulæ* sub singulo folio deflexæ, lanceolatæ, carnosæ, margine membranaceæ. *Cirrhi* vel oppositi folii, vel laterales inter folia opposita ex geniculo exeunte *Pedunculi* cymosi. Flores albo-virides. Bacca ovalis, rubra, mollis, edulis. *Pedicelli* & calycis basis glandulis hispidi: quod in priori non: & hujus *Stamina* appressa Stylo. *Nectarium* in 4. lobos divisum ad insertiones filamentorum.

Simul cum priore non infrequens. Radices tuberosæ; vocantur Arab. *Mimiæ*; erudæ gustatæ dulces in principio, postea ardentem in lingua saporem relinquunt.

13. SÆLAN-

13. SÆLANTHUS DIGITATUS; *foliis inferioribus palmatis quinatis; superioribus ternatis; omnibus petiolo communi ſuſtentatis.*

Fructus capſula 4-valvis, 4-ſulcata, globoſa, villoſa.

Cum præcedente habitat, cui falſo adſcribitur nomen *Hælvæk* حلوق quod huic competit. Folia cocta acida evadunt, febricitantibus utilia.

14. SÆLANTHUS ROTUNDIFOLIUS; *foliis cordato-orbiculatis, ſerratis.*

DESCR. *Caules* teretes. Geniculorum baſis incraſſata. *Paniculæ* oblongæ, dichotomæ. *Folia* carnoſa, incurva, obtuſa, ſubrotunda. *Fructus* drupa. *Semen* unum.

Surdûd, frequens. Arab. *Hælæs* حلص vel *Halka*. Folia cocta edulia, ſed valde aceſcunt. Nec ſtipites, neque radices eſculentæ.

15. SÆLANTHUS TERNATUS; *foliis ternatis, complicatis, ſerrato-dentatis.*

DESCR. *Caules* ſcandentes, penna anſerina craſſiores, ramoſi, teretes, ſulcis hyalinis, longitudinalibus, glabris, articulatis. *Articuli* bipollicares; geniculis craſſis. *Folia* alterna, ternata; petiolo communi nullo; *propria* ex eodem loco exeunt ſemipollicares, caule anguſtiores; ſuperne plani, ſubtus longitudinaliter ſulcati. *Foliola* ſubæqualia, tripollicaria, ovato-acuta, baſi cordata, groſſe ſerrata, marginibus inflexa, non plana, craſſa, rigida, glabra. *Stipulæ* ad ſingulam foliolorum trigam binæ, patenti-recurvæ, ovato-acutæ, margine interiore rectiore, ſemipollicares, glabræ. *Cirrhi* oppoſiti foliis, bifidi, cum ſole torti. Flores non vidi; ſed tota facies eſt *Sælanthi digitati*, præter ſitum foliorum.

Prope *Hæs* in arvis. Arab. *Hanka* حنكء vel *Hankaja* حنكايه Folia cocta edulia.

RORIDULA.

16. RORIDULA. *Tetrandra, monogyna; foliis orbiculatis, ſetoſo-clavatis; ſtaminibus inæqualibus.*

DESCR. *Caulis* fruticulus diffuſus, teres. *Ramuli* virides. Petioli, folia & calyces hiſpidi *ſetis* albidis, apice capitulo flavo: ut in *Droſera rotundifol.* *Folia* vix remota, alterna, petiolo tereti: lamina ſubrotunda, patente, petiolo breviore, utrinque ſetis aciculi-formibus hiſpida; nervis tribus profundis. *Pedunculi*, axillares, petiolo paulo longiores, filiformes, rufeſcentes, hiſpidi, uniflori. *Calyx;* perianthium 4-phyllum, lanceolatum, erectum, viride, hiſpidum. *Corolla* monopetala, quadripartita, flava, laciniis lanceolatis, patentibus, calyce longioribus. *Stamina: filamenta* quatuor filiformia, rubra, corolla ſeſquilongiora, inæqualia: primum longius ſecundo: hoc duobus reliquis. *Antheræ* oblongæ,

ſimplices, erectæ, flavæ. *Piſtillum: Germen* cylindricum, calyce brevius, rubrum. *Stylus* inverſe ſubulatus, ruber, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex, craſſum. *Pericarpium*, capſula oblonga, polyſperma.

Prope *Sués* in valle *Moſbæla* verſus fontem *Bir*. Inter exempla perplurima, quæ characteres Claſſium Didynamiæ & Tetradynamiæ ex *Situ Staminum* labefactant, etiam hæc planta eſt; nihil enim magis fortuitum eſſe poteſt, quam diverſi filamentorum excreſcentia. Facies floris a Didynamia prorſus abludit.

PTERANTHUS.

17. PTERANTHUS. *Monogynia; calyce nullo; petalis oppoſitis alatis.*

Descr. *Caules* decumbentes, interdum pedales: articulis pollicaribus: geniculis incraſſatis: inferne trichotomi; teretes; dein dichotomi, quadragoni carinis quatuor ſerrularis, baſi craſſiuſculi. *Folia* verticillata, 5, 7. & plura inæqualia: maxima pollicaria: linearia, obtuſa, craſſa, plana, glabra. *Pedunculi* terminales, dichotomi, verticillarim foliati ad geniculum. In medio cujusvis dichotomiæ receptaculum florum ſeſſile: ultimæ dichot. receptacula lateralia abortiva, quorum medium ſeſſile, pedicellatum. *Receptacula* florum ovata, compreſſa, villoſa, ſtriata, ad utrumque marginem tricarinata, apice floriſera: intus aperta, vacua. *Flores* tetrapetali, inferi; in apice receptaculi ſeſſiles: unus in medio; ad utrumque latus terni. *Flos medius*, compreſſus cordatus, receptaculo contrarius, vel crucis forma ei oppoſitus. *Calyx* nullus. *Petala* 4, villoſa, conniventia, perſiſtentia: duo oppoſita exteriora baſi introrſum excavata, dein ſurſum dilatata in *alam* verticalem, duplo longiorem, ovalem, medio viridem, margine hyalino albam: apice emarginatam cum hamo curvo. Petala duo reliqua oppoſita, interiora minora, lanceolata; quousque germen claudunt intus excavata: dein terminata corniculo compreſſo, viridi, apice hamo curvo. Corollæ longitudo receptaculo minor. *Stamina*: *filamenta* 4, ad medium petalorum ſurgentia, erecta, ſetiformia, longitudine cavitatis corollæ, baſi connata in vaginam brevem, vix conſpicuam. *Antheræ* parvæ; didymæ, erectæ, albæ. *Piſtillum*: *Germen* ſuperum, globoſum, compreſſum, filamentis triplo brevius. *Stylus* filiformis. *Stigma* bifidum, divergens infra antheras. *Pericarpium* germine enato, albido, ovato. *Semen* nudum, flore perſiſtente cinctum. *Florum* lateralium medius ſolus frugifer, receptaculo parallelus, cordatus, cum flore oppoſito laterali cor inverſum faciens, floti medio ſimilis; tantum unico petalo extrorſum ſpectante alato: reliquis tribus lanceolatis: flos hermaphroditus, frugifer. Ad latera florum lat. rudimenta *novi floris* & dichotomiæ, conice imbricata, brevia.

An Tetrandria, monogynia, incompleta, infera; vel *Monadelphia*, tetrandria?

In deſertis *Kâhirinis* floreus; initio Mart. 18. SCE-

SCEURA.

18. SCEURA. *Tetrandria*, *monogynia*, *monopetala*, *infera*, *monoſperma*.

Character genericus. *Calyx*; perianth. corollæ fere longitudine, urceolatum, imbricatum, rigidum, perſiſtens: laciniis 8 rigidis, convexis, viridibus, tribus infimis brevioribus, rotundis, velut calycem peculiarem conſtituentibus: 5 interioribus, longioribus, ciliatis. *Corolla* infera monopetala, campanulata, rigida, limbo quadrifido, patente, ovato, tubo latera germinis cingente. *Stamina; filamenta* 4, brevia, filiformia, erecta, inſerta corollæ ſub fiſſuris limbi. *Antheræ* ad apicis latus interius ſubrotundæ, compreſſæ, didymæ, filamentorum longitudine. *Piſtillum: Germen* ovato-oblongum, villoſum; baſin tubi corollæ implens. *Stylus* germine anguſtior, duplo brevior, flavus, lævis, filiformis. *Stigmata* 2, curva, longitudine ſtyli, filiformia, obtuſa. *Pericarpium* nullum. Ad baſin feminis parva *coronula* ex calyce perſiſtente; ſupremis 5 laciniis fructui incumbentibus; reliquis 3, calycem formantibus urceolatum. *Semen* unicum, magnum, compreſſum, ovato-mucronatum, margine convexum, tomentoſum: cute carnoſo-coriacea; interne cotyledonibus duobus, carnoſis, rigidis, verſus eundem marginem complicatis, uno extra alterum; punctatis, reniformibus: ad baſin plumula cylindrica; baſi hirſutie, alba, longa: corculo bifolio, lineari-lanceolato, baſi hirſuta.

Species. Sceura marina; *foliis lanceolatis*, *integris*; *floribus fulvis*.

Descr. *Caulis* ſæpe arboreus, cortice lævi, olivaceo; interdum frutex altitudine ſex ulnarum, craſſitie brachii. *Rami* brachiatim oppoſiti, foliis articulis bipollicaribus, verſus apicem brevioribus; teretes, quadrangulares, geniculis craſſioribus. *Folia* ad genicula oppoſita: *petiolo* viridi-flavo, utrinque convexo, lateribus marginato: *lamina* lanceolata, integra, acuta, plana, nitida, rigida, viridi. *Pedunculi* terminales, ex ultimis ramorum axillis, tomentoſi: articulati. *Flores* ſeſſiles, ſolitarii, oppoſiti; bractea lanceolata, flava, calyce longiori. *Corolla* fulva: poſt floreſcentiam nigra, decidua. *Fructus* viridi-flaveſcens, amygdalo immaturo ſimilis.

Arab. *Schura*. شورى Maſcatenſibus *Germ* قرم *Proteæ* paucis accedit notis; non vero ad perfectam ſimilitudinem.

Frequens in Inſulis & littoribus *Maris rubri*, denſa creſcit ſylva, ut alneta borealis orbis. Fructus non edulis. Lignum in foci uſus. Folia pabulum præbent Camelis, aſinis, ovibus. Arabes narrarunt, Semen in arbore dehiſcere & cotyledones nudos emittere: quod vix credibile mihi videtur.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

HELIOTROPIUM.

19. HELIOTROPIUM EUROPÆUM.

DESCR. *Folia* vix tomentosa. *Floris* faux non clausa. *Stigma* medio incrassatum & annulo velut cinctum. *Caulis* fere diffusus.

Mór. Arab. *Kerir.* In Ægypto vocatur *Sackrân*; id est: *ebrius*; putant enim hominem folia hujus plantæ edentem vertigine corripi.

20. HELIOTROPIUM FRUTICOSUM. Arab. *Haschse.*

Spicæ plurimæ. *Folia* hispida.

21. HELIOTROPIUM CURASSAVICUM.

Folia lineari-lanceolata, glabra.

22. HELIOTROPIUM BACCIFERUM; *caule frutescente, prostrato; foliis oblongis, hispidis, margine reflexis.*

DESCR. *Corollæ* tubus flavus, calyce duplo longior; limbus albus; faux nuda. *Stylus* medio incrassatus & annulo lato circumdatus sub stigmate, quod bifidum est. *Semina* intra baccam quadrangulatam, umbonatam.

Lohajæ. Arab. *Haschsa.*

23. HELIOTROPIUM OVALIFOLIUM; *caulibus decumbentibus; foliis oblongo-ovalibus, integris petiolatis.* *Hadie.*

Stylus annulatus. Dentes nulli in fauce.

LITHOSPERMUM.

24. LITHOSPERMUM HISPIDUM; *caule procumbente, foliis lanceolatis, sessilibus, undato-dentatis; spicis terminalibus, secundis.*

DESCR. *Radix* perennis, lignosa. *Caules* annui, prostrati, pedales, setis hispidi, versus apicem dichotomi, ad basin ramulosi. *Folia* alterna, pollicaria, sessilia, lanceolata, linearia, rigida, margine undulata, dentata. *Pedunculi* dichotomi, spicati, caulis & ramorum terminales, ante florescentiam revoluti. *Flores* secundi, conferti. *Calyx* hispidus. *Corolla* alba, calyce

calyce longior, plicata, obtusa. *Germina* 4. *Stylus* conicus. *Stigma* conicum, album, basi dilatatum; apice bidentatum.

In desertis *Káhirinis*. An *L. tinctorium?* Sed folia non tomentosa, nec flores punicei. cfr. *Spec. Pl.*

25. LITHOSPERMUM HELIOTROPIOIDES; *caule procumbente; foliis petiolatis ovalibus, subrepandis, spicis terminalibus & lateralibus.*

DESCR. Priori proxime affinis. Uterque stylo incrassato & facie *Heliotropii*, sed huic fauces apertæ. *Caulis* procumbens, ramis alternis, binis propioribus. *Folia* petiolo brevi; lamina ovali, obtusa, utrinque villosa, venis simplicibus, remotis. *Pedunculi* bipollicares, spicati, terminales, laterales, inserti supra axillam semipoll. & inde ad axillam decurrentes. *Calyx* hispidus: non 5-partitus, ut in aliis Lith. sed quinque-dentatus. *Corolla* alba, acuminata, vix calyce longior. *Antheræ* filiformes. *Germina* 4. *Stylus* flavescens; medio incrassatus & velut annulo viridi cinctus. *Stigma* conicum: forte bifidum. *Semina* lævia, oblonga.

Káhiræ florens initio Junii, inter Cucumeres.

26. LITHOSPERMUM CILIATUM; *foliis ovato-lanceolatis, tomentosis, aculeato-ciliatis.*

DESCR. *Corolla* violacea, calyce longior, tubo cylindrico, fauce aperta. *Calyx* 5-partitus, deciduus. *Caulis* aculeis hispidus. *Semina* parva, nigra, basi calycis circumnata forma cyathi. *Folia* brevissima.

Ad *Canales Káhirenses.*

27. LITHOSPERMUM ANGUSTIFOLIUM; *seminibus lævibus; corollis calyce triplo longioribus; caule diffuso; foliis lanceolatis.*

DESCR. *Radix* perennis, lignosa. *Caules* plurimi, ½. spith. diffusi, alborufescentes, undique hispidi, setis rigidis, fragilibus, magnis, albis, patentibus; apice parum ramosi. *Folia* erecta, patentia, superiora pollicaria, lanceolata, sessilia, alterna, undique setis rigidis hispida, maxime subtus ad marginem. *Pedunculi* spicæ terminales secundæ: ante florescentiam revolutæ, floribus alternis, singulis ad latus exterius bractea folii-formi suffultis, parum remotis. *Calyx* longitudine unguis, setosus. *Corolla* incarnata, calyce triplo longior, tubo filiformi, villoso, apice inflato, limbo patente, violaceo, laciniis ovatis, obtusis, medio albis: deflorata corolla cærulea. *Antheræ* virescentes, tres ultra tubum prominentes. *Semina* ovato-acuta, lævia.

In desertis *Káhirinis*. Arab. *Halaimæ* حلايمة Characte*re Lithosp. Purp. cær.* sed nec repens, neque latifolium.

28. LITHO-

28. LITHOSPERMUM DIGYNUM; *foliis ovatis, margine reflexis, seminibus villosis.*

DESCR. *Fruticulus* pedalis, diffusus: ligno tenaci; unde evenit, ut ramuli emortui spinas mentiantur. *Rami* teretes, basi læves, medio scabri, apice hispido-tomentosi. *Folia* alterna, sessilia, ovata, laterali margine reflexa, nutantia, villosa, scabra, superne profunde venosa, subtus iisdem venis valde elatis. *Stipulæ* duæ lanceolatæ, patentes, scabræ, foliola aliquot fasciculata in quavis axilla foventes. *Pedunculi* ramorum terminales, conjugati, secunde spicati, aphylli; ante florescentiam involuti. *Calyx* perianth. monophyllum, 5-partitum, erectum, hispidum, laciniis lineari-lanceolatis, corollæ dimidio paribus. *Flos* viridis, apice albido-flavus. *Corolla* monop. basi cylindrica, angusta; superne oblongo-urceolata, terminata laciniis lanceolatis 5, glabris, supra singulas antheras inflexis. *Filamenta* corollæ adnata. *Antheræ* sessiles in corolla, faucem totam claudentes. *Germina* 4 in globum connata. *Stylus* filiformis, filamentis brevior. *Stigma* capitatum, bipartitum, basi callosum, apice villosum: an ergo Digyna? *Pericarpium* nullum. *Semina* 4, nuda, intus plana, extus convexa, hirsuta.

In desertis montosis *Kâhirinis*, rarius. Initio Mart. lætissime florens, laciniis corollæ expansis, patentibus. Ar. *Roghlæ*. رغلة *Nætafj* نتش

ANCHUSA.

29. ANCHUSA HISPIDA; *pedunculis axillaribus brevibus; caule retrorsum hispido; foliis inferioribus petiolatis.*

DESCR. Annua; *Caule* diffuso, spithamali, ramoso; villis retroflexis hispido. *Folia* petiolata hispida. *Bracteæ* ad florum exortum, sessiles, ovato-lanceolatæ; hirsuto-hispidæ, margine setis longioribus ciliatæ. *Calyx* extus hirsutus. *Flores* violacei, infundibuliformes, vix calyce longiores; fauce clausa 5 fornicibus: laciniæ corollæ ovali-obtusæ: quo signo differt a *Myosotide*. *Semina* lævia.

In desertis *Kâhirinis*.

30. ANCHUSA FLAVA; *caulibus procumbentibus; pedunculis lateralibus decurrentibus ad axillas.*

DESCR. *Radix* perennis. *Caules* prostrati, cubitales, teretes, ramis axillaribus, setis rigidis patentibus hispidi. *Folia* lanceolata, hispida, setis magnis rigidis remote-ciliata, sessilia, basi attenuata. *Pedunculi* laterales, folio oppositi, sæpius affixi lateri paulo inferius, decurrentes ad axillam inferiorem: superne leviter incrassati, hispidi: interdum breviores,

ut

ut appareant axillares. *Flores* ſolitarii. *Calyx* quinquepartitus, hiſpidus; dum fructum cingit, tuberculis muricatus. *Corolla* pallide-flava, tubo cylindrico, limbi laciniis rotundis, obtuſis. Faux clauſa dentibus 5 vireſcentibus, eminentibus, apice refractis, inſtar proboſcidis muſcæ. *Antheræ* cæruleæ. *Semina* compreſſa, longitudinaliter rugoſo-dentata, baſi conſtricta, erecta.

Alexandriæ ad ſegetes. Arab. *Sjubbaſta* vel *Dabbûna*.

31. ANCHUSA SPINOCARPOS; *floribus parvis, albis; fornicibus* 5 *ſupra antheras.*

DESCR. *Caules* diffuſi, ſcaberrimi. *Folia* vix pollicaria, linearia, villoſa, mollia. *Corollæ* laciniæ non emarginatæ. *Stigma* capitatum. *Semina* extus muricato-ſpinoſa; usque ad apicem cum rachi cohærentia.

Alexandriæ.

32. ANCHUSA TUBERCULATA; *ſeminibus tuberculatis.*

DESCR. *Caulis* proſtratus. *Folia* lanceolata, hiſpida. *Spicæ* folioſæ. *Corollæ* laciniæ obtuſiſſimæ, non emarginatæ; cæruleæ. Fornices faucis 5. *Alexandriæ*.

CYNOGLOSSUM.

33. CYNOGLOSSUM LANCEOLATUM; *foliis lanceolatis, baſi attenuatis, pubeſcentibus, ſcabris; ſtaminibus corolla brevioribus.*

Hadîe. Arab. *Schenaf*. شنف

34. CYNOGLOSSUM LINIFOLIUM. Arab. *Hâuſcheb*. حوشب *Kurmæ*.

Caulis ſpithamalis. *Flores* cærulei, ſtaminibus incluſis.

BORAGO.

35. BORAGO VERRUCOSA; *foliis verrucoſis; verrucarum ſetis rigidis, pungentibus.*

DESCR. *Calyx* prismaticus. *Antheræ* longis ſetis terminatæ. *Semina* extus plana, emarginata, ſerrata.

Káhiræ. Arab. *Luſſeq* لسيق vel *Höreig*. حريق An *Borago Afric.*?

ECHIUM.

36. ECHIUM RUBRUM; *flore rubro; foliis tuberculato-ſetoſis.*

Flores pallide-rubri, calyce ſeſquilongiores. *Caules* & *Folia* valde muricata tuberculis confertis, albis; *ſeta* alba, rigida terminatis.

Alexandriæ. Arab. *El kahæli.* الكحيله

Radix & Cortex nitent colore intenſe rubro, qui cutem pulchre tamque tenaciter tingit, ut non ſine difficultate abluatur; quapropter Coſmeticum præbet excellens.

37. ECHIUM CRETICUM?

Caules herbacei, ſurgentes. *Flores* rubro-violacei. Tota planta valde hiſpida.

Prope *Taæs.* An *Echium cret.* hæſito; vel idem cum Echio in Ægypto mihi oblato nomine *Kibdet el ard?*

PRIMULA.

38. PRIMULA VERTICILLATA; *floribus verticillatis*; *foliis lanceolato-ovatis, ſerratis, petiolatis, ſubtus farinoſis.*

DESCR. *Folia* tantum radicalia, una cum petiolo fere pedalia: petiolo verſus baſin latiori, utrinque alato folio continuato. Lamina lanceolato-ovata, ſpithamalis, baſi integra, dein inæqualiter ſerrato-dentata, ſupra viridis, ſubtus farina alba. *Scapus* bipedalis, teres, farinoſus, ſeſquipedali ſpatio a baſi nudus, dein floriferus, verticillo uno flores 4, 6; deinde umbella terminali florum plurimorum. *Bracteæ* ſub ſingulo floris pedicello, ſeſſiles, farinoſæ, in verticillo infimo majores, lanceolatæ, apice ſerratæ. In Verticillo ſuperiori & in umbella terminali minores, lineari-lanceolatæ, integræ. *Pedicelli* floris filiformes, erecti, farinoſi, bractea ſuffulti. *Calyx* campanulatus, erectus, 5-partitus, laciniis lanceolatis, utrinque farinoſus. *Corolla* flava; tubo ſtriato, apice arctato, fauce pervia: limbus planus: laciniæ 5 ovatæ, emarginatæ.

In monte *Kurma* ad rivulos aquarum. Odor *Primulæ veris.*

OPHIORRHIZA.

39. OPHIORRHIZA LANCEOLATA; *foliis lanceolatis.*

DESCR. *Caules* annui, pedales, villoſi, brachiati, erecti. *Folia* poll. remota, oppoſita, patentiſſima. *Petiolus* brevis, villoſus, ſupra planus, apice alatus ex continuato folio, cum quo ad baſin connatus *Lamina* tripollicaris, lanceolata, integra, pubeſcens, rachi utrinque & venis ſubtus villoſis. *Pedunculi* ex axillis ſuperioribus ſolitarii, erecto-patentes, anguſti, villoſi, primum ſimplices, dein dichotomi, ramulis ſquamis filiformibus ſuffultis *Stipulæ* inter folia utrinque 3, filiformes, erectæ, breves. *Flores* ſeſſiles, capitati. *Calyx* baſi ureeolatus, apice 5-fidus; laciniis lineari-lanceolatis, erectis; exterioribus duabus latioribus, longioribus,

gioribus, tribus ſuperioribus minoribus. *Corolla* infundibuliformis, ſupera, longa. *Tubus* ſurſum craſſior, piloſus, cinereus, erectus. *Limbus* 5-partitus, patens, laciniis lanceolatis, planis, ſubtus villoſis, violaceis, ſuperne albis, glabris. Faux aperta, intus villoſa. *Filamenta* corollæ adnata, ſummo apice libera. *Antheræ* lateri exteriori affixæ, erectæ, lineares, vix ad faucem pertingentes, vireſcentes. *Germen* tubo calycis adnatum, ſuperne planum, albidum, annulo & umbilico notatum. *Stylus* filiformis, tubo corollæ minor. *Stigma* duplex, filiforme. *Pericarpium:* calyx perſiſtens, tubo adnatus. *Capſula* bilocularis, quadrivalvis, polyſperma, ſupra plana, umbilico gibbo, bifido connivente. *Semina* parva, compreſſa, affixa receptaculo globoſo in quavis capſula.

In montibus altioribus *Hadie*, alibique.

Uſus radicis contra *Ulcera*, dum contuſa applicatur. Aliquot Arabes vocabant eam *Laaja*, ﻟﻌﺠﻰ quod genuinum & per totam regionem notiſſimum nomen *Ariſtolochiæ ſempervir.* quæ panacea gentis eſt contra morſus ſerpentum. An igitur paucis olim innotuit Ophiorrhizæ virtus antitoxica; unde idem nomen ob eandem proprietatem ambabus plantis impoſuerunt? Hodie enim Ophiorrhizæ & nomen & vis, inter nos tam famoſa, his in oris plane ignota eſt.

IPOMOEA.

40. IPOMOEA PALMATA; *foliis palmatis, lobis 5-lanceolatis, extimis bifidis; pedunculis dichotomis.*

Descr. *Caulis* volubilis. *Folia* alterna: petiolus longitudine folii, tripollicaris. *Stipulæ* binæ, foliiformes, palmatæ; lobis ſeptenis infimis bifidis; breviter petiolatæ; diametro medii pollicis, & ultra. *Pedunculi* axillares, ſpithamales, 1-2-3-flori: ubi autem læte excreſcunt dichotomi, ter diviſi, relicto ſemper in dichotomiæ *medio callo* cauliformi, truncato: interdum, raro tamen, in pedunculum uniflorum excreſcente. *Bractea*, ſeu Squama parva ovato-acuta, cuique pedunculo ſubjecta ad ſingulam dichotomiam. Extremi pedunculi uniflori, infra dimidium utrinque *gemmula*, velut rudimentum novæ dichotomiæ: impedita forte callo medio. *Calyx* 5-phyllus. *Corolla* 2. poll. longa & lata: violacea, opaca. *Tubus* nitidus, cylindricus: baſi coarctatus usque ad calycis longitudinem: inde ad limbi oram 5 carinis ſubularis, ſubtus canaliculatis, margine elatis, albis. *Stamina* inæqualia, tubo breviora. *Stigma* album, globo duplici, ſeſſili, ovato, transverſe ſtriato.

Roſettæ in hortis ſcandens & ſimul pulchre floribus ſuis violaceis illuſtrans arundines arboresque altiſſimas. Arab. *Sett el höſch.* Aliis *Öllach.* vel *Öllæa*; commune ſcandentium nomen.

Veſlingius hanc pinxit nomine *Convolvuli Ægyptiaci*; & LINN. eandem non mutavit ſtationem. An hæc: *Ipom. tuberoſa?*

41. IPOMOEA VERTICILLATA.

Flores terni, axillares, non conferti, nec numeroſi. *Capſula* 4-locularis. Tota planta villoſa.

Mör. Arab. *Shelli* vel *Toræha.*

42. IPOMOEA BILOBA; *foliis ſubrotundo-bilobis, integris.*

Caulis ſcandens. *Pedunculi* ſub-uniflori.

Ad *Zebîd.* Arab *Sokar.*

43. IPOMOEA SCABRA; *caule volubili*; *floribus axillaribus ſolitariis, cæruleis*; *foliis* 5-*lobatis, utrinque ſcabris.*

Calyces ſcabro-hirſuti; bracteis duabus oppoſitis, linearibus ſuffulti. *Stigma* capitatum; ergo non *Convolv. heder.* cujus faciem ſimulat.

Hadîe. Arab. *Scherdjedja.*

44. IPOMOEA AQUATICA; *foliis cordato-acutis.*

DESCR. *Caulis* in rivulis repens. *Folia* cordato-acuminata; baſi ſubdentata. *Flores* magni, violacei. *Pedunculi* biflori. *Petioli* tripollicares, folio duplo longiores; interdum æquales.

Ad *Zebîd.*

45. IPOMOEA TRIFLORA; *foliis cordatis, acuminatis, glabris*; *pedunculis trifloris.*

DESCR. *Pedunculi* ſolitarii, axillares, ſeſquipollicares, medio diviſi in tres pedicellos, quorum flores laterales ſæpe marceſcunt. *Folia* integra, ſeſquipollicaria; petiolo vix pollicari. *Corolla* pallide-flava, limbo indiviſo, pollicis diametro.

Hadîe. Arab. *Sotar.* صطر vel *Gaſchve.*

CAMPANULA.

46. CAMPANULA EDULIS; *foliis ovato-acutis, ſerratis, ſeſſilibus.*

DESCR. *Caulis* ramoſus, hiſpidus. *Calyx* fructus patens, ciliatus, ſinubus inter lacinias reflexis, in flore & fructu. *Capſulæ* obtectæ, terminales, pedun-

pedunculatæ. *Flores* pallide-cærulei, venis violaceis; variant interdum colore albo. *Radix* craſſa, ſapida; pueris edulis.

Kurmæ dicitur *Chobs el okab.* خبز العقب Hadîe *Riâm.*

HYOSCYAMUS.

47. HYOSCYAMUS datora; *caule villoſo; foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, ſubdentatis; floribus ſpicatis.*

Descr. *Radix* perennis. *Caules* ſurgentes, parte erecta cubitali: leviter villoſi, ramoſi, angulati. *Folia* infra ſemiſpithamam remota; ſed per paria propiora magis magisque, adeo ut rami ſupremi fere oppoſiti, una cum caule trichotomi, vel umbella ſpicarum trifida flore abortiente parvo in medio: folia villoſa, petiolo bipollicari, ſupra plano: lamina ovato-lanceolata, craſſa, venis utrinque elatis; dentibus antrorſum verſis, tribus, ſæpe nullis, carina obſoleta. *Pedunculi* ſpicæ ramorum terminales, pedales, ſecundæ. *Flores* alterni, pedicello breviſſimo; bracteis foliis minoribus ovato-acutis, integris, breviter petiolatis. *Calyx* pollicaris, 5-dentatus, inæqualis, utrinque leviter villoſus *Corolla* calyce fere ſeſquilongior, extrorſum villoſa, flaveſcens, interne violacea, inter dentes infimos alba. *Filamenta* baſi piloſa.

In deſertis *Kâhirinis* arenoſis, apricis, copioſe. Arab. *Datóra.* داتورة aliis *Sekarân* سيكران Si *pulvis* plantæ hujus a maligna manu propinatur alicui, eum quaſi inſanum reddit; & nonniſi elapſis aliquot diebus rationis uſum recuperat.

Aut eſt *Hyoſc. albus*; Linn. aut illius characteri addendum: *Caulis & folia hirſuta; vel folia cordato-triangularia, multidentata, dentibus patentibus, ſeu perpendiculariter e margine exeuntibus.*

SOLANUM.

48. SOLANUM terminale; *caule inermi fruteſcente; foliis ovalibus, acutis; umbellis terminalibus.*

Descr. *Caules* fruteſcentes, decumbentes, inermes, verrucoſi; ſummi pubeſcentes. Semel caulem vidi apice volubilem. *Folia* alterna, patentia, pubeſcentia. *Petiolus* apice leviter alatus. *Lamina* bipollicaris, ovato-acuminata, villoſa, ſubciliata, integra. *Pedunculi* terminales filiformes, apice umbelliferi. *Pedicelli* ſubulati, villoſi. *Corolla* patens, alba. *Antheræ* flavæ. *Sapor* ſtipitis dulcamarus.

Temen in montibus altioribus. Ad *Mochham* in umbroſis.

49. SOLANUM NIGRUM. Arab. *Meſælleha.* مسلحه *Hadie.*

Petioli apice alati. *Folia* ſub-villoſa, leviter ciliata; raro hinc inde margine angulata. *Baccæ* parvæ, rubræ.

Foliorum recentium ſuccus expreſſus in vulnus ex uſtione.

Bulæ بلا morbus Arabum Europæis ignotus. Vulnus corrodens ſine dolore, quo levato, reſtat cicatrix, ut ex Variolis. Folia Sol. nigri contuſa applicantur per tres dies, certa medela.

50. SOLANUM ÆGYPTIACUM. Duas vidi *Varietates*, tam conſtantes, ut pro ſpeciebus diverſis poſſint ſiſti.

a) *Fructu rubro; foliis glabris, ſubangulatis.*

Ab hac differt *Solanum Fructu rubro;* foliis ſubrotundo-ovatis, ſæpe angulatis, ſimul cum caule villoſis; petiolis non alatis, pedunculis lateralibus filiformibus, terminatis umbella nutante.

51. SOLANUM b) *Fructu nigro; foliis integris, villoſiſſimis.*

Huic oppoſitum: *Solanum Fructu nigro;* foliis ovato-lanceolatis, glabris, integris, ſubciliatis, petiolis alatis, pedunculis lateralibus umbella nutante.

Utriusque nomen Arab. *Enab eddíb.* id eſt: *Uva lupi.* In culcis hortisque *Ægypti* paſſim. Baccæ crudæ edules. Maturæ Majo & Novembri. In Cephalalgia fronti illinitur Succus expreſſus foliis; etiam inungitur pedibus ægris.

52. SOLANUM INCANUM.

Caules, pedunculi, petioli & coſta foliorum ſupra ac infra valde aculeati. *Calyces* ſubinermes. *Flores* racemoſi, albidi. *Bacca* pulpoſæ, rubræ, non coriaceæ; magnitudine piſi. Ad *Uahfád* inveni fructum flavum, coriaceum, pollicarem.

Djöblæ. Arab. *Emcama* امكمه vel *Æju el bagar.* عين البقر Ad UAHFAD: *Erſau.* عرصن

Folia recentia vulneribus imponuntur. In Odontalgia fumus ſeminum ope fiſtulæ tabacariæ hauritur.

Folia hujus plantæ & *Phyſal. ſomniferæ* aqua coquuntur, qua lavant hominem vehementi *hypochondria* (ignaris *damoniacismo*) laborantem.

53. SOLANUM BAHAMENSE?

Caulis aculeatus, fruticoſus. *Folia* aculeata, oblonga, dentato-ſinuata, glabra. *Calyx* glaber. *Corolla* violacea, reflexa. *Baccæ* globoſæ.

Surdúd. Arab. *Melihami* vel *Homæſch.* حميش UAHFAD: *Habak.* حبق

54. SO-

54. SOLANUM ARMATUM. Arab. *Bockeme* بقيمي vel *Bonkom.* بنقم Ad *Hæs.*

DESCR. Prioris forte varietas: Folia & Corolla ejusdem formæ & coloris. *Caules* procumbentes, annui. *Pedunculi* oppositi, folii racemosi. *Aculei* albi, glabri, recti, patentes, semipollicares in caulibus, petiolis rachi & venis foliorum utrinque, in pedunculis & calycibus. *Fructum* vidi immaturum, semipoll. diametro, albidis rivulis, obscure-viridibus, intus carnosum. Planta horride armata.

55. SOLANUM COAGULANS. Arab. *Beikaman.* Frequens in *Yemen.*

DESCR. *Caulis* sæpe aculeatus. *Folia* ovato-oblonga, obtusa, sinuata; sæpe inermia; sæpe costa & petiolo spinosa. *Calyx* hispidus. *Fructus* globosus, nucis magnitudine: baccæ immaturæ calyce spinoso tectæ; maturæ nudæ, flavæ, coriaceæ.

Acini lacti recenti immittuntur, ut subito coagulet.

56. SOLANUM CORDATUM; *caule fruticoso, subaculeato; foliis cordato-subrotundis, integris, inermibus.*

DESCR. *Folia* semipoll. glabra; petiolo paulo longiora. *Pedunculi* laterales, solitarii, uniflori, semipoll. *Corolla* violacea, deflexa. *Antheræ* flavæ. *Bacca* pulposa, rubra, pisi magnitudine.

Arab. *Hadak.*

57. SOLANUM VILLOSUM; *foliis villosis, ovalibus, basi obliquis, margine repandis. Surdúd.* Arab. *Bockæme.* بقيمي

ACHYRANTHES.

58. ACHYRANTHES DECUMBENS; *caule decumbente, paniculis terminalibus, axillaribus.*

DESCR *Caules* decumbenti-diffusi, rubentes, angulati. *Rami* erectiusculi, spithamales, angulati, glabri. *Folia* alterna, remota. *Petiolus* pollicaris, canaliculatus. *Lamina* sesquipollicaris, ovato-lanceolata, integra, glabra. *Pedunculi* paniculæ axillares & terminales, sæpe bipollicares, constantes ramulis parvis, alternis paniculatis, in quibus flores conglomerati, squamulis bracteari, albido-membranacei, glabri. *Nectaria* nulla: sed *filamenta* basi dilatantur in laminas triangulares, rubras, connatas, ut sit monadelpha. *Germen* globoso-ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* multifidum, pilosum.

In vallibus umbrosis. *Surdúd, Hadíe* &c. Arab. *Mehat abjad.* ابيض محوط

59. ACHY-

59. ACHYRANTHES POLYSTACHIA; *ſpiculis axillaribus confertis, brevibus, albis; caule decumbente.*

DESCR. *Spicæ* axillares & terminales alternæ. *Flores* capitati. *Calyx* 5-phyllus. *Corolla* nulla. *Stamina* rubro-violacea; glandulis, ſeu punctis nigris interjectis.

Surdûd. Arab. *Suæd.* سود

60. ACHYRANTHES PAPPOSA; *foliis alternis; craſſiuſculis, lineari-cuneatis, obtuſis.*

DESCR. *Caulis* fruticoſus; ſpicis axillaribus. *Calyx* exterior 3-phyllus; interior 5-phyllus. Inter calycis exterioris laciniàs & calycem interiorem eſt rudimentum in flore exiguum, quod in fructu excreſcit in *Floccos* duos laneos, calyce longiores. *Germen* ſubulatum; glandula ad baſin inter ſingulas antheras. *Semen* 1. nudum, calyce clauſum. E longinquo ſpeciem habet papporum, ob florum faſciculos utrinque lanatos.

Zebîd. Arab. *Saudâm* سنعم vel *Sælaam.*

61. ACHYRANTHES CAPITATA; *foliis oppoſitis, petiolatis, ovato-oblongis, capitulis terminalibus, confertis, inermibus.*

Surdûd.

62. ACHYRANTHES PANICULATA; *capitulis lateralibus paniculatis.*

Folia alterna, petiolata. *Stipulæ* binæ, lunatæ. *Pedunculi* terminales, longiſſimi. *Filamenta* baſi lata.

Melhân. Arab. *Suæd.*

63. ACHYRANTHES ASPERA? *Mór.* Arab. *Uokkes* vel *Höllem* حليم vel *Mahot.* محوط

DESCR. *Folia* ovali-acuta, tripollicaria, integra. *Nectaria* palmata intra ſtamina. *Germen* obconicum, viride, annulo rubro, lato. *Stigma* ſimplex, ſubcapitatum. Nondum florebat; tamen *Spiculæ* vel erectæ, vel patentes; at Spicæ fructiferæ reflexæ, appreſſæ.

64. ACHYRANTHES VILLOSA; *ſpicis axillaribus congeſtis, villoſis, linearibus, albis; foliis ovatis, integris.*

Hadîe. Arab. *Schadjaret el athleb.* شجرة الاثلب

ASCLE-

ASCLEPIAS.

65. ASCLEPIAS CORDATA; *foliis petiolatis, cordatis, reniformibus; caule ramoso, apice volubili.*

DESCR. *Frutex* cubitalis, valde lacteſcens. *Caules* diffuſi, ramoſi, cinereo-virides, villoſi: apice ſpithamali ramus ramo circumvolutus ſpira ſoli obverſa; recto perſiſtente; altero emoriente. *Folia* infra poll. ſupra 2. poll. remota, oppoſita; *petiolo* tereti, horizontali; *lamina* pollicari, cordata, acuta, interdum reniformi, obtuſa, ſæpe pendula, craſſa, villoſo-tomentoſa, lobis baſi imbricatis. Venæ ſubtus elatæ, planæ. Stipulæ nullæ. *Pedunculi* axilla tantum altera per totum caulem, ac dein terminales, pollicares, breviores, nudi, villoſi, terminati umbella, vel corymbo ſpiraliter contra ſolem glomerato, ſubjectis aliquot ſquamulis. *Umbellæ* pedicelli erecto-patentes, ſemipollicares, hirſuti, uniflori. *Calyx* hirſutus, viridis. *Corolla* livida, ſeu ferrugineo-vireſcens, calyce 4-plo longior: ante explicationem contorta ſoli contraria. *Nectaria* nivea, corniformia, verſus baſin gibbo dependente, transverſim carinato. *Fructus*: folliculi bini erecti, ex pedunculo pendulo, ovato-ſubulati, muricati. *Semina* plana, pappoſa.

In deſertis *Kâhirinis*. Arab. *Dœmia*. دِيمِيَة

66. ASCLEPIAS SPIRALIS; *caule fruticoſo; foliis petiolatis, ovali-oblongis; floribus ſolitariis, axillaribus; petalis linearibus, ſpiralibus, introrſum hirſutis.*

DESCR. *Folia* brevia, obtuſa, petiolata, oppoſita, interdum ſtellata. *Pedunculi* axillares; vel juxta petiolum ad latus poſiti; ſolitarii, uniflori. *Calyx* 5-fidus, lineari-lanceolatus. *Corolla* baſi connivens, dein patens; petalis viridi-flavis, linearibus, cum ſole ſpiralibus, introrſum medio longitudinaliter hirſutie alba. *Stamina* adnata receptaculo. *Nectaria* 5, ovata, erecta, extra ſtamina, alba. *Stigma* operculatum. *Fructus* folliculus, edulis. Frutex non lacteſcit.

Ad viam inter *Djaliæ* & *Meneira*, pagos *Arabiæ felicis*, inter *Panicum dichot.* florens medio Febr. Arab. *Schuntob.* Semina dulcia, medicamen laudatum contra tormina ventris.

67. ASCLEPIAS RADIANS; *foliis petiolatis, cordatis, acutis, undulatis, umbellis terminalibus; corollæ limbo erecto, ſpirali.*

DESCR. *Caulis* annuus, erectus, ſpithamalis, villoſus, teres: ramoſum non vidi. *Folia* brachiatim oppoſita, patentia. *Petiolus* teres, villoſus,

caule anguſtior. *Lamina* late cordata, vix pollicaris, acuta, margine leviter undulata, villoſa, obſcure-viridis, venis albidis, ſubtus magis villoſa. *Pedunculi* terminales, interfoliacei, ſolitarii, umbelliferi. *Umbellæ* pedicelli filiformes; ſingulæ bractea ad baſin parva, lineari, extus villoſa. *Calyx* ferrugineus, erectus, 5-partitus, villoſus. *Corollæ tubus* fuſco-violaceus, calyce duplo longior, cylindricus, apice inter lacinias limbi quinque foveis. *Limbi* laciniæ tubo breviores, erectæ, baſi compreſſæ, apice ſpiraliter eum ſole tortæ, lineari-lanceolatæ, glabræ, extus violaceæ, intus obſcure-flavæ. *Nectarium* album, cylindricum, calyce longius: apice dentibus 5, lineari-obtuſis, planis, horizontalibus, e centro radiantibus *ſtellari*, ſupra fructificationem. *Folliculi* ovati, villoſi.

In apricis circa *Beit el fakih* rarius.

68. ASCLEPIAS APHYLLA; *caule aphyllo, volubili, racemis conjugatis, globoſis.*

DESCR. *Caules* virides, carnoſi, articulati, articulis ſpitham, ſcandentes, volubiles. *Rami* ad geniculo oppoſiti. *Pedunculi* ramulis brevibus, geminatis; ad geniculo corymboſi. *Flores* pedicellati, conferti in corymbum globoſum, albi: nectariis ut in *Aſcl. gig.*

In ſylvis prope montem *Melhán*. Arab. *Milæb*. Boves veſcuntur planta.

69. ASCLEPIAS STIPITACEA; *caulibus fruticoſis, articulatis, aphyllis, diffuſis, umbellis ramulorum terminalibus.*

DESCR. *Frutex* bicubitalis, erecto-diffuſus, ramoſiſſimus. *Caules* obſcure-cærulei, farina tenui albeſcente, non adhærente; articulati, ramoſi, non volubiles. *Rami* oppoſiti: alter ſæpe marceſcit. *Articuli* caulini tripollicares, geniculis coarctatis. *Pedunculi* ramuli breves, appoſiti vel ad geniculo, vel ad apicem caulium, undique floriferi ex apice & lateribus. *Pedicelli* in uno ramulo 12, filiformes, patentes, uniflori. *Calyx* 5-partitus, parvus. *Corolla* 5-partita, patens, laciniis margine reflexis, viridibus, pedicello brevioribus. *Nectarium* album: cyathus membranaceus, pentagonus, intra corollam, ex angulis emittens cornua 5 craſſa, alba, incurva, fructificatione longiora. *Folliculi* 2, tripollicares, ſubulati, hinc plani, uniſulcati, inde convexi; glabri, virides. *Semina* pappoſa. Tota planta lacteſcit.

Yemen

Temen in ſylvis. Arab. *Rideh.* رِدِح Summitates caulium crudas edunt paſtores puerique inſtar oleraceæ; adeoque veroſimile non eſt, ſtipites eſſe ſtimulantes; quod retulit quidam.

70. ASCLEPIAS SETOSA; *foliis margine revolutis.*

DESCR. *Caulis* erectus. *Folia* linearia, oppoſita. *Umbellæ* laterales, terminales. *Flores* virides. *Folliculi* inflati, ſetiferi.

Hadíe. Arab. *Sabia:* سبيع aliis *Dhraba.* ضربه

71. ASCLEPIAS DÆMIA, vulgo; ad *Zebíd* vocata *Dhræba*; an a priore diverſa ſpecies?

Caulis volubilis, ſcandens. *Folia* oppoſita, cordato-acuta. *Folliculi* teretes, ſubulati, bipollicares, ſub-incurvi, virides, ſetis flexilibus hiſpidi.

72. ASCLEPIAS LANIFLORA; *foliis lineari-lanceolatis.*

DESCR. *Folia* oppoſita, plana, nitida. *Pedunculi* axillares, laterales, apice umbellati. *Corolla* intus hirſuta. *Folliculi* nec inflati, neque hiſpidi; ſed ſtriati, ſubrugoſi. Valde lacteſcens.

Djöblæ dicta *Kanahh.* خنح Succus plantæ lacteus, butyro miſcetur in unguentum contra ſcabiem.

73. ASCLEPIAS NIVEA; *caule volubili, ſcandente; corolla campanulata, viridi, tortili; petalis linearibus.*

Lohajæ. Arab. *Ghaſthve.*

74. ASCLEPIAS GLABRA; *caule ſcandente; foliis ovato-acuminatis, oppoſitis, planis, glaberrimis; umbellis interfoliaceis, albis.*

Taæs. An diverſa ab *Aſcl. Dæmia?*

STAPELIA.

75. STAPELIA VARIEGATA. Arab. *Drâet el kélbe,* ذراعة الكلبه

DESCR. Planta ſarmentoſa. *Caulis* tereti-quadragonus; fuſcus, nebulis albis, carnoſis, farinoſis. *Folia* nulla. *Denticuli* ſparſi, patentiſſimi, ſubulati, triquetri, flexiles, breves. *Ramuli* paſſim breves, truncati, tribus denticulis margine coronati. *Calyx* albo-vireſcens, punctis ferrugineis: perianth. infundibuliforme: tubo germen cingente, apice arc-

tato, dein fiſſo in lacinias quinque ſubulatas, erecto-patentes, tubi longitudine. *Corolla* albida, punctis ferrugineis, in articulo ſuperiori frequentioribus: laciniæ limbi totæ ferrugineæ, punctis albis. Corolla ſupera tubuloſa, biarticulata; *articulus inferior* calycis tubo triplo longior, baſi inflatus, apice cylindricus, ingrediens *articulum ſecundum* ſeſquilongiorem, baſi dilatato-globuſum, dein cylindricum, apice diviſo in lacinias quinque patentes, ſingulas margine conniventes in tubum teretem ſubulatum, rectum. In medio diſco floris ſuperne elevatur in hemiſphærium clauſum 5-ſulcatum, ex centro filum erectum breve emittens. *Fructificatio* flava: in imo fundo corollæ: ſimilis capſulæ apertæ 5-loculari; margine externo 10 filis erectis: in centro filis 5 connatis, erectis. In medio cujusvis loculi *glandula:* an anthera? Sub filis mediis operculum planum, ſuper ſtylos geminos. *Germen* duplex: inferius cylindricum. *Stigmata* ſimplicia, acuta, approximata. *Pericarpium* folliculus duplex, compreſſus, baſi craſſior, apice incraſſatus, emarginatus: viridis, maculis longitudinalibus, fuſco-ferrugineis.

Sub fruticibus creſcit. *Surdûd.*

76. STAPELIA QUADRANGULA; *folliculis ſubulatis, conjugatis.*

DESCR. *Caulis* quadrangulus; angulis ſubdentatis; obſcure viridis, cubitalis, ramoſus, lateribus ſemipollicaribus. *Flores* conferti, parvi, terminales, ſeſſiles, pentandri, digyni? viridi-flaveſcentes. *Calyx* 5-dentatus, perſiſtens. *Folliculi* bipollicares, ſæpe ſpithamales. *Semina* pappoſa. *Succus* non lacteus, ſed aqueus.

Surdûd. Arab. *Gholef* غلف vel *Gholæs*, aut *Gholak.*

77. STAPELIA. *Sâk el ghorab.* ساق الغراب

An hujus generis? Flores non vidi. *Caulis* ramoſus, multum repens; 6- vel 9-angulus, totidemque ſulcatus, angulis dentatis. *Folliculi* ſubulati.

Non eſculenta. Perhibent incolæ, eam poſt longum tempus revireſcere, humectata terra, licet plane emortua apparuit.

HERNIARIA.

78. HERNIARIA LENTICULATA. Arab. *Makr.* مكر

DESCR. *Radix* perennis. *Caules* filiformes, repentes, ſcabri, ſpithamales, articulati; articulis exterioribus gradatim longioribus: geniculis non remotis. *Folia*

ſia ad genicula oppoſita, ovato-lanceolata, mucronulo terminata, contigua; caulem quadrifariam imbricantia. *Stipulæ* inter utrumque foliorum utrinque binæ, hyalinæ, lanceolatæ, magnitudine folii; interdum in unam latiorem connatæ. *Ramuli* ad genicula ſolitarii, breves, floriferi. *Flores* capitati ad genicula ramulorum, præſertim exteriora, ſæpe 5, ſeſſiles, diſtincti ſquamis aliquot ſtipuli-formibus, interdum & foliolis caulinis ſimilibus. *Calyx* 5-phyllus, patens, laciniis apice introrſum fornicatis, extus mucronulo infra apicem. *Filamenta* 5 erecta antherifera: alia 5 patentia, ſterilia. *Piſtillum* ſtylo vix ullo: *Stigmate* bifido.

In deſertis circa *Kâhiram.*

CYNANCHUM.

79. CYNANCHUM PYROTECHNICUM; *caule fruticoſo, nudo; pedunculis ſolitariis, axillaribus, tuberculoſis; floribus pedicellatis, capitatis.*

DESCR. *Caules* in altos frutices ſurgunt; brachiatos, virides, teretes, glabros, articulatos, prorſus aphyllos. *Pedunculi* ad baſin articuli fere ſemper ſolitarii, interdum bini, terni-ve, ſemipollicares; cicatriculis elatis, tuberculoſis, albidis; in apice *Floribus* capitatis, ſubdenis, pedicellis filiformibus, villoſis, flavicantibus. *Perianthium* parvum, ſubcampanulatum, 5-fidum, viride. *Corolla* 5-partita, laciniis ſupra flavis, baſi & ſubtus viridibus, lanceolatis, patentibus, margine reflexis. *Fructificatio*: globus fuſcus in medio, cui extus adnata 5 filamenta & antheræ. *Nectarium* campanulatum, viride, ambit baſin globi hujus, & circa baſin filamentorum dilatatur in cyathum. Sub globo teguntur *Germina* & *Styli* duo, excreſcentes in duos folliculos teretes, curvos, baſi attenuatos.

Arab. *March.* Frequens ubique. Medulla hujus fruticis pro ſomite uſurpatur ad ignem excipiendum, qui frictione lignorum ſolidorum excitatur.

Reſina vel ſucco ungunt *Variolis* laborantem; miro ſucceſſu vires reſtituendi. Ruſtici caules recentes maſticant, ad dentes purgandos.

80. CYNANCHUM ARBOREUM; *caule volubili; corolla rotata.*

Procera arbor. *Folia* variant in eodem ſubjecto; ſæpe ovata, vel-lineari-lanceolata, vel ſub-haſtata. *Flores* virides. Non lacteſcit.

Arab. *Kerenna.* Aliis *Keſch. Banjani* vocant *Dâli*; & illi ſoli fructum edunt coctum; Arabes reſpuunt.

CRESSA.

81. CRESSA ARABICA; *foliis ovato-oblongis, ſeſſilibus, villoſis; caule fruticoſo.*

DESCR. *Caulis* fruticuloſus, diffuſus, glaber, teres, fili craſſitie, ſpithamalis. *Folia* alterna, ſeſſilia, ſemi-unguem remota, ovali-oblonga, obtuſa cum mucronulo, plana, patentia, villoſa, ſemipollicaria. *Pedunculi* axillares, filiformes, ſolitarii, patentes, uniflori, longitudine folii. *Calyx* 5-phyllus, viridis, ovato-lanceolatus, erectus, corolla triplo brevior. *Corolla* monopetala, campanulata, limbo 5-dentato, explanato, ſemipoll. diametro. *Stamina* erecta, corollæ fundo inſerta. *Germen* oblongum. *Styli* 2 filiformes, divergentes, albi. *Stigmata* capitata. Fructum non vidi.

In locis montoſis ad *Taæs* ſemel lecta.

AMMI.

82. AMMI MAJUS. Arab. *Chælle. Roſettæ.*

DESCR. *Folia* trichotomo-linearia, ſerrata. *Umbella* parva. *Involucrum univerſale* pinnatum, utrinque ter ramoſum, reflexum; *particulare*, ſimplex. *Flores* fertiles, non radiati. *Semina* lævia.

SALSOLA.

83. SALSOLA KALI, a) GLABRA.

Varietas adeo conſtans & manifeſta, ut conſtituat ſpeciem diverſam. *Caulis* nervis rubris elatis. *Foliorum* nervus ſubtus & ſupra pellucidus.

84. SALSOLA KALI, b) HISPIDA; ſetoſa; priori ſimillima, eique intermixta creſcens; diverſa tamen ſemper radice: adeoque terræ indoles, cauſſa diverſitatis non eſt. *Margines* Calycis (*Syſt. N.*) floribus fœmineis vel caſtratis competere, non hermaphroditis putaverim; quum hoc obtinet quoque in reliquis ſpeciebus Salſolæ.

Copioſe in *Natoliæ* littore e regione *Tenedos*, glabra illa: quæ deinde inventa hiſpidæ mixta ad littora *Maris Marmoræ* inter pagos *Eraclifſam* & *Merafte*.

84. SAL-

84. SALSOLA KALI, c) HISPIDA POLYGAMA; floribus ſummis viridibus, hermaphroditis, non coronatis: reliquis roſaceis, ſeu patentibus rubentibus, majoribus, corona clauſis, caſtratis, pariter frugiferis.

85. SALSOLA MONOBRACTEA; *fruteſcens, diffuſa; foliis linearibus, piloſis, inermibus; calyce ſeta in ſpinam tranſeunte.*

DESCR. Tota hirſuta, diffuſa, ſeſquiped. ramoſa. *Caules* teretes, angulati, lignoſi, viridi-fuſceſcentes. *Folia* inferiora majora; vix pollicaria, linearia, alterna, ſeſſilia, inermia, hirſuta. *Flores* ad omnes axillas caulis & ramorum bini, ſeſſiles, ſæpe *bracteæ* ad latus, unica, non tres, ut in plerisque aliis ſpeciebus. Flores omnes hermaphroditi: *Calyce* connivente; *Seta* infra apicem cujusque laciniæ, floris diametro longiore, flava, flexili, poſt floreſcentiam excreſcente in *Spinam* rigidam. *Stamina* libera. *Stylus* bipartitus. *Semen* unum, cochleare, incluſum calyce ſtellato, quinque-ſpinoſo.

Inter *Alexandriam* & *Roſettam* ad Caſtellum *Buckier* copioſe & in deſertis *Kâkirinis*, florens initio Martii. Arab. *Æræjam.* عريم

In notis potiſſimis differt a *Salſ. proſtr. Læſlingii*; ſed ſimul cum illa peculiare genus conſtituit, hermaphrodita unibracteata, quum ſalſolæ fere omnes aliæ ſint polygamæ, floribus tribracteatis.

86. SALSOLA LONGIFOLIA; *fruticoſa, proſtrata, foliis inermibus, teretibus, glabris, farinoſis.*

DESCR. *Caulis* fruticoſus, proſtratus. *Folia* carnoſa, linearia, longa, tereti-ſubtrigona, oppoſita, acuminata; ſuperne leviter canaliculata, farina facile detergibili, cæruleo-viridia. *Flores* ſeſſiles, tribracteati, conferti: plerique fœminei, roſacei, limbo lato, albido-rubente: hermaphroditi, pauci ſine limbo.

Aliam vidi in eodem loco *Buckier* frutice *Tamariſci gallici* ſuffultam diffuſo caule altitudine 2 uln. floribus roſaceis fertiliſſimam. Ad *Salſ. vermic.* proxime venit, cujus folia creſcendo elongantur.

87. SALSOLA ARTICULATA; *caule fruticoſo, decumbente, aphyllo, ramis floriferis, articulatis; floribus oppoſitis ad apices articulorum.*

DESCR. *Caulis* lignoſus, procumbens, olivaceo-cinereus, teres; inæqualis, propter veſtigia articulorum emortuorum. *Folia* nulla. *Rami* & ramuli oppoſiti ex apice articuli cujusdam; vetercs decumbentes: *Junio-*

res

res virides, floriferi, vix erecti, *articulis* $\frac{1}{4}$. poll. longis, cylindricis, apice parum incraſſatis, terminatis utrinque *apice* acuminato lato, brevi, & ſi florem vel novum ramum ſuſtinet, patente. *Flores* oppoſiti, ſeſſiles in apice articulorum: *maſculi* vel *hermaph.* exaruerunt, in unico iſto quem inveni fruticulo, petala viſa ſunt lanceolata, non coronata, rudimento capſulæ flavo, compreſſo. *Fœminei* corolla perſiſtens, limbo 5-petalo, membranaceo, pallide rufo, patente, magno; corona 5-phylla, petalis inſidente, lanceolata, *Capſulæ* latera regente, quæ compreſſa, orbiculata, rubra, acumine nigro ex piſtillo bifido arefacto; inter pelliculam & ſemen ſucco rubro plena ſeu baccata *Semen* verticale novæ pelliculæ incluſum, cochleatum, viride. Fœminei flores totos interdum ramulos obtegunt, quia plures ſunt & limbo corollæ amplo: maſculi inter reliquos ſparſi ſine ordine, pauci *Bracteæ* ſub ſingulo flore utrinque una glumæformis, inſtar unguis avis, intus cava, dorſo viridi-carnoſo, margine membranaceo, pellucido, albo. His bracteis ſe adjudicat Salſolæ: articulis autem ramorum, apicibus binis alternatis, Salicorniam petit.

In arena mobili circa *Pyramides*. Arab. *Tartîr*. ترتير

88. SALSOLA MUCRONATA; *fruticoſa*, *ramulis mucronatis; foliis ſubulatis*, *inermibus*.

DESCR. *Caulis* lignoſus, diffuſus, cortice pallido, fiſſuris obſcuris. *Rami* patentes, mucrone rigido, albido, lignoſo terminati: *juniores* virides, floriferi, ſpiniformes; ſimplices, ſæpe geminati, ſinguli *ſtipula* membranacea, lanceolata, arida. Creſcentibus ramulis ſtipulæ decidunt, ramique alterni evadunt. *Flores* partim axillares, partim in ramulis viridibus ſeſſiles, alterni, conferti, tribracteati. *Bracteæ* ſinguli floris 3, glumiformes, virides, margine membranaceo, albo; ovato-lanceolatæ: exterior convexa, laterales fere complicatæ. *Calyx* membranaceus, viridis, corolliformis: in plerisque floribus laciniæ lanceolatæ, erectæ ſine corona, vix longiores bracteis: in quibusdam duplo longiores, unguibus linearibus, erectis, limbo patente, orbiculato, magno, violaceo, corona ad faucem 5 ſquamis lanceolatis, piſtillo appreſſis In quibusdam plantis nulli horum florum videntur, in aliis ad exitum ramulorum copioſi, dum Salicornia in ſicco ſolo creſcit. Unum florem raro exemplo, in ipſo ramulo vidi Utrique flores fructiferi. *Acuti*, antheras ſagittatas, ferrugineas ferunt: *obtuſi* tantum filamenta ſine antheris. Hermaph. *ſtamina* 5. *Piſtillum* bipartitum. Herm. & fœm. *ſemen* in capſula cochleari. Vidi aliquando *folia* in ramulis caulis, qui flores ferebant

bant nullos, ſed folia carnoſa, ſubulata, oppoſita, baſi connata. Flores roſacei, arida filamenta, ſine antheris. *Salſolæ verm.* ſimilis, ob flores expanſos; ſed huic rami ſpina terminati.

Arab. *Sjök lhamnaſch*: i. e. *Carduus ſerpens*; quia decumbit & repit. *Alexandriæ* ad Catacombas; florens exitu Septembr. tempeſtate aridiſſima; planta ſiccisſima.

89. SALSOLA INERMIS; *fruticoſa, aphylla; ramis inermibus; bracteis farinoſo-villoſis.*

DESCR. *Caulis* fruticoſus, lignoſus, procumbens. *Rami* diffuſi, conferti, alterni, villoſi. Stipulæ & folia nulla. *Flores* ſeſſiles, laterales; raro in ramis antiquis; ſemper in viridibus, alterni, tribracteati. *Bracteæ* orbiculato-acuminatæ, convexæ, rigidæ, ſuccolentæ, virides, farinoſo-villoſæ; margine membranaceo, pallido. *Flores hermaphr.* plurimi; petalis 5 viridibus, ovato-acutis, erectis, ſine corona: ſtaminibus 5, ſine antheris; ſtylus nullus; ſtigmata 2. Germen frugiferum. *Flores fœm.* pauciores, ſine ordine immixti hermaphroditis; petalis 5 viridibus, ſupra germen conniventibus; carina membranacea, violacea; quæ ſimul eſt limbus petalorum & apices germen tegentes ſunt corollæ corona. Ea folia quæ bracteas vocavi, Calycis loco ſunt, triphylli.

Alexandriæ. Arab. *Gummæli*. Aliis *Nædeuva*. Hæc ſpecies & S. mucronata ad Polygamiam abeunt.

90. SALSOLA IMBRICATA; *fruticoſa, diffuſa, inermis; ramis villoſis; ramulis imbricatis; bracteis obtuſis, nudis.*

DESCR. A præcedente differt his notis: *Caulis* diffuſus. *Rami* rigidi, tomentoſi. *Bracteæ* nudæ, obtuſæ, imbricantes. *Flores* omnes videntur eſſe roſacei, hermaphr. Non-coronati exſerunt ſtamina. Roſaceorum corona convexa, obtuſa; limbus albus. Intra corollæ coronam filamenta 5; antheræ 5 haſtatæ, erectæ, flavæ. Styli tres fuſci, pulverulenti. Vidi & flores non-coronatos, hermaph. ſtaminibus exſertis.

Lohajæ in locis ſterilibus. Ar. *Harm.* حرمل Camelis gratum pabulum.

91. SALSOLA VERMICULATA? *foliis ternis, oppoſitis, florem includentibus.*

DESCR. *Caulis* articulatus. *Articuli* ſemiunguem longi, apice craſſiores. *Filamenta* plana, alba. *Antheræ* rubræ. Flores fœm. non vidi.

Djiddæ in Inſula *Abu ſáad*.

92. SALSOLA TETRANDRA; *fruticosa, decumbens, inermis; floribus brachiatim oppositis; tetrandris.*

Obs. Quotquot aperui flores nondum explicatos, monstrabant tantum 4 antheras; stylum 1; stigma bipartitum. Bracteæ 3. succulentæ amplectuntur singulum florem; media hemisphærica, obtegit laterales. Folia & rami oppositi; illa tomentosa.

Alexandriæ.

SCANDIX.

93. SCANDIX INFESTA; *caulibus scabris; fructu setis hispido.*

Descr. *Flores* radiati; disci abortivi. *Petala* non integra, sed obcordata. *Germinis* carina hispida. *Genicula* non tumida; adeoque differt a *Scandice nodosa.*

Alexandriæ, copiosissime. Arab. *Chellæ*: vel *Gazar malaiki*; aliis *Gazar Sjaitan.*

PHARNACEUM.

94. PHARNACEUM UMBELLATUM; *foliis radicalibus stellatis; caulinis obovatis.*

Descr. *Scapi* umbelliferi. *Flores* umbellati. *Involucra* linearia. *Capsula* 3-locularis. *Stylus* nullus. Planta perexigua, vix supra terram eminens, nec conspicienda nisi oculo prope admoto.

Lohajæ in campis. Evigilat post h. 8. a. m. obdormit h. 3. p. m.

95. PHARNACEUM OCCULTUM; *foliis cuneiformi-oblongis.*

Obs. Planta adeo pusilla, ut ne quidem prioris attingere possit magnitudinem. Difficilis ergo descriptio: visa est mihi sine calyce; petalis 5 viridibus: staminibus 5, totidemque germinibus & stylis.

Lohajæ cum præcedente habitat in solo argillaceo.

STATICE.

96. STATICE AXILLARIS; *caule fruticoso, folioso; paniculis axillaribus dichotomis; floribus erectis, confertis.*

Descr. Planta ipsa sine floribus spectata simillima sequenti. *Caules* erecto-diffusi, spithamales, fruticosi, teretes, squamati, ferruginei. *Folia* conferta,

ferta, alterna, craſſa, plana, erecta, petiolis vaginantibus, ſenſim dilatatis in *laminam* ovalem, obtuſam, nudam, digitum transverſum longam. *Pedunculi* ex ſuperioribus axillis, primum ſimplices, virides poll. ſpatio, dein confertim dichotomi rubeſcentes, *floribus* confertis, ſeſſilibus, ſurſum verſis, *calyce* ferrugineo, *corolla* membranacea, alba, radiis 5-angularibus, ferrugineis.

Lohajæ.

97. STATICE MONOPETALA; *foliis lanceolatis*; *caule dichotomo.*

DESCR. *Caulis* teres, multigeniculatus, dichotomus, baſi inclinatus, dein erectus, bruneus, ſpithamalis: ſuperne non nudus: qua nota abit a *Stat. Juſſrut.* LINN. *Folia* ſimilia præcedentis: lanceolata. *Pedunculi* terminales, erecti, ſæpe conjugati ſeu bini, ſpicati: *Spiculis* ſeſſilibus, alternis, appreſſis, trifloris, bractea vaginante, ovata, viridi. *Flores* ſinguli *bractea* obvoluti membranacea, ovata, carinata, punicea: inter flores & pedunculum aliæ minores *paleæ* lanceolatæ, planæ. *Calyx* campanulatus, membranaceus, 5-dentatus, violaſcens. *Corolla* violacea, infundibuliformis, 5-fida ad dimidium, tamen monopetala: (quod contra charact. gener.) *Stamina* corolla breviora. *Piſtilla* 5. *Stigmata* tortuoſa.

Alexandriæ in deſertis circa Catacombas. Arab. *Sæţj* vel *Zæjta.* Hanc plantam *Sibiricam* (*Linn. Sp. Pl.*) meridionalem quoque eſſe, mirum videtur; conferant alii deſcriptionem noſtram cum *Gmelini.*

98. STATICE CYLINDRIFOLIA; *caule fruticoſo, folioſo, ramoſo, foliis cylindricis, acuminatis.*

DESCR. *Caulis* fruticuloſus, diffuſus, ramoſus, pedalis, fuſcus, imbricatus *ſquamis* marcidis ſuperſtitibus poſt folia delapſa; ſuperiores virides imbricati ſquamis foliorum petiolaribus, lanceolatis, cauli appreſſis, eum amplectentibus. Earum apicibus inſident *Folia* ſeſſilia, erecta, cylindrica, pollicaria, ſubcoriacea, ſicca, flexilia, obtuſa cum acumine. *Pedunculi* ex ſupremis axillis, tripollicares, paniculati, ramis patentibus. *Flores* aggregati, ſeſſiles, ſurſum verſi, violacei, parvi.

Mochhæ in littore argillaceo.

99. STATICE APHYLLA; *caule ramoſo, articulato, undulato, tuberculato; foliis nullis, niſi ſquamis ad genicula.*

Flores ſeſſiles, conferti, erecti, ſpicati; omnes in ſuperiore parte ramorum.

Alexandriæ ad Catacombas copioſe.

CRASSULA.

100. CRASSULA ALBA; *foliis lanceolatis, oppoſitis, vaginantibus.*

DESCR. *Caulis* ſpithamalis, ſimplex. *Folia* oppoſita, conferta, lanceolata, ſeſquipollicaria, vaginantia, plana, viridia, margine cartilagineo-ciliata, papillis hyalinis, filiformibus, approximatis, unius ſeriei, fere perpendicularibus ad folium. *Pedunculus* terminalis, ſimplex baſi, rufeſcens, ſquamatus, dichotomus, articulatus, bracteis binis lineari-lanceolatis ſub quavis dichotomia. *Flores* corymboſi, pedicellati, albi. *Corolla* 5-partita: ſquamæ vel calli lunulati, flavi 5, ad baſin *germinum*, quæ 5; totidemque *ſtyli*.

In montibus *Hadîe* & *Boka*.

DE-

DESCRIPTIONES
PLANTARUM.

CENTURIA
TERTIA.

CLASSES V. — XI.

PENTANDRIA: NOVA GENERA. HEXANDRIA.
HEPTANDRIA. OCTANDRIA. ENNEANDRIA.
DECANDRIA. DODECANDRIA.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

NOVA GENERA.

GERUMA.

1. GERUMA ALBA. *Monogynia. Calyx monophyllus. Corolla 5-petala. Pericarpium 4-loculare, disperm.*

DESCR. *Calyx*: perianth. 1-phyllum, planum, inferum, 5-dentatum, perſiſtens, viride, parvum. *Corolla*; petala 5, lanceolato-truncata, patentia, calyce triplo longiora, alba. *Filamenta* 5, erecta, corolla dimidio breviora: *Antheræ* erectæ, trigonæ. *Nectarium*; annulus craſſus circa germen, margine exteriore ſtamina geſtans. *Germen* globoſum, nectario valde immerſum. *Stylus* filiformis, parvus. *Stigmata* 3, patentiſſima, rubra, cuneata, apice emarginata. *Pericarpium:* capſula ſupera ovalis, 4-locularis, (an 5-locul.?) 4-valvis, diſperma. *Semina* ovalia, bina in quovis loculo; (alterum ſæpe abortivum) inſerta pulpæ albæ, trigonæ. *Folia* alterna, ovali-oblonga, ſubſerrata.

Hadîe. Arab. *Djerrum.*

ARNEBIA.

2. ARNEBIA TETRASTIGMA. *Monogynia, monopetala.*

CHARACTER GENERICUS: *Calyx; perianth.* 5-partitum, erectum, lineare, acutum, perſiſtens. *Corolla* monopetala: *Tubus* cylindricus: *Limbus* patens, 5-fidus, obtuſus: faux aperta. *Filamenta* 5. *Antheræ* 3 longiores, in fauce corollæ: duæ breviores. *Germina* 4. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* quadrifidum. *Pericarpium* nullum: calyx erectus fovebat ſemina nondum matura. *Semina* 4, extrorſum plana, verticalia, triangularia, introrſum convexa, tota glabra. Hac nota, & Stigmatis radiis differt a *Lithoſpermo*, proxime ſimili.

SPECIES.

Species. ARNEBIA tinctoria; *foliis lanceolatis, hirsutis; caule erecto.*

Descr. *Radix* fusi-formis, caule tenuior, externe rubra, cutem tingens. *Caulis* erectus, a basi ramosus, hirsuto-hispidus, teres, rufescens, semispithamalis. *Folia* inferiora majora, sessilia, pollicaria, linearilanceolata, caule minus hirsuta. *Flores* in spicis ramorum terminalibus secundis, ante florescentiam leviter reflexis. *Bractea* foliiformis ad quemque florem, illo longior. *Calyx* utrinque villosus. *Corolla* obscure-violacea, calyce longior.

In desertis *Kálhirinis* ad *Caid Bey*. Arab. *Sagaret el arneb*. سجرة الارنب

ANTURA.

3. ANTURA. *Monogynia, monopetala, infera.*

Descr. *Frutex* tricubitalis, dichotomus: *spinis* ex dichotomia geminis patentibus, oppositis, folio sæpe longioribus. *Folia* breviter petiolata, opposita, pollicaria, ovato-acuta, inferiora latiora, obtusa. *Pedunculi* corymbi terminales, pedicellis confertis, bifloris. *Flores* sessiles, sæpe conjugati. *Calyx* perianth. 1-phyllum, 5-partitum, erectum, linearilanceolatum, breve, persistens. *Corolla* monopetala; *tubus* teres, rectus, sursum crassior, calyce quadruplo longior, ruber. *Limbus* 5-partitus, tubo brevior, patenti-reflexus, lineari-lanceolatus, albus. *Filamenta*, tubo corollæ breviora, ei adnata. *Antheræ* erectæ, lanceolatæ. *Germen* ovatum, viride, calyce brevius. *Stylus* filiformis, longitudine filamentorum. *Stigma* simplex, cylindricum, crassum, obtusum, antherarum longitudine. *Pericarpium*, bacca supera, ovalis, pisi magnitudine, nigra, bilocularis, disperma, edulis. *Semina* in quovis loculo 2, oblonga, uno latere convexa, duobus planis.

In montibus *Hadiensibus* frequens. Arab. *Autur*. Vocatur & *Emír jasir* امير ياسر vel *Arm.* عرم

CATHA.

4. CATHA. *Monogynia, 5-petala, infera.*

Descr. Arbor. *Rami* alterni, axillares; ramuli virides, annui, articulati. *Folia* bipoll. ovato-lanceolata, serrata, glabra, plana, nitida, patentia, rigida, opposita; in ramis magnis alterna. *Petiolus* superne planus, brevis. *Pedunculi* axillares, oppositi, terminales, solitarii ad angulos rectos, dense dichotomi, floseculo parvo pedicellato ex singula dichotomia, & sub illa squamæ 2 parvæ, lanceolatæ, oppositæ. *Calyx* crateriformis, monophyllus, 5-dentatus, margine villoso-fuscus, obtusus, viridis, corolla triplo brevior. *Corolla* 5-petala, infera, alba, erecto-patens, ovalis,

ovalis, obtusa. *Nectarium* cyathi-forme, inter stamina & germen, annulatum, viride, breve, a germine divergens, margine undulatum. *Stamina* erecta, corolla breviora. *Germen* globosum. *Stylus* brevis. *Stigma* acutum. *Pericarpium*, capsula oblongo-cylindrica, trilocularis; monosperma in quovis loculo.

Arab. *Gat* vel *Kat*. قات

In *Temen* colitur iisdem hortis cum *Coffea*. Stipitibus plantatur. Arabes folia viridia avide edunt, multum eorum vires venditantes, qui copiosius comederit, vel totam vigilet noctem: asseverant quoque pestem ea loca non intrare, ubi hæc colitur arbor: & hominem ramum Cathæ in sinu gestantem, tuto posse inter infectos peste versari. Gustus tamen foliorum tantam virtutem indicare non videtur.

5. CATHA SPINOSA; *foliis ovatis*.

DESCR. *Calyx* 5-dentatus. *Flores* albi, parvi. *Corolla* 5-petala. *Nectarium* annulo crasso ad basin germinis. *Capsula* supera, bilocularis. *Folia* alterna, ovata, obtusiuscula, suberenata, glabra. *Spinæ* in ramis recentibus nullæ; in veterioribus axillares, solitariæ. *Pedunculi* axillares, dichotomi.

Kurmæ.

MELHANIA.

6. MELHANIA VELUTINA. *Monogynia*, *pentapetala*; *infera*.

DESCR. *Frutex* bicubitalis, diffusus. *Rami* juniores tomentosi. *Folia* alterna, petiolo pollicari, tereti, villoso, cinereo, lamina ovato-lanceolata, serrata, utrinque villosa, molli, subtus venis elatis valde reticulata. *Stipulæ* cuique folio binæ, filiformes, erectæ, villosæ, cinereæ. *Pedunculi* axillares, solitarii, teretes, villosi, cinerei, supra dimidium divisi in umbellam 4-floram. *Pedicelli* pedunculo similes, breviores, uniflori. *Calyx*: perianth. duplex, persistens: *exterius* triphyllum; foliola duo opposita, tertium ad alterum latus, ovato-acuminata, basi margine reflexa, calycis interioris laciniis latiora, utrinque villosa. *Interius* pentaphyllum, foliolis lanceolatis, extrorsum villosis, corollæ appressis, æqualibus. *Corolla* petala 5, cuneata, retusa, flava, longitudine calycis, patentia, campaniformia. *Nectarium* corona circa basin germinis, cui inserta filamenta; emittens 5 lacinias, alternas staminibus & longiores, patentes, lineares, obtusas, corolla breviores, flavas. *Filamenta* 5, flava, filiformia. *Antheræ* lanceolatæ, erectæ, filamenti longitudine, fulvæ. *Germen* superum, globoso-ovatum, villosum, albidum.

bidum. *Stylus* unus, filiformis, long. germinis, viridis. *Stigmata* 5, ſtylo breviora, filiformia, patentia. *Pericarpium*, capſula globoſa, villoſa, calyce cincta, 5-locularis, 5-valvis, tetraſperma, angulis dehiſcens. *Semina* 4 in quovis loculo, cuneata, punctata, punicea.

Obs. Denominatio a loco habitationis in monte *Atelbân* deſumta eſt. Gloriam hanc & memoriam eodem jure adtribuendam eſſe putamus Patriæ, quæ plantas educat & continuat, ac tribui communiter ſolet Botanico plantas colligenti.

DIGERA.

7. DIGERA ARVENSIS. *Monogynia. Calyx* 5-*phyllus. Corolla* 5-*petala.*

DESCR. *Caules* perennantes, decumbentes, tetragoni, ſtriati, ſæpe cubitales. Rami & *Folia* alterna, *petiolo* ſemipoll. ſubtus elevato, ſtriato, ſuperne canaliculato, margine ciliato. *Lamina* ſeſquipoll. lanceolata, plana, integra, glabra, rugoſo-venoſa, viridis, margine ruſeſcente. *Pedunculi* axillares, erecti, ſpithamales, baſi bipollicari ſpario nudi, dein ſpicati floribus, ſeſſilibus, alternis. *Calyx: perianth.* 5-phyllum, inæquale, margine membranaceum, ovato-lanceolatum, patens, concavum, perſiſtens: *laciniæ* tres exteriores breviores: una ſub flore, duæ ad latera: laciniæ duæ majores, oppoſitæ ad latus ſuperius floris, patentes, virides, margine ruſeſcentes: incertum calyci vel corollæ adnumerandæ? *Corolla*, petala 3, ovalia, rubra, erecta, in cylindrum conniventia, calycis laciniis breviora, obtuſa, purpurea, perſiſtentia. *Nectarium* utrinque unum, viride, inter calycis laciniam parvam lateralem & corollam: breve, planum, ſubrotundum, apice bilobum, lobis emarginatis. *Filamenta* 5, oppoſita tribus petalis & calycis duabus laciniis majoribus, rubra, erecta, filiformia. *Antheræ* incumbentes, didymæ, rubræ, ultra corollam eminentes. *Germen* ſuperum, globoſum, viride, ſuperne planatum. *Stylus* unicus, filiformis, ruber. *Stigma* bidentatum, connivens. *Pericarpium*, drupa globoſa, utrinque carinata, tuberculata, apice bidentata; undique clauſa calyce & corolla; pulpa coriacea, viridis. *Semina;* nux globoſa, unilocularis, monoſperma.

Mór. Surdûd. Arab. *Didjar* vel *Budjer.* دجير

GYMNOCARPOS.

8. GYMNOCARPOS DECANDRUM; *ſtaminibus quinque neutris; monogynum*; *corolla nulla.*

CHARACTER GENERICUS. *Calyx*: perianth. inferum, monophyllum, 5-partitum, baſi pentagonum, laciniis linearibus, interne coloratis, margine hyalinis, apice patentibus & introrſum fornicatis, mucronatis, perſiſten-

Corolla nulla. *Filamenta* 5, laciniis calycis inserta basi, membranacea, subulata. *Antheræ* simplices, incumbentes. Cum his alternant *filamenta alia* 5, sterilia, suturæ laciniarum calycis inserta, breviora, patentia, antheris destituta. *Germen* globosum, villosum. *Stylus* unus, filiformis, subulatus. *Stigma* simplex, acutum. *Pericarpium* nullum: calyx induratus semen fovet. *Semen* unicum, nudum, ovato-acutum.

Species. *Frutex* pedalis, ramosus, diffusus. *Caules* veteres lignosi, cinerei: juniores virides, articulis semipoll. glabris, sub geniculis incrassatis. *Folia* ad-genicula opposita, carnosa, teretia, lineari-subulata, patentia, mucronulo terminata; sæpe fasciculum minorum foliorum foventia. *Stipula* utrinque una spatium inter folia replens, membranacea, triangularis, brevis. *Pedunculi* breves, terminales ramorum omnium, raro axillares, flores in capitulum colligentes. *Flores* sessiles, capitati, exteriores bracteolis subulatis suffulti. *Calyx* externe viridis, interne violaceus, margine hyalinus. *Antheræ* flavæ.

In desertis *Kâhirinis* orient. Arab. *Syrr* سر vel *Djarad.* جراد Aliquantula est characteris similitudo cum *Herniaria:* verum stigma non bipartitum, capsula nec adest, & tota facies aliena.

MÆSA.

9. MÆSA. *Monogynia, monopetala, supera.*

Character Genericus. *Calyx*: perianth. duplex *Exterius* inferum, diphyllum, minimum, persistens, foliolis oppositis, lanceolatis. *Interius* germini adnatum, conicum, monophyllum, limbo supero 5-dentato, dentibus semi-orbiculatis, corolla brevioribus. *Corolla* monopetala, supera, campanulata, 5-fida, laciniis subrotundis, concavis, patentibus, albis. *Nectarium* nullum. *Filamenta* 5, breviſſima, filiformia, corollæ inserta. *Antheræ* ovatæ, erectæ, didymæ, filamentis longiores, flavæ. *Germen* globosum, calyci immersum. *Stylus* teres, crassus, unus. *Stigma* truncatum. *Pericarpium*; bacca infera globosa, unilocularis, polysperma, receptaculo columnari in medio, extus basi sulcata squamis perianthii exterioris: coronata apice perianthii interioris squamis appressis, umbone in medio nudo, prominulo. *Semina* subrotunda.

Species. Arbor mediocris staturæ. *Rami* teretes, striati, hinc inde verrucosi. *Folia* alterna, patentia. *Petiolus* pollicaris, supra planus ad basin, canaliculatus apice. *Lamina* 4 poll. lanceolata, serrata, glabra. *Stipulæ* nullæ. *Pedunculi*, thyrsi axillares, terminales, seu racemi compositi. *Pedicelli* suffulti squama parva, lanceolata. *Flores* albi, racemosi. *Baccas* non vidi maturas.

In

In montibus *Temen* ad *Öddein*. Arab. *Maas.* معص Aliis *Arar*. Manipuli venales arboris *Kat* hujus Mæſæ foliis ambiuntur; ad molem augendam.

HYPERANTHERA.

10. HYPERANTHERA. *Monodynamia*; *Monogynia*; *pentapetala*; *petalo uno majore, ſuperiore*; *ſtaminibus quatuor neutris*; *quinque antheratis, uno ſuperiore.*

Character Genericus. *Calyx* perianth. 1-phyllum, 5-partitum, tubo breviſſimo, campanulato, laciniis 5 coloratis, glabris, ciliatis, cuneatis, obtuſis, patentibus, planis. *Corolla;* petala 5, inæqualia, calycis ſuturis inſerta, obtuſa, alba, medio violacea: petalum unum majus, ſuperne ſitum, planum: 4 minora, æqualia, verſus latus interius ſita, margine baſeos inflexa, apice cochleari-formia. *Filamenta* 5 antherifera, ſubulata, ſurgentia, ſuperiora longiora: duo ſcilicet aliis duobus longiora: & his ſupremum filamentum longius: omnia baſi intus villoſa, flavida. *Antheræ* incumbentes, ſimplices, orbiculatæ. *Filamenta alia* 4 ſubulata, reliquis breviora, ſine antheris, alternantia cum ſuperioribus; (inter par infimum nullum) baſi villoſa. *Germen* ſubulatum, hexagonum, villoſum, ſuperum. *Stylus* inferne attenuatus, villoſus, teres. *Stigma* tridentatum, acutum, ſæpe connivens. *Pericarpium*, legumen ſpithamale, teres, ſexcarinatum, articulatim incraſſatum.

Species. Arbor magna. *Rami* virides, teretes, tomentoſi. *Folia* ad ramorum fines propinqua, pedalia, bipinnata. *Rachis* communis pedalis, articulis pollice longioribus, exterioribus brevioribus, *pinnis* quinque-jugis cum impari: rudimentum foliioli cochleiforme, petiolatum inter par ſingulum: pinnæ ſpithamales, exteriores breviores, teretes; foliolis 6, 8-jugis; inter par ſingulum glandula. *Foliola* oppoſita ad genicula rachis, petiolo filiformi, ovata, integra, glabra, plana.

In urbe *Beit el fakih* duas vidi arbores hujus generis, ſed peregrinas & incolis ignotas; a quodam falſo vocatas *Seſebân*. *Caſſiam* æmulatur ſtaminum curvatura, corollæ irregularitate & legumine.

CADABA.

11. CADABA. *Monogynia. Calyx* 4-*phyllus. Corolla* 4-*petala. Germen pedicellatum.*

Character Genericus. *Calyx:* perianth. 4-phyllum, laciniis ovato-acutis, concavis, patentibus, deciduis. *Corolla* tetrapetala, bina utrinque inſita inter laciniam interiorem calycis & receptaculum. *Ungues* paten-

tes, filiformes, longitudine calycis: lamina lanceolata, undulata. Quibusdam petala prorsus nulla. *Nectarium* inter receptaculum & laciniam calycis superiorem, tubulosum, unguibus corollæ longius, apice lingulatum, planum. *Filamenta* 5, inæqualia, filiformia, inserta pistillo supra basin, tria inferius, duo supra. *Antheræ* erectæ, lanceolatæ, acuminatæ. *Pistilli pedicellus* filiformis, incurvus, staminibus longior, elevans *Germen* cylindricum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtusum, villosum. *Pericarpium*, capsula pedicellata, cylindrica, unilocularis, bivalvis: valvulis post dehiscentiam revolutis. *Semina* plura, reniformia, pulpa triplicis seriei imbricata.

Species. CADABA ROTUNDIFOLIA; *foliis orbiculatis, glabris.*

Descr. Arbor grandis. *Folia* alterna: *petiolo* semipollicari, tereti, basi & apice crasso: *lamina* orbiculata, plana, crassa, glabra, interdum subrepanda, sæpe apice emarginata. *Flores* sine corolla. *Nectarium* curvum, basi latius, viride, terminatum lingua ovata, plana, lata, supra fulva, subtus flava. *Stamina* inserta prope basin pedicelli germinis. *Fructus* pendet ex pedicello pollicari, ipse bipollicaris, cylindricus, glaber, pennæ anserinæ crassitie, torulosus, viridis: valvulis duabus revolutis post dehiscentiam intus rubris. *Semina* nigra, pulpa rubra, sicca.

Lohajæ frequens. Arab. *Kadhab.* قطب

12. CADABA FARINOSA; *foliis ovatis, oblongis, farinosis.*

Descr. *Folia* alterna, semipollicaria, farinoso-tomentosa, plana, integra, obtusa, alterna. *Pedunculi* racemi ramorum terminales. *Rami* recentes tomentoso-farinosi. *Nectarium* album, parvum, lingua tubo angustiore revoluta. *Petala* 4, undulata. *Stamina* inserta pedicello germinis infra medium.

Arab. *Afal*, aliis *Korrah* vel *Sarah* سرح *Usus antitoxicus*: dum rami recentes & minores masticantur; vel pulveris forma eduntur.

13. CADABA GLANDULOSA; *ramis, foliis, calyce, pistillo glandulosis, villosis.*

Descr. *Folia* semipollicaria, scabra, non emarginata, ovali-acuta. *Pedunculi* terminales, subramosi. *Capsulæ* pedicellatæ, ovato-oblongæ, semipollicares, hispidæ seris clavatis.

Hadle. Arab. *Tannaim.*

PAPU-

PAPULARIA.

14. PAPULARIA CHRYSTALLINA; *monogyna; calyce nullo; corolla monopetala.*

DESCR. *Caules* procumbentes, papulosi, velut plantæ chrystallinæ; subarticulati, teretes. *Folia* opposita, ovalia, semiunguem longa, crassiuscula, parentria, utrinque papulis nitidis chrystallisata; *petiolo* brevi, basi alato; *stipulis* membranaceis utrinque adnatis, lanceolatis. *Corolla* calycina, monopetala, 5-fida, viridis, laciniis mucronatis extus infra apicem. *Calyx* nullus. *Antheræ* didymæ, extus rubræ, polline flavo. *Stamina* alternant cum corolla. *Germen* cylindricum, superum, sursum crassius, supra excavatum. *Stylus* unus, filiformis, brevis.

Ad *Dáhi.*

SUÆDA.

15. SUÆDA BACCATA; *foliis teretibus, nitidis, punctatis; fructu baccato.*

DESCR. *Caulis* fruticosus, diffusus. *Folia* ovata, obtusa, semiteretia, conferta, carnosa, nitida, punctata, inferiora interdum subulata. *Flores* in alis glomerati, sessiles. *Calyx* carnosus 5-partitus. *Corolla* nulla. *Stamina* 5. *Pistillum* 1; sed tripartitum. *Stigmata* subulata. *Fructus* baccatus. *Capsula* calyce vestita, 5-valvis, polysperma.

Alexandriæ in campis; florens fine Sept. Arab. *Mullæah.* ملاّح Est *Chenopodium Ægypt. Hasselquistii.* Si petala vel calycis laciniæ sex forent, ad *Basellam* veniret. Salsuginosa planta, sed in acetariis non usurpatur.

16. SUÆDA VERA; *foliis semiteretibus, farinosis, non punctatis; stigmate peltato.*

DESCR. *Stigmata* ante floris explicationem valde eminentia, rubra, membranacea, 3 vel 4-fida, sublaciniata. Postea corolla & stamina ad eandem fere altitudinem excrescunt, & Stigma evadit capitato-planum: semper tamen sublaciniatum. *Calyx* 5-fidus *Corolla* nulla. *Flores* plerumque solitarii; interdum coacervati in axillis. *Folia* carnosa, semiteretia, supra plana, subcurva, obtusa; farina subtili, detergibili & ideo viridi-cærulea. *Rami* juvenes violacei: in præcedenti (*baccata*) virides; raro subrufi. *Frutex* diffusus.

17. SUÆDA; *foliis* oblongis; interdum linearibus, vix pollicaribus.

Arab. *Hömmám.* حمّام

18. SUÆDA VERMICULATA; *foliis carnoſis, ovatis, ſubgloboſis, farinoſis, punctatis; ſtigmatibus ſubulatis.*

DESCR. *Flos* axillaris, ſolitarius, ſeſſilis. *Stigmata* rubra vel viridia, ſubulata, eminentia ſupra florem nondum explicatum, deinde ſtamina æquantia. *Caulis* fruticoſus, diffuſus. *Folia* ſubgloboſa, conferta; inferiora longiora, ovata, farina ſubtili cæruleſcentia, albo-punctata, carnoſa, ſtrictiſſima. *Suædæ veræ* perſimilis; foliis vero & ſtigm. differt. A *Salſola verm.* diſtinguitur flore tribus foliis non cincto.

Alexandriæ, in arvis littoreis. Octobr. initio.

19. SUÆDA FRUTICOSA; *foliis ſparſis, carnoſis, linearibus, utrinque convexis, obtuſis.*

DESCR. *Frutex* 3 uln. altus. *Folia* pollicaria, nuda ſine farina, ſubſeſſilia. *Flores* in ramorum ultimorum medio axillares, ſeſſiles, capitati. *Petala*, ſeu Calycis foliola quinque, viridia, patentia, concava, ſtaminibus oppoſita. *Annulus* viridis, elatus, inter ſtamina & piſtillum. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, germine anguſtior, triplo longior. Germen ſupra dilatato-planum, e cujus medio tres ſtyli ſubulati; nondum maturis floribus ultra apicem clauſi floris prominentes, patentes: creſcente flore, intra illum retrahuntur, & evadunt exiliores. *Capſula* parva, membranacea, ſemen arcte circumdans.

Djiddæ. Novembr. init. Arab. *Döluk*.

20. SUÆDA MONOICA; *caule fruticoſo; diffuſo; floribus maſculorum germine ſupra orbiculato; fœminicis trigynis.*

DESCR. *Folia* alterna, linearia, obtuſa, vix pollicaria, carnoſa, horizontaliter compreſſa, patentia, punctata, marginis linea media viridi; ſine farina. *Flores* axillares, conferti, ſeſſiles; maſculi & fœm. mixti. *Maſculi* majores; ante explicationem ſtyli nulli prominentes; demum petala calycina panduntur, & ſtamina 5 patent. *Germen* filiforme, filamentis craſſius, brevius, apice terminatum orbiculo membranaceo, albo, e cujus centro Styli duo breves, rufeſcentes. *Fœminei* flores minores, ſtylis 3, divergentibus, ultra florem clauſum eminentibus. Clauſos ſemper vidi, & calycis lacinias velut connatas: nec opus eſt, ut aperiantur, quum fructificationis partes exſeruntur ultra florem. (In Ægyptiaca monoica Maſculorum ſtylus ſuperne dilatatur in orbiculum, cui inſident ſtigmata 2 nigra, brevia, abortientia.) *Semen* 1: magnum, calyce tectum. *Frutex* diffuſus, arboreſcens, humilis: toto fere anno florens.

Alexandriæ & Lohajæ. Arab. *Aſal*. عسل

OBS. *Hæc eſt planta e qua Arabes Yemenenſes* Hötam حطم *vel* Döluk, *id eſt:* Sal alkali *extrahunt; cujus diluta ſolutione veſtes lavantur, antequam Sapone imbuuntur, pretioſa his in oris merce. Sic paratur: Ligna vel carbones*

carbones terreſtri foveæ injecti accenduntur; rami Aſal recentes & folioſi imponuntur ſenſim, & depaſtis primis. Sal fundum foveæ petit, unde forma ſcoriæ nigræ excipitur. Beit el ſakíh conflat Rotl $1\frac{1}{2}$ *vel* 2. Chomaſj. (Rotl *eſt pondus* 16. *unc.* Chomaſch 75. *faciunt* 1. *Imperial.*)

21. SUÆDA HORTENSIS; *foliis linearibus farinoſis; calycibus fructus carnoſis, divergentibus; ſtigmatibus triplicibus.*

DESCR. Frutex ultra cubitum diffuſiſſimus. *Flores* in alis congeſti, ſeſſiles, incompleti. Hermaphroditorum germina vere frugifera. An ſint flores mere fœminei, neſcio; in omnibus, quos maturos vidi, antheræ quoque aderant. *Stigmata* 3, baſi parum unita, ante apertos flores prominentia. A *Suæda vera* differt, cui ſtigma peltatum. *Baccatæ* magis affinis; nam calyx fructui non connaſcitur, ſed divergit. *Semen* capſula tegitur viridi e continuato ſtylo orta. *Folia* carnoſa, linearia, pollicaria, plana ſupra; farina cæruleſcente, detergibili; albo-punctata.

In *Káhirinis* hortis frequens; & in locis ruderatis circa agros urbis *Taæs*. Arab. *Mullah.*

ROCAMA.

22. ROCAMA: *digyna, calyce monophyllo, corniculato; corolla nulla; capſula 2-loculari, 2-ſperma.*

DESCR. *Caules* annui, proſtrati, teretes, ſcabri, articulati, ſæpe cubitales. *Folia* oppoſita: petiolo ſemipollicari, canaliculato, margine membranaceo, verſus baſin latiore, amplexicauli, connato cum petiolo oppoſito. *Lamina* pollicaris, ovali-oblonga, plana, obtuſa, integra, glabra, craſſa. *Flores* ſeſſiles, axillares, ſepteni in capitulum congeſti: unus in medio ſeſſilis, reliqui in parvis pedicellis ramuloſis, ſæpe binis bracteis diſtincti virides. *Calyx* perianth. monophyllum, campanulatum, 5-fidum, perſiſtens, laciniis ovalibus, erecto-patentibus, extrorſum *corniculo* ſubulato, patente, carnoſo: ſæpe una lacinia corniculo caret. Hoc corniculum ex media parte laciniarum exiens calycem repræſentat connatum cum corolla, membranacea. *Corolla* nulla. *Filamenta* 5, ex receptaculo, calycis laciniis alterna, erecta, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* erectæ, didymæ, *Germen* ſuperum, globoſum, compreſſum, ſupra planatum, rubrum. *Styli* 2, ſubulati, albi, apice divergentes. *Stigmata* acuta. *Pericarpium*, capſula calyce cincta cuneato, tetragona, compreſſa, utroque latere & ſupra canaliculata, bilocularis, diſperma, brunea. *Semina* in quovis loculo bina, alterum ſupra alterum, ſubrotunda, nigra. *Lohajæ.* Ar. *Rókama.* رقمة

CLASSIS VI.

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

TILLANDSIA.

23. TILLANDSIA DECUMBENS; *foliis ovato-lanceolatis.*

DESCR. *Caulis* decumbens. *Folia* craſſiuſcula, *Commelinæ* ſimilia, ſed longitudinaliter punctato-ſtriata. *Calyx* 3-fidus. *Corolla* 3-fida. *Flores* inferi, violacei. *Filamenta* valde villoſa; an ergo *Tournefortia*?

Ad *Taæs* primam vidi florentem.

β) *foliis lanceolatis, vaginantibus, alternis, ciliatis.*

An varietas, vel ſpecies diverſa?

PANCRATIUM.

24. PANCRATIUM MAXIMUM; *ſpatha uniflora, petalis patentibus; nectario pedali.*

DESCR. *Caulis* vel ſcapus teres, glaber. *Nectarium* floris enorme, cum tubo pedale. *Petala* alba, ſtaminibus longiora, acuta, patula, aſt non reflexa; ut in *Pauer. Zeyl.* Folia non vidi.

Legit illam & mihi attulit unicam Dn. NIEBUHR, Socius itineris; prope *Taæs.*

ALLIUM.

25. ALLIUM DESERTORUM; *foliis caulinis teretibus; antheris ſubulatis; umbella capſulifera.*

Corolla albo-rufeſcens, linea media obſcuriore. Eſt e minoribus.

In deſertis *Kâhirinis.* Arab. *Zaitæman.* زعيتمان

ASPARAGUS.

26. ASPARAGUS STIPULARIS; *ſtipulis baſi mucronatis, foliis ſimplicibus, ſubulatis, mucronatis.*

DESCR. *Caulis* angulatus, diffuſus. ramoſus. *Rami* patentes, angulati. *Folia* ſubulata, mucronata, angulata, patentia, pollicaria, conferta, rigida, ſolitaria, raro ternata, mucrone flavo, pellucido, acuto. *Stipulæ*

ſub

ſub alis ramorum foliorumque membranaceo-pallidæ, lanceolatæ, amplexicaules, aculeo ſubtus deorſum ſpectante, rigido. *Flores* campanulati, flavicantes, breviſſime pedunculati, bini vel terni ad utrumque latus axillæ folii. *Baccæ* breviſſimo pedunculo, cæruleæ, globoſæ: baccis juniperinis ſimillimæ: piſo minores. *Aſp. aphyllo* non convenit fructu, qui major & tricoccus; diſcrepat quoque foliis non ſpinoſis, ſtipulatis, raro faſciculatis. (cfr. *Tournef. Itin.*)

Alexandriæ; inculta habitans, rarior.

27. ASPARAGUS RETROFRACTUS.

Folia faſciculata, linearia, aceroſa, tenuia. *Spinæ* ſtipulares, ſolitariæ, deflexæ; ortæ ex ſtipulis pendulis, demum induratis in aculeos fragiles.

Hadíe. Arab. *Schadjaret ennemr*. شجرة النمر aliis *Hömmner* vel *Heniet ennemr*.

CONVALLARIA.

28. CONVALLARIA RACEMOSA; *ſcapo racemoſo, bracteato.*

DESCR. *Scapus* ſquamatus, racemoſus faſciculatim; bractea lanceolata ſub quovis faſciculo. *Pedicelli* conferti, patentes. *Corolla* 6-fida, infera. *Stamina* corollæ inſerta. *Stylus* longus. *Stigma* capitatum. Flores ſine calyce & ſpatha nudi. *Pericarpium* bacca 1, 2, 3 cocca; coccis monoſperm. piſi magnitudine.

Haaíe. Arab. *Dœnaq*.

ALOE.

29. ALOE MACULATA; vera.

Flores flavi. *Folia* vix pedalia. *Scapus* ſeſquipedalis. Tota planta ſolito minor.

Lohajæ. Arab. *Sabbára*. صبارة

Alexandriæ erat foliis non variegatis. In Ægypto flores hujus Aloe reponuntur in ædibus recenter exſtructis ad vapores mitigandos.

30. ALOE OFFICINALIS; *floribus rubris, racemoſis, tereti-triquetris.*

DESCR. *Scapus* bicubitalis, teres, glaber, cinereus, interdum bifidus: corymbus terminalis, pedalis; bractea membranacea, lanceolata, deflexa ſub flore ſingulo. *Flores* rubri, pedicello parvo, cernui, racemoſi, teretotriquetri: oris laciniis apice reflexis: tribus interioribus infra apicem conniventibus, & paullo longioribus reliquis. *Folia* extrorſum attenuata;

ſupra cava, infra convexa; margine aculeis oppoſitis, erectis compreſſis, brevibus; conferta; baſi plana, vaginantia: colore viridi, nebulis albis, ſubtus rufeſcente.

Mór. Arab. *Sabr.* Si frangantur folia, produnt *pulpam* viridem, viſcido-carnoſam, fœtore *Aloes ſocotr. offic.* unde hanc plantam exiſtimo matrem ſucci iſtius. *Aloe vera* LINN. *foliis* gaudet *planis.*

31. ALOE VARIEGATA. Arab. *Beſeſil* vel *Beſelil.* بصيلل *Hadîe.*

Folia lineari-lanceolata; margine retrorſum dentato-ſpinoſa, maculis albis ſparſis, baſi vaginantia; interdum conferti, digitum longa; interdum anguſtiora, pedalia, remota, minus maculata. *Caulis* baſi nudus.

32. ALOE PENDENS. Arab. *Beſeſil* بصيصل vel *Fyll aſfar.* فل اصفر *Ibid.*

Folia ſubdiſticha, digito anguſtiora, ſeſquiſpith. vel pedalia, vaginantia, remota. *Flores* racemoſi, flavi. Creſcendo dependet ſæpe e rupibus, pedunculis tamen ſurgentibus.

33. ALOE INERMIS; *foliis inermibus, margine ſub-cartilagineis.*

Folia carnoſa, ſeſquipoll. lata, curva, ſubtus convexa, viridia: ſupra concava, ferrugineſcentia, albido-maculata, prorſus inermia: lineæ duæ longitudinales, elevatæ, in pagina ſuperiori foliorum. Margo folii hyalinus, craſſus, cartilagineus.

Ad urbem *Taæs.* Arab. *Æbliæ.* عبليه

34. ALOE VACILLANS; *foliis dentato-ſpinoſis.*

Folia planiuſcula, obſcure viridia, margine rubra, dentato-ſpinoſa *Flores* ſubſeſſiles, cernui, filamento breviores, flavo rubentes. Creſcendo caudicem acquirit brachii craſſitie, ulnæ longitudine; tantæ vero debilitatis, ut leviſſima vi decumbat, niſi lapidem vel alium obicem a latere habeat, cui innitatur: hinc & ſæpe radices agit laterales. Succus recens flavicans; ſiccus rubet ſanguinis inſtar. His notis abunde diſcernitur ab *Aloe vera*

Kurmæ. Arab. *Charchara.* خرخره

HYPOXIS.

35. HYPOXIS; *floribus violaceis.*

DESCR. *Corolla* infera, ſexfida. *Germen* depreſſum, margine ſex-lobum. *Stylus* filiformis. *Stigma* acutum. Flores racemoſi, violacei, velut tota

tota planta: & nudi. *Pedicelli* ſemipollicares, bracteolis ſquamiformibus ſuffulti. *Caulis* digiti longitudine. Folia non vidi.

Ad *Taœs* lecta.

HÆMANTHUS.

36. HÆMANTHUS COCCINEUS.

DESCR. *Caulis* ex vaginis foliorum clauſis, albis, violaceo-guttatis. *Folia* ſeſquiſpith. ovali-oblonga, integra, nervoſa, viridia, rachis ſubtus violaceo-guttata *Spatha* nonniſi dentata. *Setæ* longæ inter pedicellos. *Radix* tuberoſa. Non edulis.

Hadûe. Arab. *Homhömet el hanaſch.* حمحمة الحنش Al. *Voket el hannaſch.* وقيض الحنش

JUNCUS.

37. JUNCUS SUBULATUS; *foliis ſubulatis; paniculis terminalibus; involucro diphyllo, ſubulato.*

Alexandriæ. Arab. *Hallœn.*

38. JUNCUS SPINOSUS; *involucris paniculæ infimæ pungentibus; ſuperioris ſetiferis.*

Arab. *Sammar.*

OBS. Ex hoc Junco ſpin. conficiuntur *Storeæ* (*tapet*), quibus pavimenta adium obtegunt Orientales. Káhiram deferuntur ex Ægypto ſuperiore & e Suénſi regione tanta copia, ut Conſtantinopolim exportentur. Elegantiſſimæ ſunt texturæ. Una & ſufficiens cubiculo mediæ magnitudinis ſæpe conſtat 20. Piaſtr. Facillima conſtruuntur arte. Quodque maxime miror, Natoliæ cives ipſi neſciunt Juncum eundem in vicinia abundanter creſcentem, in Archipelago & circa Stambuldam.

FRANKENIA.

39. FRANKENIA REVOLUTA; *caule fruteſcente, dichotomo, ſpithamali; foliis ovatis, margine revolutis; floribus axillaribus, ſeſſilibus, albido-rufeſcentibus; ſtigmate trifido.*

Alexandriæ. Arab. *Nemaſſe.* نميشه

RUMEX.

40. RUMEX GLABER; *floribus maſculis ſexpetalis; calyce nullo.*

DESCR. *Radix* annua, fuſiformis. *Caules* plures, decumbentes, ſpithamales, teretes, glabri. *Folia*, radicalia & caulina, ſuperiora minora, maxima,

maxima petiolo bipollicari, ſupra plano biſulcato, lamina pollicari, craſſa, triangulari-ovata, acuta, ſubrepanda, margine ſcabra. *Stipulæ* membranaceæ, vaginantes. *Flores fœminei* exteriores ſeſſiles, majores, pyramidales, carinis 6 obtuſis, inter quas puncta impreſſa. Apice *Calyx* fœm. terminatur laciniis 3 exterioribus complicatis, recurvis, mucronatis; & 3 interioribus conniventibus. *Germen* intus triquetrum: *Stylis* 3 plumoſis, divergentibus. Flores magnitudine ſeminis oryzæ. *Flores Maſculi* in medio, pedunculati, pedicellis unifloris, flore 4, 6-petalo: *piſtillo* nudo, calyce nullo. Naturali ordine convenit cum Rumice; ſed corolla maſcula abludit. Lector, cui ad manus eſt *Bauhini Prodr.*, determinabit, annon Rumex hic alterius ſit generis.

In deſertis *Kâhirinis*. Arab. *Ságarat el aguz*. Aliis *Figl el djebbel*, فجل الجبل

41. RUMEX PERSICARIOIDES; *floribus hermaphroditis, valvulis integris, nudis; foliis oblongo-lanceolatis.*

DESCR. *Caulis* fruticoſus, bicubitalis, erecto-diffuſus. *Folia* alterna: *petiolo* pollicari, canaliculato: *Lamina* bipollicari, oblongo-acuta, glabra, craſſa, integra. *Pedunculi* paniculæ terminali ex racemis alternis: pedicelli umbellati, terni, uniflori. *Florum* petala patentia: (quod contra charact. gen.) *Antheræ* non ſolum didymæ, ſed & apice bifidæ, ut appareant binæ ſingulæ. *Nectarium* ſquamula alba, palmata; patens, ſub ſingula junctura petalorum.

In montibus *Hadienſibus*. Arab. *Öthrob* عثرب

42. RUMEX COMOSUS; *floribus ſpicato-comoſis; valvulis dentatis, altera granifera.*

DESCR. *Flos* deficit tertia parte. *Calycis* foliola 2 oppoſita, ovato-acuminata, convexa. *Corollæ* valvulæ 2 planæ, oppoſitæ, dentatæ, interiore majore. *Stamina* 4: *antheræ* in fauce corollæ: *piſtilla* 2, patentia. *Stigma* 5-fidum: fructificanti granum adnaſcitur valvulæ majori corollæ. *Caulis* procumbens, ſeſquipollicaris, teres, ruber, ſimplex, infra nudus, ſupra undique ſpicatus floribus breviter pedunculatis, confertis, erectis, dum florent, reflexis fructu maturo. Spica inter flores emittit *Folia*, petiolo lineari-lanceolato, ſubrepando: ex apice ſpicæ *coma* exit minorum foliorum, oblongorum.

Vidi florentem & frugiferum menſe Decembr. ad Canalem prope hortum Ibrahim. Bey *Kâhiræ*.

An *Æmptius* LINN.? Huic valvula corollæ non trifida (Sp. Pl. & Hort. Ups.), ſed 5- & 7-fida & flos deficiens.

RUMEX

43. RUMEX PICTUS; *floribus diclinis, monoicis; valvulis fœmineis integris, graniferis; foliis linearibus, pinnatifido-dentatis.*

Flores racemoſi; ſuperiores maſculi; inferiores fœminei, valvulis albidis, ad marginem venis rubris pulcherrime pictis.

Roſettæ; in arenoſis paſſim. Arab. *Hemſis.*

COLCHICUM.

44. COLCHICUM MONTANUM.

Flores bipollicares, violacei. *Folia* ambiunt florem nondum explicatum.

Kurmæ tantum vidi plantam.

NOVA GENERA.

ADENIA.

45. ADENIA. *Monogynia; corolla 6-petala.* Arab. *Aden* عدن *Hadie.*

CHARACT. GENERICUS. *Calyx, perianth.* longiſſimum, teres, ſurſum craſſius, bipollicare, limbo 6-fido, laciniis oblongis, albidis, obtuſis, recurvis, ſemipollicaribus. *Corolla* petala 6, alba, calyci inſerta inter lacinias calycinas, lineari-lanceolata, curva, calyce breviora. *Nectarium*: ſquamæ 6 lineares, erectæ, truncatæ, inter calycem & quodvis filamentum ſingula, in eorum junctura. *Filamenta* 6 filiformia, inſerta calycis tubo ad baſin, dein parum connata, mox libera, calyce breviora, alba. *Antheræ* erectæ, ſimplices, lineari-lanceolatæ, flavæ *Germen* tubo calycis adnatum. *Stylus* oblongo-conicus, breviſſimus, flaveſcens. *Stigma* craſſum, emarginatum.

SPECIES. ADENIA VENENATA; *foliis palmatis*; *floribus ſpicatis.*

DESCR. *Truncus* ſcandens, viridis, brachii craſſitie. *Rami* teretes, flexiles, alterni. *Folia* alterna. *Petiolus* teres, erectus. *Lamina* peltata, palmata, 5-loba, lobis verſus medium majoribus, ovalibus: foliorum baſi callus ſeu glandula gibboſa, nigra. *Cirrhi* ex ramis lateralibus. *Pedunculi* ramuli conferti in apice ramorum, breves ramuloſi, *rudimentis* foliorum glandula craſſa, periolata, ſubtus bidentata; ad axillam rudimenti *Flores* 2 vel 3 ſeſſiles: ergo *Spica* compoſita vocanda, in qua flores conferti.

Febr. menſe fere omnes hujus ſpeciei ſine foliis & floribus erant, *Venenatiſſimam* perhibent, & ſæpe exitioſos in uſus verti, dum teneriorum ramorum pulvis propinatur in liquore qualicunque, unde corpus intumeſcit. *Oud eſſym* (*Capparis ſpin.*) antidoti vices miniſtrat.

SILIQUARIA.

46. SILIQUARIA. *Monogynia. Calyx 4-phyllus. Corolla 4-pet. ad latus ſuperius.*

Charact. Genericus. *Calyx perianth.* tetraphyllum, foliolis lanceolatis, infimo latiore, perſiſtentibus. *Corolla* 4-petala, irregularis, infera calyce. Petala ad latus ſuperius poſita, calyce longiora, unguibus filiformibus, lamina ovato-oblonga, obtuſa, erecta. *Filamenta* ſex, æqualia, ſubulata, incurva, corolla breviora. Antheræ ovatæ, ſimplices, erectæ. *Germen* ſuperum, teres, incurvum. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum; poſtea germen elongatur ultra florem. *Pericarpium*: ſiliqua cylindraceo-ſubulata, unilocularis, polyſperma, utrinque longitudinaliter dehiſcens. *Semina* plurima, globoſa, villoſa.

Species: glandulosa; *flore albo; calyce glanduloſo.*

Descr. *Radix* fuſiformis, forte annua. *Caules* diffuſi; ramoſi, teretes, cubitales, virides, ſcabri glandulis fuſcis. *Folia* alterna, ternata, ſimplicia, undique glandulis ſcabra: petiolo ſupra canaliculato, foliolis oblongis, obtuſis, integris, lateralibus brevioribus. *Pedunculi* terminales ramorum, racemoſi, folioſi, ſpithamales. *Pedicelli* folio ſolitario ſuffulti, aliis foliis interjectis, uniflori. *Calyx* viridis, glanduloſus. *Corolla* albida, venis luteis, apice ferrugineo-nebuloſa. *Filamenta* flava *Antheræ* ferrugineæ *Siliquæ* pendulæ, ſeſquipollicares, virides, glanduloſæ. *Semina* fuſca, villis albis. Affinitas magna cum Tetradynamiis ſiliquoſis: ſed ſtamina æqualia & corolla irregularis, unilateralis.

In deſertis arenoſis, ſiccisſimis ad *Birket el hádgi* prope Káhiram: florens ac ſemina matura ferens medio Maji. Odor plantæ fortis, nauſeoſus.

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

LIMEUM.

47. LIMEUM HUMILE; *foliis ovatis.*

DESCR. *Caules* proſtrati. *Folia* orbiculato-ovalia, mucronata, petiolata, breviſſima, alterna. *Petiolus* perexiguus, amplexicaulis. *Calyx* vix carinatus. *Corolla* acuta.

Lohajæ.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

AMYRIS.

48. AMYRIS OPOBALSAMUM; *foliis ternatis, integris; pedunculis unifloris.*

DESCR. Arbor mediocris. *Rami* valde divaricati: *Cortex* lævis, cinereus; ruptus odore & ſucco opobalſamum prodens. *Folia* alterna, ternata. *Petiolus* filiformis. *Foliola* baſi approximata; medium majus, obovatum; lateralia ovata; omnia glabra, plana, integra. *Pedunculi* in ramulis parvis terminales, ſolitarii, vel plures, filiformes, uniflori. *Calyx: periauth.* 1-phyllum, campanulatum, inferum, 4-dentatum, perſiſtens: dentibus brevibus, corollæ appreſſis. *Corolla*, petala 4, linearia, erecta, conniventia in priſma quadrangulare, obtuſa, margine leviter inflexa, baſi magis. *Nectarium*, annulus carnoſus intra ſtamina & germen: introrſum canaliculum circularem circa germen formans, flavus: extus verruncula elevata inter ſingula ſtamina. *Filamenta* 8, inſerta inter petala & nectarium, filiformi-ſubulata, medio incurva, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, didymæ, flavæ. *Germen* ſuperum, parvum. *Stylus* breviſſimus, anguſtus. *Stigma* obtuſum, tetragonum. Piſtillum totum filamentis brevius. *Pericarpium*, bacca, ovato-acuta, glabra, ſuturæ 4, an valvæ? *pulpa* tenax, viſcida, intus bilocularis, monoſperma: ſæpe 1-locularis, vacua, ſæpe unita. *Semen* ovato-acutum, ſolitarium. Flo-

res

res monoici videntur. In nonnullis antheræ vegetæ erant, germen viride & ſtigma anguſtum: in aliis antheræ marcidæ, varia forma abortientes, germen fuſcum, ſulcatum: ſtigma craſſum, hyalinum, tetragonum: ſemen nigricans, abortivum: an ſuccus balſami impedit fructificationem; nam capſulæ plures erant grandes, tamen inanes?

Arbor primum viſa ad hoſpitium *Önde*, non longe ab urbe *Hæs*. Arab. *Abuſchám*. ابو شام i. e. *perodora*.

49. AMYRIS KATAF; *foliis ternatis, apice ſerratis; pedunculis dichotomis.*

DESCR. Arbor ligno albo. *Rami* inermes. *Folia* incertæ figuræ, obtuſa vidi, & acuta. *Pedunculi* ad ramorum apices conferti, ſparſi, velut corymbi, terminales ramulorum, filiformes, pollicari ſpatio ſimplices, incarnati, dein dichotomo-ramoſi: pedicellis ex dichotomia ortis majoribus. *Flores* vidi tantum maſculos; majores floribus Opobalſami; cæterum ſimiles. *Calyx* dentibus lanceolaris, longitudine tubi calycis. *Corolla*, petala viridia, apice recurva, acuta; faux patens; inſerta tubo calycis. *Nectarium* nullum *Filamenta* planata, attenuata, recta. *Antheræ* incumbentes. Piſtillum nullum: calycis fundus prorſus vacuus, & cavus ſub petalis. *Baccas* in alia arbore vidi globoſas, apice umbilico impreſſo.

Beit el fakîh plantatæ erant nonnullæ arbores. Arab. *Kataf*. قطف Narrarunt Arabes, arborem hanc quovis anno menſibus pluvioſis (*Charif* dictis) intumeſcere & prægnantem evadere *pulvere* rubro, fragranti; quo fœminæ regionis *Abu aríſch*, ubi copioſe invenitur, capita aſpergere vel lavare ſolent.

50. AMYRIS KAFAL. قفل

OBS. Maxime inter ſe ſunt affines *Kataf* & *Kafal*, ut differentiam ſpecificam determinare vix poſſim. *Kafal* eſt arbor procerior, *ligno* rubro. *Folia* juniora villoſa, acuta; antiqua: glabra, ſæpe obtuſa. *Ramuli* apice parum ſpinoſi. *Baccæ* compreſſæ, utrinque ſubcarinatæ, apice puncto nigro prominulo. Sintne hæ notæ conſtantes, neſcio. Tam Beit el fakîh quam pridem in Surdûd ajebant Arabes, unam eandemque ſpeciem eſſe; junioris ætatis Kataf, provectioris Kafal. Utriusque *Folia* ternata: foliola ſeſſilia, apice ſerrata: lateralia minora, ovata, obliqua: medium majus, pollicare, inverſe-ovatum, baſi anguſtatum. *Semen* baccæ Kafal ambitur cute oſſea, ut nucem fere æmuletur, fructus drupa: *bacca* ovalis, baſi ſuffulta calyce 4-dentato, lateribus 4 lineis longitudinalibus impreſſis. Utraque odorem ſpirat fragrantiſſimum balſami: pulpa baccæ viridis, ſi vulneretur, balſamum ſtillat albidum.

Lignum Kafal magna commerciorum pars eſt, & ad Ægyptum transfertur, ubi vaſa hydrophora fictilia hoc fumo imprægnantur, ut guſtum contrahant genti huic expetitum. Gummi hujus arboris Medicamen purgans eſt.

Duæ aliæ arbores nomine mihi cognitæ, ut *Schadjaret el murr*. شجرة المر i. e. *Arbor myrrhæ*; Altera *Chadaſch*. خدش his deſcriptis ſimiles, ex referentium fide.

PASSE-

PASSERINA.

51. PASSERINA METNAN; *foliis ovatis, incurvis, quadrifariam imbricatis, caule tomentoſo; floribus congeſtis, ſeſſilibus, terminalibus.*

Character *Paſſ. filiformis* fere quadrat; ſed ex icone *Burmanni* magna patet diverſitas: ibi flores axillares, longe pedunculati: huic noſtræ ſeſſiles 3 vel 4, in capitulum terminale congeſti.

Alexandriæ. Humilis fruticulus, tamen expanſus. Siccatus ad culinares uſus innumeris oneribus in urbem invehitur. Arab. *Metnán.*

POLYGONUM.

52. POLYGONUM PERSICARIA; *repens, villoſa; foliis ovato-lanceolatis; vaginis ſtipularibus, villoſis, longe ciliatis, caulem totum tegentibus; interdum apice dilatato-patentibus; macula transverſa fuſca in ſingulo folio.*

Alexandriæ.

❖ ❖ ❖

NOVA GENERA.

SODADA.

53. SODADA DECIDUA. *Flos completus. Calyx & Corolla tetraphylla, inæqualis. Stamina inclinata. Capſula pedunculata.*

DESCR. *Frutex* diffuſus, ramis alternis, ſeſquipoll. remotis, patentibus. Ad ſingulos ocellos *Spinæ* duæ breves, patentes, ſubulatæ. *Gemma* in medio inter ſpinas nuda. *Folia* decidua, raro præſentia: ſeſſilia, oblonga. *Pedunculi* inter ſpinas exeuntes, terni, uniflori. *Flores* rubri. *Calyx perianth.* 4-phyllum, coloratum, inæquale, deciduum: lacinia ſuperior maxima, convexa, gibba, compreſſa, ſæpe latere lacera, flore erumpente. Laciniæ tres inferiores æquales, lineari-lanceolatæ, patentes, margine vittis ciliatæ. *Corolla* tetrapetala, inæqualis, calyce longior. Petala duo ſuperiora recondita primum intra laciniam magnam calycis ovata, plana, acuminata. Petala duo inferiora alternantia cum calycis tribus laciniis minoribus, oblonga, acuta, plana, margine & ſubtus villoſa. *Stamina* filamenta octo, filiformia, petalis longiora, inclinata, inæqualia, fuſco-viridia. *Antheræ* flavæ, ſimplices, lanceolatæ, erectæ, recurvæ. *Piſtillum: pedicellus* ex receptaculo filiformis, inclinatus, filamentis craſſior, longitudine ſtaminum, elevans *Germen* globoſum, quadriſul-

drisulcatum. *Stylus* antheris sesquilongior, subulatus. *Stigma* acutum. *Fructus* ruber, nuce coryli major.

Ubique per *Temen*. Arab. *Sodâd*. Fructus adhuc immaturus Benjanis edulis, coctus.

BINECTARIA.

54. BINECTARIA. *monogynia; completa. Calyx* 4-*phyllus. Corolla* 4-*petala. Nectarium duplex.*

Descr. *Caudex* arboreus, excelsus. *Rami* umbellati, verruculati, cinerei. *Folia* ad summitates ramorum conferta. *Petiolus* pollicaris, teres, glaber. *Lamina* ovato-oblonga, tripollicaris, rigida, nitida, obtusa, integra, venosa, glabra. *Stipulæ* ad suprema foliola binæ, squamiformes, lanceolatæ, crassæ, flavescentes, erectæ, cauli appressæ, deciduæ. *Pedunculi* axillares, solitarii vel terni: sed tum laterales sæpe abortiunt, filiformes, villosi, uniflori. *Calyx* nondum explicatus erat: perianth. 4-phyllum, foliolis ovato-oblongis, villosis, viridibus. *Corolla*, petala 4, oblonga, concava, obtusa. *Nectarium* corolliforme, duplex: alterum extra alterum intra stamina, utrumque basi sub filamentis connatum in tubum brevem, communem, cylindricum. *Exterius*, erectum, flavum, 8-partitum, laciniis linearibus, apice bilobis, lobis bifidis, adhuc lobo alio cuneato, bifido, interno lateri laminarum interiori parum sub fissura loborum. *Interius* 8-fidum, laciniis 8, lanceolatis, conniventibus in conum, pistillum tegentibus. *Filamenta* 8, brevia, inserta nectario interiori in fissuris laciniarum. *Antheræ* filamentis quadruplo longiores, latere affixæ filamento, erectæ, nectario interiori appressæ, fuscæ. *Germen* superum, conicum, villosum. *Stylus* brevis, filiformis. *Stigma* acutum. An fœcundatio impeditur Nectario pistillum tegente? Tamen explicatos sponte flores non vidi.

Beit el fakîh unicam vidi hanc arborem ab exteris introductam, & in platea plantatam; incolis ignotam nomine & patria.

CAIDBEJA.

55. CAIDBEJA adhærens. *Octandra, tetragyna. Calyx monophyllus. Corolla, squamis* 8; *tomentifera.*

Descr. *Radix* perennis. *Caules* multi, digitum crassi ad basin, sesquicubitales, ramosi, diffusi; setis rigidis, tuberculis rubris insistentibus, ut in Urtica. *Folia* alterna, cum petiolo pollicaria, subrotunda, dentato-serrata, undique tuberculato-hispida, subtus scaberrima, adhærentia. *Flo-*

res

res conjugati, axillares, ſeſſiles per omnes caulis ramulos: *bractea* ſub quovis flore, ſemiorbiculata, acuta, hyalina, alba, ciliata, calyce triplo breviore. *Calyx* monophyllus, inferus, campanulatus, erectus, viridis, 5-fidus, angulis a baſi ad fiſſuras valde lanatis, reliqua parte externe ſubnudus, laciniis, ſeu dentibus lanceolatis, ciliatis. *Flos* velut lana tenaciſſima oppletus usque ad limbum calycis: corollæ loco *Squamæ* 8, ad exortum laciniarum calycis affixæ intus, obtuſæ, incurvæ, virides. *Filamenta* 8 ſubulata, ſingula intra ſquamam corollinam involuta, rufa, incurva. *Antheræ* quadratæ, flavæ, didymæ. *Germina* 4 compreſſa, oblongo-ovata, tomento tenaci obtecta. *Styli* 4, longitudine filamentorum, rufeſcentes. *Stigmata* acuta. *Pericarpium* nullum: Calyx fovet ſemina in tomento. *Semina* 4, compreſſa, ovato-acuta.

In convallibus montium Calcareorum in deſertis *Kâhirinis* orientalibus ad *Caid Bey*; cujus nomen tranſlatum in plantam miræ indolis, adhærentem hamorum ope non ſolum veſtimentis, verum & corpori cuicunque glabro; a qua ſocietate non avellitur, niſi diſcerpta. Variat, *flore*; *laciniis calycis ſenis*; *ſtaminibus* 10; *piſtillis* 5. Arab. *Luſſaq.* لصاق *Hadîe* rarior, *Hamſched* dicta.

Obs. Hæc eadem eſt planta, quam *Nob. de* LINNÉ dicavit memoriæ Prof. FORSKÅL nomine FORSKÅLEÆ, cognomine *tenaciſſimæ*. Præſentem Auctoris deſcriptionem tam prope ad Linnæanam accedere, eo magis laudandum, quo plantam extricatu difficiliorem faſſus eſt ipſe Botanicorum perſpicaciſſimus. (*Editor.*)

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

VOLUTELLA.

56. VOLUTELLA APHYLLA. *Calyx ſexphyllus. Corolla ſexpetala. Pericarpium bacca; ſemen unum. Radix & folia nulla.*

DESCR. *Caulis* perennis, fili craſſitie, parum ſtriatus, villoſus, valde volubilis: ſine foliis & ramis. *Pedunculi* patentes, laterales, caule craſſiores, ſpicati. *Radix* nulla. *Calyx* perianth. 6-phyllum, minimum, deciduum: laciniæ ad baſin corollæ, ſubrotundæ, ciliatæ, planæ, corollæ appreſſæ, tres alternæ exteriores craſſiores. *Flores* ſeſſiles, alterni, globoſi, lente minores, albi. *Corolla* inæqualis, erecta, calyce quadruplo longior, petalis 6: tribus *externis* ovalibus, concavis, obtuſis, interne e baſi emittentibus corniculum cochleari-forme capitulo ovato: apice duobus callis elevatis, ſupra conniventibus Tria alterna *Interiora* reliquis breviora, anguſtiora, lanceolata, utrinque in medio latere unidentata, introrſum verſus apicem duobus callis longitudinalibus. *Filamenta* vix ulla. *Antheræ* novem ſeparatæ, ſeſſiles inter corollam & nectarium, quadragonæ, pyramidales, corolla breviores. *Nectarium* inter antheras & piſtillum, cornicula 3, recta, transverſa, ſpatulata, interne plana, externe verſus apicem duobus callis longitudinalibus, ſupra conniventibus, longitudine petalorum interiorum. *Germen* in calycem demerſum, globoſum. *Stylus* ſubulatus *Stigma* capitulatum, nigrum. *Pericarpium*, bacca globoſa, coronata, apice laciniis calycis tribus remotis, petalis ſex conniventibus; in medio mucro tectus, ex ſtylo ortus. Drupa ſeſſilis, rubra, piſi magnitudine. *Semen* nigrum, rugoſum, piperis grano ſimile.

Mira planta; tenuiſſima, tota fere nulla, ſine radice, ramis, foliis; caule capillari; floribus vix manifeſtis. Arbores ſcandit, valde implicat; ſurgendo fructum in flore ſuperum invertit.

Môr & *Hadîe* non infrequens. Vulgariter dicta *Hadeg mödeq*. Hadiensibus *Djâha*. جاحظ

Bacca inſipida, a pueris ediur; pulpa guſtu piperis, ſed non acri.

Solent Arabes drupas contuſas applicare vulneri, illis dicto *Örûk*. (*Vena mediu.?*)

CLASSIS X.

CLASSIS X.

DECANDRIA.

BAUHINIA.

57. BAUHINIA INERMIS; *foliis lobis ovalibus, divergentibus; leguminibus compreſſis, tomentoſis, teſtaceis.*

DESCR. *Flores* non vidi. *Legumina* compreſſa, linearia, digito anguſtiora, bipollicaria, teſtacea, apice faleata, tomentoſo-velutina, pedicello pollicari, conjugato in ramorum apice. *Folia* ſubrotunda, lobis ovalibus, divergentibus, obtuſis, glabris: *feta* parva inter lobos e rachi continuata. *Spinæ* nullæ. *Petioli* apice incraſſati.

Frequens prope montem *Melhán*. Arab. *Héun embas* vel *Henn el bagar*. حن البقر aliis *Tummár* تمار vel *Athbir*. اثبير

CASSIA.

58. CASSIA LANCEOLATA; *foliolis 5-jugis, lanceolatis, æqualibus.*

DESCR. *Foliola* pollicaria, breviter petiolata, lanceolata, viridia; *glandula* ſeſſilis, ſupra baſin petioli. *Pedunculi* racemi terminales longi, pallide flavi. *Legumina* linearia, villoſa, compreſſa, incurva; matura non vidi.

Surdúd. Arab. *Súna*. Etiam circa *Mór* frequens.

A *Caſſ. liguſtr.* LINN. differt, quod folia non ſeptemjuga, & extima majora inferioribus. Certiorem mihi fecit quidam, hanc Caſſiam veram eſſe *Sennam Meccenſem*, cujus folia Káhiræ venalia huic noſtræ ſimillima vidi, nec ovata; ut vult character *Sennæ*. Senna Meccæ *Lohajæ* inveniebatur *foliis 5-7-jugis, lineari-lanceolatis*. E territorio *Abu arîſch* quotannis magna copia Djiddam deportatur, quam eandem eſſe ajunt Káhiræ vulgarem nomine *Sennæ Mecc.* & in Europa *Sennæ Alexandrinæ*. Arab. سنا

Caſſiarum uſus medicus his in regionibus notiſſimus. *Caſſia fiſtula* contra *Choleram* & *Diarrhœam*, medicamen præſtantiſſimum: ſiliqua tuſa coquitur aqua $\frac{1}{2}$. horæ tempore. Miſcetur deinde *Rhabarbari* ad nigredinem uſti ʒj. Hoc decoctum una doſi recipiatur.

59. CASSIA LIGUSTRINA.

Folia obſcure-viridia & breviora quam in *Caſſia lanc.* *Glandula* ad baſin petioli. *Flores* obſcure flavi; pauci ſubcorymboſi. *Legumina* teretia, ſubcompreſſa.

Ad *Djöblam* frequens.

60. CASSIA TORA. Arab. *Kalkol.* قلقل vel *Didjer el akbar.* دجر الاكبر Ad *Surdûd.*

Annua. *Glandulæ* ſæpe inter foliola ſuperiora. Foliola utrinque & margine villoſa.

61. CASSIA SUNSUB; *foliis trijugis, obovatis, ciliatis; exterioribus majoribus.*

DESCR. Diverſane a priore Tora, neſcio. *Folia*, multo majora; infima pollicaria, extima ſeſquipoll. *Glandula* cylindrica, flava, baſi viridi, inter par infimum foliorum; & ſæpe inter par medium. Inter foliola extrema *ſquamula* linearis. *Petioli* canaliculati; baſi craſſiores, cylindrici. *Stipulæ* binæ, ſemipollicares, lineares, erectæ, ciliatæ. A ſequente differt foliis viridioribus, majoribus, ciliis glandulisque.

Aſchrek. Frequens prope *Taæs.* Arab. *Sunſub.* Uſus plantæ nullus.

62. CASSIA. *Aſchrek.* عشرق Ad *Mór.*

Foliola 4 vel 5-juga, ovali-oblonga, glabra, obtuſa cum acumine. *Siliquæ* planæ. Inter ſingulum par foliorum ſuperne velut papilluli ſubulati.

POINCIANA.

63. POINCIANA ELATA. Ad *Melhán.* Arab. *Ranf.* رنف *Miſchillæch.* مشليخ

DESCR. Arbor bipinnata, inermis. *Flores* corymboſi, magni, flavi. *Antheræ* incumbentes. *Calyx* monophyllus, 5-fidus. *Folia* 7-juga, *foliola* 15-juga.

RUTA.

64. RUTA TUBERCULATA; *foliis lineari-lanceolatis, margine involutis; caulibus foliis ſubtus capſulisque tuberculatis.*

DESCR. *Radix* videtur perennis. *Caules* diffuſi, ſurgentes, pedales, interdum rubri, interdum virides, punctis elevatis ſcabri. *Folia* viridia vel rubra, alterna, ſeſſilia, pollicaria, lanceolata, baſi anguſtata, margine involuta, ſupra punctata, piloſa, plana, ſubtus tuberculata. *Rami* axillares. *Pedunculi* terminales, dichotomi, parce ramoſi, floribus in dichotomia ſeſſilibus, reliquis pedicellatis ramulorum terminalibus. *Petala*

tala flava, concava, undulata. *Germen* tuberculatum. *Capſula* 5-fida, 5-locularis, tuberculata, ſæpe diſperma in quovis loculo.

In deſertis *Kâhirinis*. Arab. *Mâddjenuniæ*. مجنونة Odor ſuavis, fortis velut Rutæ hort. Plantæ aqua bene contuſæ ſucco caput lavant fœminæ Ægypt. ut crines creſcant, quos longos amant.

ZYGOPHYLLUM.

65. ZYGOPHYLLUM PROLIFERUM; *capſulis baccatis, globoſo-quinquangularibus; foliis proliferis, carnoſis, tomentoſis; caule procumbente.*

DESCR. *Caulis* fruticoſus, diffuſo-procumbens, articulatus, villoſus, cinereus, ad genicula parum incraſſatus. *Rami* juniores virides, tomentoſi. *Fŏlia* ad genicula ramorum oppoſita, ſeſſilia, 3-articulata, prolifera, articulis carnoſis, viridibus, tomentoſis, primo cylindrico, in cujus apice duo reliqui ovati, craſſiores infimo. *Flores* axillares, ſolitarii, pedunculo breviſſimo. *Calyx* tomentoſus, bruneo-violaceus: foliola 2 extima non marginata; tertium ad latus rectum, quartum & quintum toto ambitu marginata, margine membranaceo, albo. *Petala* alba, rufeſcentia, acuminata. *Stamina* 10, baſi ſquamis adnata nectariferis. *Capſula* extus pulpoſa, globoſo-obtuſa, 5-angularis, 5-locularis, diſperma. In tranſcurſu aſpecta diverſa videtur a congeneribus, propius tamen obſervata miram monſtrat convenientiam: nam foliorum primus articulus petioli loco eſt, qui in ſpeciebus cæteris folia fert geminata; hic vero duos articulos.

Fruticulus hic *Alexandriæ* ad ſalinas vulgatiſſimus, tamen ab aliis peregrinantibus Botanicis non determinatus, pari cum multis aliis Ægypti plantis fato. Arab. *Hmada*, al. *Hamd*. حمض

66. ZYGOPHYLLUM DESERTORUM; *capſulis baccatis, cylindricis, foliis proliferis; caule diffuſo, glabro.*

DESCR. Simillimum præcedenti. Differt: *Caule* diffuſo, ſuberecto, ſæpe ad altitudinem ſeſquipedalem: articulis majoribus ſeſquipollicaribus. Caulis & folia glaberrima. Foliorum duo *articuli* terminales congregati non ovati, ſed cylindrici. Floris longitudine *pedunculi*. *Capſulæ* cylindricæ.

Copioſe in vallibus ſiccisſimis deſerti inter *Kâhiram* & *Sués*. Arab. *Rottræjt*. رطريط Plantam faſtidiunt omnia pecora, & ipſe Camelus.

67. ZYGO-

67. ZYGOPHYLLUM PORTULACOIDES; *foliis carnosis, glabris; flore unico pedicellato in dichotomia.*

DESCR. *Caulis* dichotomus, prostratus. *Folia* teretia, opposita, sub-punctata. *Flores* flavi. *Petalorum* ungues longi; laciniæ subrotundæ. Ad basin cujusvis *Staminis* utrinque est *alicula* membranacea.

Planta omnium vulgatissima in deserto siccissimo. Arab. *Garmal* جرمل *Maculas oculorum* tolli putant Arabes, si folia hujus Zygoph. recentia aqua contusa, oculis applicantur.

FAGONIA.

68. FAGONIA ARABICA. Arab. *Schoki.* Ad *Mór.*

DESCR. *Petala* calyci non inserta, neque cordata, sed receptaculo inserta; violacea, unguiculata, oblonga, emarginata. *Foliola* linearia, acuta, plana, crassiuscula, subvillosa. *Spinæ* verticillatæ, quaternæ, foliis longiores. *Stamina* 10, basi non appendiculata.

69. FAGONIA SCABRA; *foliis ternatis, oppositis, scabris.*

DESCR. *Stipulæ* 4 verticillatæ, teretes, mucronatæ. *Calyx* 5-phyllus. *Corolla* 5-petala, violacea. *Capsula* 5-angulata, villosa.

Kâhiræ in desertis. Arab. *Djæmdæ.* جمدة

TRIBULUS.

70. TRIBULUS PENTANDRUS; *foliis sub-5-jugis, vix æqualibus; staminibus quinque,*

Káhiræ. Arab. *Gatba.* Pecora non respuunt hoc pabulum.

OBS. Planta deficiens. Si stamina in aliquo flore aderant ultra 5; eorum vice deficiebat unum alterumque ex petalis, quæ communiter erant 5. *Stigma* coronatum carinis 5. *Semina* bicornia. *Caulis* prostratus.

β) *Lohajæ* reperta varietas; *floribus parvis, flavis, hexandris, staminibus* 5-8; *foliis sæpe* 6-*jugis.*

Arab. *Kótaba.*

SILENE.

71. SILENE VILLOSA; *petalis bifidis, oblongis, basi sub germine in tubum connatis.*

DESCR. *Caulis* pedalis, diffusus, oppositе-ramosus, foliosus, totus villosus, teres. *Folia* lanceolata, sessilia, digitum transversum longa. *Pedunculi* axillares,

axillares, ſolitarii, longitudine calycis. *Calyx* inferiori medio arctiore, ibique petala intus connectuntur in tubum *Corolla* violacea, calyce longior, limbi laciniis bifidis, oblongis, obtuſis. Quum flos parum marceſcit, petala involvuntur. *Capſula* in medio calycis incipit, & inde peculiari modo ſupra fundum calycis elevatur. A *Ceraſtoide* ſuo ſimili differt floribus pedunculatis.

Prope *Pyramides Gizenſes* ad agrorum margines florens fine Januar. Colorem & faciem e longinquo habet *Bellidis annuæ* in Germania ubique obviæ.

72. SILENE SUCCULENTA; *floribus axillaribus ſolitariis, pedunculatis; petalis bifidis: foliis carnoſis, ovalibus, villoſis, ſeſſilibus, ſubviſcidis, confertis, patentiſſimis.*

Alexandriæ ad Catacombas. Vernalis.

COTYLEDON.

73. COTYLEDON DEFICIENS; *foliis rotundis, ſubcrenatis; ſtaminibus tetradynamiis.*

DESCR. *Caules* ſurgentes, cubitales. *Folia* oppoſita, inferiora rotunda, petiolata, obſolete crenata: ſuperiora ſeſſilia, obovata; omnia ſucculenta, concava, cochleari-formia. *Pedunculi* oppoſiti, brachiati, ex ſuperioribus alis tripollicares: terminati racemis binis cum floſculo ſeſſili in medio. *Flores* in racemis alterni; bracteola filiformi, rariſſime ſub flore, ſed pedicello ejus oppoſita. In omnibus partibus fructificationis deeſt quinta pars, ut in *Cotyl. laciniata. Stamina* 4 longiora: 4 breviora, longitudine piſtillorum. *Squamæ* nectariferæ 4 filiformes, inter germina & corollam, velut filamenta totidem ſterilia. Similis *Cot. Orbiculatæ*, foliis autem crenatis differt.

Colitur in hortis *Ægypti* nomine *Vudni*, i. e. *Auriculæ*; florens totæ menſe Febr. & Mart. Eadem indigena in monte *Melhán*, ibique nominata *Ödejn.*

74. COTYLEDON LANCEOLATA; *foliis lanceolatis, ſeſſilibus, ſubcarinatis, apice ſerratis, carnoſis.*

DESCR. *Pedunculi* axillares, tripollicares, apice corymboſi. *Flores* 4-fidi, flavo-rubentes. Quinta pars fructificationis deficit. Planta villoſa.

Kurmæ. Arab. *Homedet er robah.* حميدة الرباح

NEURADA.

75. NEURADA PROCUMBENS. Arab. *Saadân*, سعدان.

DESCR. *Caulis* videtur fruticosus, prostratus. *Calyx* non 5-fidus, sed multipliciter imbricatus. *Folia* tomentosa. *Fructus* orbicularis, aculeatus, subtus lævis, tomentosus. *Radix* perforat fructum integrum in medio, & totus orbiculus restat, ut annulus in radice, sub planta.

Alexandriæ. Novembr. initio.

❁ ❁ ❁

NOVA GENERA.

CADIA.

76. CADIA. *Monogynia. Corolla pentapetala. Legumen polyspermum.*

DESCR. *Flores* violacei-rubri, regulares, penduli. *Petalorum* numerus regularis, quinarius; *staminum* denarius. Variat; interdum petala 6 vel 7: & pro quovis petalo superfluo, stamen superfluum, quæ sæpe 12 vel 14. *Filamenta* basi introrsum gibba. *Pistillum* flexum ad latus. *Legumen* lineare, compressum, membranaceum, polyspermum. *Glandula* ad antheras nulla.

Hadîe. Arab. *Kadi*. قضي

Folia recentia, corpori fortiter appressa, levare *cordis dolorem* (hypochondriam) putant Arabes.

ROKEJEKA.

77. ROKEJEKA. *Digynia. Calyx monophyllus. Corolla 5-petala. Pericarpium, capsula 1-locularis, 3-sperma.*

CHARACTER GENERICUS. *Calyx* perianth. monophyllum, 5-fidum, erectum, laciniis lineari-obtusis, margine membranaceis, flore brevioribus, persistens. *Corolla*, petala 5, cuneiformia, obtusa, plana, patentia. *Filamenta* 10, subulata, corolla breviora. *Antheræ* subrotundæ, incumbentes. *Germen* superum, obverse-hemisphæricum, calyce brevius, supra excavatum. *Styli* 2, subulati, patentes ad angulum rectum. *Stigmata* acuta. *Pericarpium* capsula obovata, compressa, unilocularis, trisperma, pistillis emarcidis, calyce persistente longiori & corolla marcida circumdata. *Semina* subrotunda, acuta, compressa, parva.

SPECIES. *Radix* & truncus intra terram lignosa, crassa. *Caules* multi, annui, diffusi, dichotomi, articulati, ramosissimi, cubitales. *Articuli* pollicares,

pollicares, ſuperiores anguſtiores, ſenſim longiores. *Folia* ad geniculs oppoſita, ſeſſilia, vaginantia, pollicaria, lanceolata, baſi anguſtata, integra, glabra; ſuperiora minora, linearia. *Pedunculi* capillares, apice incraſſati, ad dichotomias ſuperiores ramorum & caulium; ſolitarii in media dichotomia: deinde gemini terminales ramuli. *Calyx* viridis, margine albido. *Corolla* alba, venis lineisque violaceis.

In deſertis circa *Kâhiram*. Arab. *Rokæjeka* رقيقة vel رقيقة florens toto menſe April. Styli & pericarpii indole a *Saxifraga* abit.

CAUCANTHUS.

78. CAUCANTHUS. *Trigynia*. *Calyx* 1-*phyllus*, *campanulatus*. *Corolla pentapetala*. *Germen calyce longius*.

Descr. *Frutex*; vel arbor mediocris. *Rami* oppoſiti, cortice cinereo-violaceo, farinoſo, verruculato. *Folia* in ramulorum apice conferta, oppoſita. *Petiolus* ſemipollicaris, filiformis, canaliculatus. *Lamina* orbiculata, vix pollicaris, ſæpe emarginata, glabra, plana, integra. *Pedunculi* corymbi compoſiti, terminales ramorum: pedicelli conferti, fere umbellati, ſemipollicares, filiformes, rufeſcentes, uniflori. *Calyx* perianth. 1-phyllum, parvum, campanulatum, viride, 5-partitum, laciniis lanceolatis, appreſſis. *Corolla* petala 5, unguibus brevibus, ovata, concava, patentia, alba, integra hinc, inde criſpato-ciliata: ſquama nectarifera nulla, calyce ſextuplo longiora. *Filamenta* 10, filiformia, recta, albida, corolla breviora. *Antheræ* ovales, incumbentes, didymæ, margine prominulo farinoſo, flavo. *Germen* ovale, villoſum, calyce longius. *Styli* 3 ſubulati, albi. *Stigmata* truncata. *Pericarpium* non vidi: dicitur eſſe Drupa ovi columbini magnitudine.

In montibus ad *Taæs*. Arab. *Kâka* vel *Kauka*. قوقع *Erythrox.* ſimilis, ſi petala baſi ſquamata.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

PORTULACA.

79. PORTULACA LINIFOLIA; *foliis lineari-lanceolatis, oppositis, rubentibus, margine reflexis; geniculis basi hirsutis.*

DESCR. *Caules* procumbentes. *Calyx* diphyllus. *Flores* terminales, sessiles. *Stamina* 8 vel 9. Vidi plantam staminibus 10-18. *Stigma* 4- vel 5-partitum. *Petala* 4 vel 5.

Surdûd. Arab. *Koraat errai.* Aliis *Mortah.* مرطه Cruda edulis, sapore *Portul. oler.* In cephalalgia folia contusa fronti applicantur.

80. PORTULACA IMBRICATA; *foliis confertis, ovato-acutis, subtus planis, supra convexis, punctatis; geniculis basi hirsutis; floribus sessilibus, terminalibus.*

DESCR. *Flores* flavi, magni. *Folia* crassa, longa, sessilia, brachiatim opposita, adeo propinqua, ut caulem geniculatum imbricent, & subquadragonum reddant.

Beit el fakîh. Arab. *Rozzi.* Aliis *Örnuba.* ارنبه

81. PORTULACA; *calyce 4-phyllo, persistente.*

His similis. Arab. *Hareschta amrai.* هرشتا امراعي

RESEDA.

82. RESEDA HEXAGYNA; *foliis lanceolatis, repandis, undulatis, floribus hexagynis.*

DESCR. *Caules* decumbentes, hispidi, sesquipedales, ramosi, teretes, striis elevatis, quæ descendunt binæ e basi cujusvis folii. *Folia* sessilia, bipollicaria, lanceolata, margine undulata, glabra, carina, seu rachi supra & infra hispida. *Pedunculi* caulis & ramorum racemi terminales, pedicellis brevissimis, bracteola lineari suffultis. *Flores* alterni, albi. *Calyx* 5-phyllus. *Stamina* 13 seu 14. *Pistilla* sex in globum arctata, qui elevatur a fundo floris pedicello: quod in aliis hujus generis insolitum.

Inter rudera ad *Caid Bey* prope *Kâhiram.* Arab. *Dhenâba.* ضنابا

83. RESEDA TETRAGYNA; *tetragyna; alba; foliolis lanceolatis, repandis; interdum basi pinnatim incisis; calycis dente supremo æquali.*

Alexandriæ. Arab. *Romœjhh.* رميج

EUPHOR-

EUPHORBIA.

84. EUPHORBIA DICHOTOMA; *foliis oppositis, integris, lanceolatis, sessilibus.*

DESCR. *Caulis* suberectus, dichotomus, spithamalis. *Folia*, parva, ovato-lanceolata, sessilia, articulo breviora: quædam inferiora majora, margine denticulata, lata. *Flores* axillares, solitarii, sessiles; pedicello germinis violaceo, folii longitudine. *Capsulæ* glabræ.

Alexandriæ in siccis *Peninsulæ Ras-ettîn.*

85. EUPHORBIA RETUSA; *umbella trifida, dichotoma, involucris lanceolatis, foliis linearibus retusis, denticulatis, inferioribus minoribus.*

DESCR. *Radix* perennis, ½ poll. crassa, lignosa, fusiformis, fibris nullis. *Caules* multi, annui, erecti, spithamales, ramis nullis præter umbellas, teretes, glabri, virides, punctis rubris sæpe aspersi. *Folia* alterna, linearia, summa pollicaria, inferiora gradatim minora, omnia retusa cum acumine, ad apicem denticulato-ferrata, superiora margine rubra, ad basin parum dilatata, dentata. *Involucra* foliis majora, ad trichotomiam tria, ad dichotomias bina: superiora latiora ad basin. *Petala* 3 & 4, bicornia. *Capsulæ* glabræ.

In desertis *Kâhirînis* rarius, florens init. Mart. Arab. *Melhasjn* vel *manîe.* ملحسجن *Euphorbia retusa* (LINN. Amœn. Acad. Vol. 3. p. in multis cum nostra convenit: verum huic folia denticulata, & involucra foliis latiora; nec annua, sed perennis.

86. EUPHORBIA OBLIQUATA; *involucellis late-subcordatis, obliquis.*

Caulis spithamalis. *Folia* lineari-cuneiformia, retusa, sparsa, integra, subemarginata. *Umbella* dichotoma, 3-fida.

Alexandriæ.

87. EUPHORBIA ANTIQUORUM; α) *major, articulata.*

DESCR. *Caules* trigoni, ramosi, interdum anguli 4, & plures. Ramorum latera 3-pollicaria, articulis subrotundis, obscure viridibus, radiis obliquis, obscurioribus. Allatus mihi est *articulus* fere spithamalis: 2 poll. crassus; lateribus cavis, tribus; angulorum marginibus callosis, undulatis: ad singulæ undæ angulum *Spinæ* 2, semipollicares, patentes, subulatæ, rigidæ: inter singula paria spinarum in medio est ordo transversus gemmularum trium vel quatuor. *Stamina* nonnisi 5. An genere divellendæ *Euph* & *Tithymalus?*

Arab. *Gholak* غلق vel *Kalah.* Hanc edunt Cameli coctam in fovea terrestri, quod certe mirum mihi videbatur.

88. EUPHORBIA ANTIQUORUM; β) *minor, inarticulata.*
Rami poll. lati, vix articulati; flavo-virides. Flores 5-dri.
Arab *Chorraſch.* خريش

89. EUPHORBIA OFFICINALIS. Arab. *Schörur. Djöblæ.*
Caudicibus pedalibus, congeſtis; ceſpitis inſtar e terra parum eminet.
Obs. Ex hujus, & *Euph. canar.* (Arab. *Kaſſar*) lacte, purgans draſticum paratur, tempore potiſſimum pluviarum, i. e. autumno; tum enim ſalubrior putatur. Guttas 7 vel 8 farina mixtas in pilulas formant: vel in lac bovinum excipiunt: Canarienſis doſi guttarum 6, 7. Offic. 5 vel 6, hæc ſcilicet fortior eſt. *Euph. tirucalli* ſuccus oculis noxius creditur, & cæcos reddere. *Dahan.* دهن vocatur.

90. EUPHORBIA FRUTICOSA; aculeata, multangula, craſſitie bipollicari; ſubpedalis. *Chadræ.* Arab. *Schörur.*

91. EUPHORBIA ACULEATA; *caule aculeato, ſubtrigono, articulis ſubrotundis.*
Arab. *Kertb* vel *Keratb Sab.* Prope *Taæs.*

92. EUPHORBIA PEPLUS; *foliis & involucellis ovalibus, integris, ſeſſilibus.*
Hadíe.

93. EUPHORBIA THYMIFOLIA.
DESCR. Parva, procumbens, ſubdichotoma. *Folia* oppoſita, ovalia, obliqua, villoſa, obtuſa, ſerrulata. *Caulis* villoſus, rubens. *Flores* umbellis axillaribus. *Petala* albo-rubentia, crenulata
Ghunſude. Arab. *Rummíd.* رميد Succus miſtus farina triticea in paſtam; pilulæ forma & doſi 5; purgans eſt vehemens. Herba ipſa imponitur contuſa vulneribus.

94. EUPHORBIA ESULA; *foliis ſparſis, lanceolato-cuneatis, integris.*
Arab. *Subæſib.* سبيسب Imperfectas vidi, umbellis variantibus.

95. EUPHORBIA GRANULATA; *foliis oppoſitis, obovatis, ſubſeſſilibus, integerrimis; floribus axillaribus, ſolitariis.*
DESCR. *Caules* procumbentes, dichotomi, villoſi. *Folia* obliqua, ovalia, ſubciliata, breviſſima. *Flores* parvi, rubentes. *Capſulæ* villoſæ. Planta parva, lactans.
Lohajæ. Hadíe. Arab. *Lebbejn* vel *Melæbene.* ملبينه

96. EUPHORBIA TRIACULEATA; *caule tereti, ſeptem-ſulcato; floribus ternis, ſeſſilibus ex ala aculeorum.*
DESCR. Frutex cubitalis, diffuſus, ramoſus. *Rami* digiti craſſitie; longitudinaliter ſulcati. In carinis interjacentibus, convexis inſeruntur *Aculei* terni; exteriores breviſſimi, decurvi; intermedius pollicaris, ſubulatus, patenti-recurvus. *Flores* ex ala aculeorum terni, ſeſſiles. *Stamina* nonniſi 6; bina in quovis angulo floris. *Piſtillum* non egreditur ad latus floris; ut in Tithymalis.
Ad urbem *Muſa* frequens in planitie ſubhumida. GLINUS.

GLINUS.

97. GLINUS SETIFLORUS; *caulibus diffusis; floribus capitatis, axillaribus, sessilibus.*

DESCR. *Caules* diffusi, surgentes, teretes, villoso-scabri, articulati, geniculis incrassatis. *Folia* ad genicula verticillata, suborbiculata, margine undulata, petiolo pollicari. *Flores* in capitulis ad genicula sessiles, vel brevissime pedicellati. *Calycis* foliola 3 exteriora majora, viridia, ovata, extus villosa, plana; interiora duo opposita, complicata, lævia, flavescentia, minora. *Petala* numerosissima, erecta, linearia, flava, apice in 3 seu 4 setas divisa, longitudine staminum. *Stamina* plura quam 10. *Germen* ovatum. *Styli* 5, divergentes. *Stigmata* acuta. *Capsula* globosa, 5-sulcata, unilocularis, perlucentibus *seminibus* nigris, multis, affixis setæ involutæ. *Dáhi*, in loco olim inundato, sylvestri.

98. GLINUS CHRYSTALLINUS; *floribus immersis in caules prostratos, strictissimos, papilloso-nitentes.*

DESCR. Tota prostrata, hærens in superficie arenæ. *Caules* e centro crasso plures, rigidi, tripollicares, teretes, undique papilloso-nitentes, quasi saccharo obducti vel chrystallisati, (ut in *Mesembr. chrysst.*) *Rami* perbreves, alterni, vel potius fasciculi minorum foliorum ad axillas. *Folia* alterna: petiolo sesquipoll. plano, chrystallisato: folia ovato-acuta, interdum obtusa, semper chrystallisata: in axillis fasciculi minorum foliorum. *Flores* in superiore parte caulium & ramulorum miro modo semi-immersi, verrucarum instar, magnitudine pisi minoris. *Calyx* 5-phyllus, lanceolatus, rigidus, crassus, erectus: externe papillosus: interne & ad marginis junctiuras albidus, persistens. *Stamina* adeo incerti numeri, ab 8 ad 15. *Situ* peculiari; affixa junctiuræ laciniarum calycis, & diversimode in singula junctiura: stamen 1 vel 2, 3, 4, approximata & fasciculata. Unde si, 4 sumantur pro quavis junctiura, forent 20: & planta Jcosandra. Filamenta etiam solitaria. *Antheræ* erectæ, didymæ, flavæ, subgloboſæ: *Germen* 5-angulare, depresso-cavum. *Styli* 5 approximati, longitudine staminum. *Stigmata* simplicia, recurva instar hami. *Corolla* prorsus nulla: filamenta, quæ *Læfling* corollæ loco se vidisse putavit in *Glino lotoide*; alia certe non erant quam Stamina antheris orba & abortientia: quum eorum numerus in hoc genere inconstantissimus est. *Pericarpium* nondum maturum; vidi tamen *Capsulam* 5-gonam, 5-dentatam, calyce cinctam, 5 locularem, polyspermam: in loculo semina 4. Affinitas summa Mesembryanthemi.

Copiose in arenosis ad *Birket el hadj*, locum primæ stationis Karvani Meccensis, *Káhira* egressi. Nomen Arab. *Lössæq* dubitanter mihi dictum est. Aliis *Kusjet el bellâd* كسجة البلاد.

99. GLINUS

99. GLINUS LOTOIDES.

DESCR. *Caulis* procumbens, dichotomus, hiſpidus, ad dichotomias incraſſatus. *Folia* ovalia, petiolata, villoſo-hiſpida, integra, vix pollicaria, ſub-quinata, inæqualia; falciculata; in puncto unius lateris; non verticillata, ſed alterna. *Foliola* lanceolata. *Pedunculi* in alis plures, longitudine petiolorum, uniflori. *Calyx* 5-phyllus, externa parte viridis, hiſpidus; introrſum albidus. *Corollæ* ſetæ non manifeſtæ. *Stamina* 11-15. *Antheræ* didymæ. *Germen* 5-angulatum. *Styli* 4-5. *Capſula* 5-locularis, 5-angulata, polyſperma.

Matareæ in humidiuſculis. Et ad *Melhán*. Arab. *Haſchſe*. Folia recentia contuſa Vulneribus applicantur; etiam tendinoſis.

❖ ❖ ❖

NOVUM GENUS.

CULHAMIA.

100. CULHAMIA. *Monogynia. Calyx nullus. Fructificatio quadricellulata. Capſulæ* 5, *baſi connexæ.*

DESCR. Arbor magna: cortice glabro, obſcure-ferrugineo: caudice ſæpe ſpith craſſa. *Folia* ad apicem ramorum conferta, ſparſa, patentia. *Petiolus* tripoll. glaber, teres, baſi & apice craſſior. *Lamina* cordato-triloba, 4 poll. ſubrepanda, glabra, lobis ovatis. *Pedunculi* axillares, racemoſo-compoſiti, tripoll. ſub ſingulo ramo & pedicello bractea lanceolata. *Flores* pedicello poll. *Calyx* nullus. *Corolla* monopetala, campanulata, ſemipoll. ferruginea, 5-fida, limbi laciniis reflexis, lanceolatis, viridibus. *Pedicellus* filiformis, viridis, glaber, apice dilatatus, curvatus, e centro corollæ fructificationem elevans. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 15. didymæ, flavæ, ſubgloboſæ, ternatim poſitæ, affixæ apici pedicelli dilatato ſub germine. *Germen* hemiſphæricum, obſolete-5 lobum, villoſum, pedicello elevatum. *Stylus* incurvus, ſubulatus, villoſus: in flore adhuc clauſo nullus; antheris interea orbiculum pedicelli tegentibus: at flore perfecto & explicaturo excreſcit ſtylus *Stigma* capitatum, flavicans. *Pericarpium*, Capſulæ 5 oblongæ, acuminatæ, ſeſquipoll. patentes, baſi connexæ, ſupra ſulco exaratæ, in quo poſtea dehiſcunt, villoſæ, uniloculares, ad utrumque latus ſetis rigidis, ſemina ſimplici ſerie geſtantes; cæterum prorſus inanes & veri *Folliculi*. *Semina* ad utrumque rimæ latus 5, pedicello brevi inter ſetas poſito, ovali-oblonga, teretia, glabra, nigra, baſi appendice pulpoſa, hyalina, reniformi, prominula.

In montibus *Hadienſibus*. Arab. *Kulhâm* كلهم

DE-

DESCRIPTIONES
PLANTARUM.

CENTURIA
QUARTA.

CLASSES XII. — XVI.

ICOSANDRIA. POLYANDRIA. DIDYNAMIA.
TETRADYNAMIA. MONADELPHIA.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MESEMBRYANTHEMUM.

1. MESEMBRYANTHEMUM GENICULIFLORUM.

Folia teretia, ſupra plana, tuberculata, infima connata, ſeſquipollicaria; fracta monſtrant pulpam pellucidam, aquoſam, e cujus centro radii ad peripheriam exeunt.

Káhiræ ad pyramides. Arab. *Ghaſúl.* Pecoribus non gratum.

Panem ſuccedaneum Triticeo potiorem ex hoc Meſembr. parant Arabes (*Beduini*); quibus ſolis in uſu eſt; Ægyptiis non. Capſulas aqua ſubactas, poſtea tuſas ſole ſiccant. Deinde fortiter pulſant, ut *Semina* decidant, quæ mola rediguntur in farinam; hæc aqua & ſale ſubacta in paſtæ formam ſine fermento, tenuis placentæ forma coquitur in tabula ferrea *Sadj* vocata. Horum Seminum $\frac{1}{6}$ *Ardeb.* vel 1 *Uæbæ* ſeu 4. *Roba* venditur pretio 70, 80, usque ad 110 *Parà.*

2. MESEMBRYANTHEMUM NODIFLORUM. Arab. *Ghaſúl* غاسول vel *Schachacha.*

DESCR. *Caules* diffuſo-decumbentes. *Calyces* digitum parvum craſſi, obovati, 5-dentati; dentibus 2 majoribus, foliiformibus. *Petala* anguſtiſſima, ſed plana, baſi connata. *Stigmata* ſemper 5; raro 4. *Tota* planta papuloſa.

Nulla herba vulgatior hoc Meſembr. in locis deſertis, arenoſis.

POTENTILLA.

3. POTENTILLA DENTATA; *foliis pinnatis; foliolis oblongis, profunde ſerratis, exterioribus approximatis; caule erecto.*

DESCR. *Caulis* pedalis. *Stipulæ* erectæ, petioli baſi innatæ, ovato-lanceolatæ, obliquæ. *Foliola* 4-juga cum impari; exteriora majora, propiora, ſeſquipoll. *Flores* flavi, pedunculati. Ad *Uahfát* prope aquas invenit Dn. NIEBUHR.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

CAPPARIS.

4. CAPPARIS OBLONGIFOLIA; *foliis ovali-oblongis, obtusis, cum acumine, perennantibus.*

Pedunculi racemosi, terminales, teretes. *Capsula* pedunculata. *Stamina* pistillo breviora.

Mór. Arab. REDIF.

5. CAPPARIS MITHRIDATICA; *foliis alternis, pendulis, lineari-lanceolatis.*

DESCR. *Folia* tripollicaria, vix digitum lata, integra, obtusa, glabra, supra nitida; *petiolo* tereti, flavicante, semiunguem longo. *Calyx* 4-phyll. *Petala* 4 infera.

Surdûd. Arab. *Schægar* شجر vel *Oûd essymn.* Contra Venenum & morsus serpentum haec planta laudatur, tanquam heroica. Rami teneriores comeduntur crudi, si recentes; si sicci, in pulverem comminuti, sine aqua. (cfr. Cent. III. 45.)

6. CAPPARIS SPINOSA; *foliis alternis, ovatis; stipulis spinosis.*

DESCR. *Folia* alterna, sub-peltata, basi emarginata, late ovata, obtusa, crassa, rigida, integra, vel rarius subrepanda, planissima, sesquipollicaria, apice *hamo* spinoso subtus. *Petioli* teretes, apice crassiores. *Stipulæ* binæ spinosæ, recurvæ, parvæ, rubentes.

Taæs e muro excrescebat fruticulus, foliis Capparidem referens. Fructificationem non vidi.

OBS. Si haec vera est Capp. spinosa, competit illi nomen Arab. *Lasaf* لصف *Hammam Faraûn* id est: *Thermæ Pharaonis* sitæ sunt e regione *Ghobeibe*, sive, inter *Sués* & *Tôr*. Scaturit aqua e cryptulis montis prope littus, orificiis perquam angustis. Huc rependo ingreditur. Affirmant Arabes multos hic sanitatem recuperasse. Post balneum abstinendum erit 40. diebus ob omni cibo salito & pingui (Arab. *Safar*), & solo *fructu* Capparidis spinosæ vivendum, quæ copiose crescit in campis vicinis. Si fructus non adest, *folia* decocti vicem præstant.

Est quoque in usu contra *Odontalgiam*. Capiti dolenti folia contrita applicantur.

7. CAPPARIS INERMIS; *ſtipulis nullis; foliis ſubpeltatis, ovato-cordatis, craſſiuſculis, planis, pollicaribus.*

Etiam ad *Taæs* inventa, an varietas prioris?

CHELIDONIUM.

8. CHELIDONIUM DODECANDRUM; *foliis bipinnatifidis, petiolatis; floribus ſolitariis, dodecandris; ſiliquis hiſpidis.*

DESCR. *Radix* fibroſa, annua. *Caulis* ſemiſpith. ramoſus, ſubereCtus, lanato-hiſpidus. *Folia radicalia* longe petiolata, ſub-ovata, bipinnatifida; laciniis ovatis, ſeta terminatis, *petiolo* ſeſquipollicari; rachibus ſubtus ſetoſis. Stipulæ nullæ. Folia *caulina* radicalibus ſimilia, ſed majora; petiolo ſemipoll. alato; ſtipulata. *Stipulæ* 2, foliiformes, ſemipoll. ſeſſiles, pinnatifidæ. *Pedunculi* caulis & ramorum terminales & axillares, uniflori; in axillis longiores, quam in caule. *Calyx* hirſutus, diphyllus. *Petala* 4, violacea. *Stamina* 10-14. *Siliqua* tetragona, ſeſquipoll. ſeris hiſpida, ſulco medio in quovis latere; unilocularis. *Stigma* cruciforme.

In deſertis *Kâhirinis*. Arab. *Ridjlet el chrâb.* رجلة الغراب

MESUA.

9. MESUA GLABRA; *foliis crenatis, glabris.*

DESCR. Frutex. *Folia* alterna, orbiculato-retuſa, latiora, profunde-crenata, tenuia, glabra, ungue breviora, petiola duplo breviora. *Calyx* 4-phyllus. *Flores* ramulorum terminales, ſolitarii; pedunculo ſemipollicari. *Corolla* 4-phylla. *Germen* ſuperum, 4-coccum. *Stylus* unus, ſtaminibus longior. *Stigma* capitatum, didymum.

In *Arabia Felici*. Arab. *Chadar*.

NYMPHÆA.

10. NYMPHÆA LOTUS; *foliis ſub-orbiculatis, baſi fiſſis juxta petiolum.*

DESCR. *Flos* albus. *Fructus* ſuperne 10 hamis, ſeu corniculis incurvis. *Folia* juniora integra; majora dentata, non cordata.

Roſettæ, copioſe in foſſis agrorum oryzæ. Arab. *Nanfar* نوفر

CISTUS.

11. CISTUS STIPULATUS; *fruticoſus; foliis confertis, tomentoſis, ovalibus, breviter petiolatis; margine revolutis.*

DESCR.

Descr. *Caulis* procumbens. *Folia* parva. *Pedunculi* racemosi, terminales. *Calycis* 2 laciniæ angustissimæ. *Corolla* flava, patens, obtusa. Fruticulus totus villoso-tomentosus.

Alexandriæ circa Salinas in collibus siccissimis. Arab. *Chosjæin* خشين

β) *Varietatem* vidi in desertis *Kâhiriuis* ad *Liblab*; *foliis alternis, raro oppositis & minus confertis.*

CORCHORUS.

12. CORCHORUS olitorius. Arab. *Melochia.* ملوخيه (cfr. *Alpin.*) Copiose colitur in hortis Ægypti.

Obs. Singularem *Abortum* hujus Corchori reperi *Rosettæ.* Flores omnes petalorum loco habebant parva folia viridia, serrata, caulinis similia; adeo ut feta quoque ad infimam serraturam distincta in quibusdam; in aliis non An hoc evincit; Petala florum vera esse folia caulina, quæ ligneam materiam attenuando deposuerunt? Flos est compendium tantæ caulis massæ, quantæ foliorum habet. In hoc Corchoro calycina folia non serrata; an ex stipulis oriuntur. Forte flores sine calyce gignuntur ex foliis, quæ stipulas non habent. Sunt genera, e. g. *Cistus*, ubi aliæ species stipulis gaudent, aliæ non, sed in his delitescunt in rudimento In hoc *Filamenta* erant longa: antheræ puniceæ, incumbentes. *Capsula* magna; sæpe latere rupta: singulis dissepimentis intus utrinque serrato-imbricatis; quasi & hæc e foliis serratis fuissent orta.

13. CORCHORUS æstuans.

Descr. *Folia* oblonga, serrata; interdum serraturis extimis setaceis, interdum sine setis. *Capsulæ* triquetræ, angulis canaliculatæ, lateribus planæ, scabræ, trivalves, triloculares.

Mór. Arab. *Melochia.* Planta edulis, tenera cocta.

REAUMURIA.

14. REAUMURIA vermiculata; *foliis carnosis, planis, parvis, confertissimis.*

Folia subtus non tuberculata, nisi ubi sal posuerit tubercula; at puncta impressa utrinque. *Capsula* 1-locul. 5-valvis: *semina* villosa.

Alexandriæ. Arab. *Mullaḥ*, ملّاح al. *Adhbe.* عضبه

Usus medicus: contra *Psoram* imponitur trita, & decocti forma bibitur.

STRATIOTES.

15. STRATIOTES alismoides.

Obs. *Spatha* quæ constituit calycem exteriorem est monophylla, quinque-alata; alis undulatis, apice florem emittens. *Calyx* interior triphyllus, superus. *Stamina* non 20 sed sex. *Styli* sex, bifidi.

In foſſis agrorum inſulæ *Farſch* prope *Roſettam.* Fructificatio male deſcribitur in *Horto Malab.*

ANNONA.

16. ANNONA GLABRA, KESCHTA; *foliis ellipticis*; *fructu globoſo.*

DESCR. Arbor mediocris. *Folia* ovali-oblonga, tripoll. obtuſa, conferta, integra, glabra, ſupra plana, ſubtus venis elatis, petiolo ſupra canaliculato. *Pedunculi*, ſquama una ſub baſi, altera in medio pedicello: ſolitarii ſæpe, interdum bini, pollicares, teretes, uniflori. *Flores* penduli. *Calyx* perianth. 3-phyllum, foliolis ſemiorbicularis cum acumine; corollæ baſi appreſſis, viridibus, planis. *Corolla*: petala 3 *exteriora* carnoſa, triquetra, lineari-lanceolata, pollicaria, baſi gibba, ſtriis paucis; latere exteriori in medio ſulcato, extus viridia, intus alba, fundo intus excavato punctis violaceis. Petala 3. *inferiora* omnium minima, ſquamiformia, cum exterioribus alterna, ovato-lanceolata, patentia, plana, viridia. *Stamina* & *Piſtilla* conſtituunt in medio pyramidem triquetrum, papilloſum, corolla multoties breviorem. Latera hujus capituli cingunt *ſtamina* numeroſa; filamentis ſetaceis, brevibus: antheris globoſis, flavis: reliquum conſtat germinibus plurimis, ovatis. Germinis collum anguſtatur, & *ſtyli* loco eſt. *Stigma* conicum, ſimplex, rufeſcens. Germina omnia connaſcuntur poſtea in *Fructum* globoſum, pugni magnitudine, velut ex globulis compoſitum. Intus lacte eduli ſapido: quumque. *Keſchta* eſt Arab. nomen *lactis coagulati*, inde & huic arbori ejusque fructui communicatum.

In quibusdam hortis *Roſettæ* & *Damiatæ* colitur arbor adhuc in Ægypto rariſſima. *Roſettæ* venditabat quidam hortum, hac arbore ſuperbientem, nullo alio tractu terræ invenienda. Florentem vidi Junii menſe in horto *Gizæ*, pagi e regione *Kâhiræ Veteris.*

Haſſelquiſt eam *Caſſiæ* adſcribit; ſed florem forſitan non vidit; at in fructu quoque deceptus eſt, a Caſſiæ valde abhorrente: nominis ſimilitudo errorem non excuſat.

RANUNCULUS.

17. RANUNCULUS CHÆROPHYLLOS. *Kurmæ.*

Caules effuſi, ſemi-glabri. *Folia* multifida. *Calyx* reflexus.

18. RANUNCULUS MULTIFIDUS; *foliis multifidis*; *inferioribus pinnatis*; *caule multifloro*; *calyce corollam æquante.*

DESCR.

DESCR. *Caulis* bipedalis, erectus, subtus teres, superne striatus, pilosus. *Folia* inferiora pinnato-multifida. *Fructus* ovalis. *Semina* ovato-acuta.

In fossa prope urbem *Taæs*.



NOVA GENERA.

ORYGIA.

19. ORYGIA. *Polyandria, monogynia. Pentapetala, infera. Calyx diphyllus. Capsula 3-valvis, unilocularis.*

SPECIES. ORYGIA PORTULACIFOLIA; *foliis alternis, cuneatis, glabris.*

DESCR. Frutex bicubitalis. *Folia* alterna, cuneata, basi attenuata, sessilia, pollicaria, obtusa sæpe cum acumine, crassa, patentia, glabra. *Pedunculi* paniculæ terminales, ramis trifloris, pedicellis umbellaris. *Calyx*, perianthium diphyllum, patens, deciduum, foliolis ovatis, obtusis cum acumine; altero longiore, obtusiore. *Corolla* petala 5, subrotunda, calyce longiora, patentia, violaceo-rubra. *Filamenta* numerosa, filiformia, petalis breviora, viridia. *Antheræ* oblongæ, didymæ, incumbentes, flavæ. *Germen* globosum, superum. *Stylus* unus, filiformis. *Stigma* triplex, divergens, acutum, rubrum. *Pericarpium*; capsula globosa, trigona, trivalvis, unilocularis, polysperma. *Semina* parva, compressa, nigra, glabra.

Surdûd. Hadîe. Arab. *Hörudjrudj.* Folia edulia.

20. ORYGIA DECUMBENS; *caule decumbente, fruticoso; foliis ovato-acutis, subfarinosis.*

DESCR. *Calyx* 5-phyllus, viridis, ovato-acutus. *Petala* multa, 20? lanceolata, rubro-violacea. *Styli* 5, filiformes, albidi. *Stigmata* simplicia, violacea. *Capsula* calyce cincta, globosa, 5-valvis, 5-locularis, polysperma. *Folia* cærulescentia.

Musæ rarius ad petras.

ONCOBA.

21. ONCOBA. *Monogynia. Calyx 1-phyllus. Corolla polypetala. Pericarpium, bacca unilocularis, polysperma.*

DESCR. Arbor grandis: ramis alternis, verrucosis. *Spinæ* ad exitum ramorum solitariæ vel binæ, erecto-patentes, bipollicares. *Folia* alterna, breviter

breviter petiolata, ovato-acuminata, ſerrata, bipollicaria, glabra *Calyx* perianthium, 1-phyllum, 4-partitum, baſi planum, perſiſtens, lobis ſubrotundis, reflexis, concavis, glabris, introrſum albidis. *Corolla* 11-perala, alba, patentia, denticulata; 6 exteriora longiora, latiora, obovata, calyce longiora: 5 interiora minora, inæqualia. *Filamenta* numeroſiſſima, filiformia, erecta, pallide-flava, inſerta calyci, totum ſpatium inter corollam & germinis fundum replentia: quare incertum, an ad Icoſandriam vel Polyandriam pertineat. *Antheræ* erectæ, ſimplices, lineares, flavæ. *Germen* ſuperum, globoſum, longitudinaliter ſulcatum. *Stylus* cylindricus, filamentis longior, craſſior. *Stigma* orbiculatum, ſupra cavum, ſulcatum, margine ſeptemlobum, lobis denuo diviſis in lobos cuneatos, glandula viridi terminatos. *Pericarpium*, bacca globoſa, umbone ex obtuſo apice, epidermide carnoſa, tenui; ſub illa cruſta oſſea craſſior. Intus unilocularis, pulpa plena, polyſperma: pollicaris. *Semina* oblonga, compreſſa.

Hadíe. Arab. *Onkob.* عنقب Fructus edulis pueris. In *Surdúd* falſo vocarunt hanc arborem *Korkor.* قرقر

MÆRUA.

22. MÆRUA. *Monogynia. Calyx 4-fidus. Nectarium multiſetum. Receptaculum pedicellatum.*

Descr. *Caudex* fruticoſus, vel arboreus. *Rami* punicei, glabri. *Folia* alterna. *Petiolus* brevis, filiformis. *Lamina* ſuculenta, ovalis, retuſa, petiolo longior, vix concava. In majori arbore vidi folia ſemipoll. cuneato-ovata, vix retuſa; nec tamen ſpecie differt, quum præterea omnimode ſimilis. *Pedunculi* ramulorum & rami terminales, ſemipoll. filiformes, glabri, virides, ſolitarii, uniflori. *Calyx* perianth. monoph. 4-fidum, glabrum, flavicans. Tubus urceolato-quadragonus: limbi laciniæ 4, tubo longiores, reflexæ, oblongæ, obtuſæ, concavæ, ſubciliatæ. *Corolla* nulla. *Nectarium* ſetis numeroſis, viridibus, compreſſis, apici tubi calycini inſertis, apice laciniatis, conniventibus, tegentibus pedicellum, fructificationem elevans. *Receptaculum* elevatum columna tetraedra viridi, filamentis craſſiori, e fundo tubi calycini ſurgenti, nectario connivente obtecta, apice filamenta & germen pedicellatum gerente. *Filamenta* circiter 30, ſubulata, patentia, alba, calyce longiora. *Antheræ* incumbentes, didymæ, oblongæ, flavæ. *Germen* elevatum ex receptaculo pedicello filiformi, illo brevius & craſſius, cylindricum, viride, glabrum. *Stylus* nullus. *Stigma* verruciforme, obtuſum. *Pericarpium* pedicellatum: an bacca? ajunt in diametrum ſemipoll. excreſcere.

In *Yemen* paſſim. Arab. *Meru* مرو fructus pueris edulis.

CHADARA.

CHADARA.

23. CHADARA. *Monogynia. Calyx* 5-*phyllus. Corolla* 5-*petala. Pericarpium*, *nux* 2-*locularis*, *disperma.*

Descr. Frutex. *Folia* fere tantum in apice ramulorum duo vel tria petiolata, reniformi-subrotunda, obtuse crenata, plana, glabra. *Pedunculi* ex apice ramulorum velut ex gemma cum foliis, sæpe solitarii, uniflori, semipoll. glabri, supra crassiores. *Calyx* perianthium, 5-phyll. patens, lineari-lanceolatum, semipoll. introrsum albescens. *Corolla* 5-petala, obovata, patens, alba, calyce dimidio major: *squama* ad basin singuli petali, nectarifera, semiorbiculata, margine villosa, introrsum inclinata. *Receptaculum* elevatur a fundo corollæ *columna* tereti, viridi, medio angustata, glabra, supra villosa, undique tecta nectarii squamis conniventibus, gestans in apice filamenta & germen, corolla brevior. *Filamenta* subulata, alba, erecta, æqualia, corolla longiora, breviora calyce & stilo. *Antheræ* parvæ, subrotundæ, incumbentes, flavæ. *Germen* dicoccum, singulo extus unisulcato. *Stylus* unus, filiformis. *Stigma* dilatatum, viride, quadrifido-laciniatum. *Pericarpium* drupa coriacea. *Semina* nux duplex, 2-locularis, disperma.

Surdúd alibique frequens. Arab. *Chadár.* خدار Aliis *Nabba.* نبع

24. CHADARA arborea; *foliis ovatis*, *serratis*, *glabris.*

Descr. Arbor magna. *Rami* ultimi tomentosi, villis glandulosis, teretes. *Folia* alterna, disticha; *petiolus* teres, tomentoso-glandulosus, patens. *Lamina* 4-poll. oblongo-ovalis, basi cordato-obliqua, plana, glabra, margine reflexo, serrato-denticulata, subtus tomentosa, albida. *Stipulæ* inferiorum dilabuntur: superiorum utrinque solitariæ, erectæ, tomentosæ, lanceolatæ, extus uni-alatæ. *Pedunculi* axillares, solitarii vel plures, simplices vel bifidi, tomentosi, sesquipollicares. *Flores* ut in priori. *Calyx* perianthium, 5-phyllum, foliolis lineari-lanceolatis, planis, reflexis, corolla longioribus, subtus tomentosis, supra glabris, flavis, semipoll. *Corolla* 5-petala, orbiculata, reflexa, flava, inserta nectario extus ad apicem. *Nectarium* campaniforme, squamis 5 subrotundis, ciliatis, erectis, viridibus, connatis, inter calycem & recept. positis. *Receptaculum* elatum columna pentagona, glabra, superne latiore, villosa, elevante stamina & pistillum, ad eandem altitudinem plani cum basi petalorum. *Filamenta* inserta columnæ, filiformia, erecta, petalis longiora, pistillo breviora, flava. *Antheræ* globosæ, flavæ, didymæ, erectæ. *Germen* globoso-dicoccum, villosum, compressum, utroque latere unisulcatum. *Stylus* unus, filiformis. *Stigma* latum,

ſuborbiculatum, 4-partitum, lobis cuneatis. *Pericarpium:* Drupa vix ceraſi magnitudine, globoſa, flava, rufeſcens: pulpa dura, carnoſa, ſtupoſa: cortex membranaceus. *Nux* 8-locularis, monoſperma: finditur in duo hemiſphæria: *nuclei* oblongi.

In montibus *Temen.* Arab. *Særak.*

25. CHADARA VELUTINA; *foliis alternis, ovato-acutis, ſerratis, velutinis, baſi obliquis.*

Frutex. *Drupa* nigra, monoſperma, edulis. Nux 4-locularis. *Semen* late ovatum, glabrum, planum.

Hadíe. Arab. *Neſcham.* نشم



CLASSIS XIV.

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

PHLOMIS.

26. PHLOMIS ALBA; *involucris palmato-filiformibus; foliis ovatis, ſerratis.*

Flores albi: labium ſuperius hirſutum, præſertim margine & intus; apice emarginatum: dorſo elevate-ſtriatum. Erucæ ſæpe findunt arrodendo labii inferioris lobum medium.

Hadíe. Arab. *Schokab* شوقب

CLINOPODIUM

27. CLINOPODIUM FRUTICOSUM; *caule arboreſcente; foliis ovalibus, crenatis; calycis labro inferiore ſubrotundo.*

DESCR. *Caulis* frutex 3 ulnar. ramis oppoſitis, erectis, villoſis. *Folia* oppoſita. *Petiolus* teres, villoſus, patens. *Lamina* patens, ovalis, obtuſa, baſi integra, dein crenata. *Stipulæ* nullæ. *Flores* verticillati, ſeſſiles, in quavis axilla 9. *Involucra* floribus exterioribus ſubjecta, quadripartita, filiformia, longitudine tubi calycis. *Calyx* tubo obverſe-ſulcato, 10-carinato; carinis villoſis, compreſſis; cæterum glabro, viridi. *Limbus* bilabiatus, inæqualis. *Labium ſuperius* lanceolatum, acutum, erectum, unicarinatum, viride. *Inferius* patens, membranaceum, hyalinum, ſubrotundum, obtuſum, verſus baſin utrinque unidentatum, corollæ longitudine. *Ante floreſcentiam* tubus oblongus, ſeu ventricoſus, fauce arcte clauſa; & calyx reddit verticillum imbricatum, velut *ſquamis. Corolla; tubus* in tubo calycis occultatus; *limbus* ringens, niveus; *labium ſuperius* fornicatum, villoſum, margine hirſutum; *inferius* fornicatum, trilobum; lobo medio lato, longo, cordato. *Stamina* galea longiora. *Antheræ* ferrugineæ.

Hadíe.

THYMUS.

28. THYMUS SERPYLLUM. Arab. *Saatar.* سعتر In monte *Chadra.*

DESCR. *Folia* cuneiformia, baſi ciliata, plana utrinque, ſubtus excavate-punctata. *Capituli* terminales, ſubgloboſi, pollicares, ex verticillis congeſtis brachiatim. *Bracteæ* verticillorum foliis majores, ſemipollicares, oblongæ, planæ, baſi ciliatæ. *Verticillus* uterque 7-florus. *Flores* pedicellati,

dicelliti, albi: labio ſuperiore reflexo, bidentato: inferiore plano, trilobo. *Calycis* labium *ſuperius* tridentatum; inferius bipartitum. *Stamina* longiora ad latera divergunt, & ſupra corollam exſtant. *Caules* fruticuloſi procumbentes; non vero repentes. Odor plantæ *fortiter* fragrans.

29. THYMUS IMBRICATUS; *caulibus decumbentibus, imbricatis; foliis ovato-acutis; floribus axillaribus, ſolitariis, ſeſſilibus.*

DESCR. *Calyx* ſtriatus; fauce villis clauſa; non bilabiatus, ſed 5-dentatus; ſub labio inferiore *rima* una inter lacinias profunda. *Flores* rubri. *Caulis* exiguus, fruticuloſus.

Kurmæ.

MELISSA.

30. MELISSA PERENNIS; *floribus verticillatis, utrinque ternis, pedunculatis; foliis oblongis, crenatis.*

DESCR. *Radix* perennis, lignoſa. *Caules* infima parte perennes, lignoſi, confertiſſimi, erecti, tetragoni: parte annua viridi, cineraſcente, villis appreſſis ſcabra; brachiati, farcti, ſtricti, ſpithamales. *Folia* ſeſſilia, ſemipollicaria, villoſa, baſi linearia, pilis longis ciliata, integra, reliqua parte latiore, lanceolata, crenata, margine reflexo. *Bracteæ* ad ſingulum verticillum utrinque ternæ, media majore, lanceolata, laterales filiformes. *Flores* ad omnes alas ſuperiores caulis & ramorum terni, breves, pedicello erecto, patentes. *Calyx* villoſus, labio ſuperiore convexo, apice ſurgens dentibus lateralibus conniventibus, medio breviſſimo. *Corolla* albido-cæruleſcens, calyce longior, maculis flavis & cæruleis. *Labium ſuperius* rectum, bidentatum: *inferius* laciniis media lata, fere ſubrotunda. *Stigma* ſimplex, nec bifidum, ſed apice incurvum, acutum: quod charact. gen. repugnat. An ergo *Mel. fruticoſa*? ſed folia utrinque æqualiter villoſa.

In deſertis *Kâhiriuis.* Arab. *Raalæ* رعلة vel *Sagaret el ghaſâl.* سجرة الغسال

OCYMUM.

31. OCYMUM FILAMENTOSUM; *foliis ovato-oblongis, ſerratis, filamentis corôlla duplo longioribus.*

DESCR. Fruticulus. *Rami* villoſi, quadranguli, quadriſulcati. *Folia* periolo brevi: lamina ovali-oblonga, ſerrata, obtuſa, ſubvilloſa, ſemipollicari. *Pedunculi* ſpicæ terminales ex verticillis ſeſſilibus, remotis, utrinque *Floribus* tribus: quibus ſubjicitur bracteæ loco *callus* fuſcus, ſubtus cavus,

vus, calyce multo brevior. *Corolla* reſupinata, alba. *Filamenta* flore duplo longiora, recta, villoſa ad baſin; dum marceſcunt, apice torſilia.

Prope montem *Melhán* frequens.

32. OCYMUM HADIENSE; *foliis ovatis, obtuſis, crenatis, villoſis, flexilibus; floribus refractis.*

DESCR. *Caules* ſurgentes, villoſi. *Folia* flexilia, ad baſin pedunculi conferta, oppoſita; petiolo tereti, villoſo; *lamina* ovata, obtuſe crenata, utrinque villoſa, ſubtus rugoſa, punctis impreſſis. *Pedunculi*; racemus verticillatus, hiſpidus, terminalis, ſpithamalis. Verticilli utrinque 4-flori, pedicellis patentibus, villoſis, breviſſimis. *Calyx* bilabiatus, multi-carinatus, carinis hiſpidis. Labium ſupremum multo latius, planum, ovatum, ciliatum: inferius bifidum, laciniis lanceolatis. *Corolla* pallide-cærulea, reſupinata: *tubus* compreſſus, ad calycis apicem refractus. *Labium*, quod deberet eſſe ſuperius, at nunc *inferius*, ovatum, cavum, magnum. *Superius* (naturæ ordine inferius) 4-lobum, lobis 2 minoribus lateralibus, 2 multo majoribus, divergentibus, ſubrotundis, baſi vitta alba. *Stamina* exteriora, baſi recurva, curvatura tubo adnata juxtà geniculum: proceſſu libero nullo. *Nectarium* glandula verſus labium calycis quadrifidum.

In montibus altioribus *Hadienſibus*, alibique. Arab. *Medan*, مدان i. e. *auriculæ*. Florum ſtructura prorſus eadem cum ſequenti; tantum foliis flexilibus diſtat; quum alterius ſunt rigida & fragilia, magisque carnoſa.

33. OCYMUM α) ZATARHENDI; *foliis carnoſis, rigidis, late ovatis, acutis, crenatis, villoſis, baſi truncatis.*

DESCR. *Caules* ſurgentes, ſempervirentes, quadragono-teretes, ſetis mollibus farcti. *Folia* brachiata. *Petiolus* ſemipoll. patens, villoſus, ſubtus teres, planus ſupra cum canaliculo. *Lamina* carnoſa, late-ovata, fere ſubrotunda, ſeſquipoll. patens, villis mollibus, reticulata, venis ſuperne cavis, anguſtis, infra latis, elatis: dentato-crenata, obtuſa, baſi truncata. *Pedunculi* terminales, ſpithamales, verticillati. *Bracteæ* ad verticillos utrinque ſolitariæ, membranaceæ, ovato-lanceolatæ, deflexæ. *Pedicelli* ſeni utrinque in ſingulo verticillo, uniflori, ſemipoll. Superiores prius florent, ideoque longius excreſcunt. *Flores* reſupinati. *Calyx* 1-phyllus, bilabiatus: labio *inferiori* (quod ſuper.) lato, cavo, ſubrotundo: *ſuperiori*, (quod naturaliter eſt inferius) breviore, quadripartito, laciniis lineari-lanceolatis. *Corolla* monopetala, ringens. *Tubus* albi-

cans, compreſſus, baſi ſubtus gibbus, medio refractus ad angulum rectum, apice latior: ſupra planus infra geniculum, carinatus ſupra. *Limbus* bilabiatus: *labium ſuperius* (inf.) violaceum, cymbiforme, compreſſum, obtuſum, integrum: *Inferius* (ſupr.) erectum, album, obtuſum, vix 4-dentatum. *Filamenta* 4, didynama: inferiora labio longiora, ſuperiora adhuc longiora: omnia a baſi ad medium connata in tubum fiſſum circa piſtillum. Stamina breviora, tubo annexa. *Nectarium* glandula infra germina, verſus baſin tubi, craſſa, ovalis, erecta, viridis. *Germina* 4, parva, globoſa. *Stylus* filiformis, ruber, longitudine ſtaminum. *Stigma* duplex, acutum. *Pericarpium* nullum. *Semina* 4 nuda, in calyce perſiſtente.

Arab. Ægypti *Zatar hendi*. Beit el fakih *Medán*. مدان

Cum *Origano Ægypt.* Linn. nihil commune habet, præter nomen Arab. *Saatar*, quo duce auctores conjunxerunt plantas diſpares. Origani flores in ſtrobilum ſpicatum congeſti: hujus in verticillis remotis, reſupinati, quod Ocymi ſignum eſt, & calycis figura Aſt & ab hoc genere, peculiari ſeceſſit nota: curvatura filamentorum adnata corollæ, non libera: corollæ tubo fracto, labio utroque integro: glandula germina æquante, illis vicina in baſi tubi; qualem in Ocymis non vidi.

34. OCYMUM β) ZATARHENDI? *foliis carnoſis, cuneato-oblongis, utrinque ſub-quadridentatis, villoſis, ſeſſilibus.*

Descr. *Caulis* fruticoſus, diffuſus, pedalis, brachiatus. *Rami* teretes, villoſi, conferti, brachiati, articulati; articulis unguem longis. *Folia* oppoſita, ſeſſilia, ſemipollicem remota, ſubpollicaria, craſſa, baſi attenuata, integra, ſuperius utrinque 4-dentata, apicis dente obtuſo, villoſiuſcula, ſupra cava, ſubtus punctis ferrugineis aſperſa, intus pulpoſa. *Pedunculi* axillares, terni, uniflori, breves, filiformes. Flores non vidi.

In montibus mediis inter *Dorebát* & *Taæs*. Valde fragrans. Dicunt edulem eſſe, Simiis quoque gratam.

35. OCYMUM GRATISSIMUM. Arab. *Höbokbok*. حبقبق

Folia ovata, crenata, ſubtus tomentoſa. *Flores* verticillati, pedicellati. *Calyx* ut *Oc. grat.*

36. OCYMUM SERPYLLIFOLIUM; *foliis oblongo-cuneatis, acutiuſculis, complicatis, ſubtus ſcabris.*

Descr. *Folia* baſi attenuata, unguem longa, integra. *Flores* in racemis verticillatis, terminalibus; pedicellati. *Calyx* ferrugineus. *Corolla* violacea. *Staminum* proceſſus magnus, villoſus.

In monte *Chadra*. Arab. *Aſal*. عصل

37. OCY-

37. OCYMUM VAALÆ ; *caule tetragono, brachiato ; radicibus filamentoſis ; fructu piloſo.*

Obs. Eſt illa, ſine dubio, ſpecies Ocymi zatar hendi, ſed flores mihi ignoti. Vocatur *Vaalæ*. E regionibus montoſis Orientem verſus affertur venalis Beit el fakih ; tantæ enim fragrantiæ ſunt radices, ut incolæ ſoleant affricando communicare odorem ipſis odoriferis, Moſcho, Zibeto &c. et ſuaveolentia hæc geſtent ſecum in capſula, ut ſemper gratum ſpirent odorem. Cæteroquin maxima eſt cultura *Ocymi baſil.* in Ægypto & Arabia; quo mirum in modum delectantur nares Orientalium. Zatar hendi ſpecies ab Ocymi Genere poſſe divelli, ſatis mihi jam conſtitit; licet characteres genericos non adhuc determinare potui.

LATHRÆA.

38. LATHRÆA PHELYPEA; *calyce ſuperiore monophyllo, 4-dentato ſupra bracteam & calycem diphyllum; floribus cæruleis.*

Alexandriæ. Arab. *Haluk rihi.*

39. LATHRÆA QUINQUEFIDA ; *caule ſimplici ; ſpica undique imbricata ; calyce corollaque 5-fidis.*

Caulis pedalis. *Spica* diametro 3-pollicari. *Flores* flavi.

Alexandriæ, frequens ad omnes ripas arenoſas. Arab. *Halue.* حلوة

ANTIRRHINUM.

40. ANTIRRHINUM HÆLAVA; *foliis linearibus, alternis, infimis ternis; floribus racemoſo-capitatis; galea bifida, labio tridentato.*

Descr. *Radix* annua, fuſiformis. *Caules* multi, diffuſi, baſi declinati, dein ſurgentes, ſemiſpith. teretes, glabri, tenues, baſi ad poll. diſtantiam nudi, dein folioſi: ramulis axillaribus erectis, floriferis, inferioribus minoribus. *Folia* lineari-lanceolata, obtuſa, pollicaria, ſeſſilia, plana, craſſa, farina detergibili, infima terna, raro quaterna, reliqua alterna. *Pedunculi* ramorum & caulis terminales, racemoſo-capitati. *Bracteæ* ſub ſingulis floribus ſolitariæ, lineares, infimæ foliiformes, calyce longiores, ſuperiores extus hiſpidæ. *Flores* pedicellis breviſſimis. *Calyx* externe hiſpidus, laciniis ſuperioribus longioribus. *Corolla* pallide-flava. *Calcar* flore longius. *Labium ſuperius* reflexum, bifidum. *Inferius:* intus villoſum, limbo externo obtuſe-tridentato.

In deſertis *Kâhirinis*, alibique vulgaris. Arab. *Hælava.* حلوة

41. ANTIR-

41. ANTIRRHINUM ÆGYPTIACUM; *foliis ovatis, glabris, ſubtridentatis.*

DESCR. *Caulis* fruticuloſus, proſtratus. *Flores* ſexu diſtincti. *Petala* viridia, filamentis perforata. In floribus apertis ſtamina erant 4, 5; in clauſis 5, ſæpe 6. *Stigma* interdum in medio, interdum nullum.

Káhiræ. Arab. *Æſchib ed díb* عشب الديب vel *Doræiſe* ضريسه

BROWALLIA.

42. BROWALLIA HUMIFUSA; *hiſpida, proſtrata; floribus axillaribus ſeſſilibus. albis.*

DESCR. *Caules* filiformes, hiſpidi, ramoſi, proſtrati, adeo ut planta inter alias herbas prorſus lateat, floribus tantum emergens. *Folia* oppoſita, oblonga, ſeſſilia, baſi attenuata. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, breviſſimi. *Calyx* hiſpidus, cylindricus, 5-fidus, laciniis filiformibus. *Corolla*, alba: (ſicca nigreſcit tota) *tubus* anguſtus, ſemipollicaris. *Limbus* patens, 4-partitus, lobis obovatis, quarto duplo latiore, emarginato (hoc unico abit a charact. generis) limbo 5-fido, æquali. *Capſula* compreſſa, unilocularis, polyſperma, cincta calyce multangulo. *Semina* cylindrica, utrinque obtuſa, parva, nigra.

In montibus altioribus. *Hadîe.*

LIMOSELLA.

43. LIMOSELLA CALYCINA; *calyce exteriore parvo, diphyllo; interiore 5-phyllo; corolla campanulata, ſubæquali.*

Caules repentes. *Folia* fere Portulacæ. *Stamina* remota. *Capſula* 1-locularis, polyſperma.

Ad *Uadi Zebîd.*

OROBANCHE.

44. OROBANCHE TINCTORIA.

DESCR. Planta paraſitica radicum veterum; ſucculenta. *Caulis* ſimpliciſſimus, pedalis, imbricatus bracteis & floribus, glaber. *Bracteæ* ad ſingulum florem lanceolatæ, obtuſæ, pollicares, erectæ, margine denticulatæ, decurrentes in caule, carina elata priſmatica, extrorſum triedra, ſeſquipoll. *Flores* ordine ſpirali caulem cingunt. *Calyx: exterior* diphyllus: laciniæ ad utrumque latus ſingulæ, complicatæ, lineari-lanceolatæ: *interior* tubuloſus, 5-fidus, obtuſus, erectus, flavo-fuſcus, corolla brevior. *Corolla* flava, *tubo* tereti, ſeſquipoll. *limbus* patens, 5-fidus, obtuſus, æqualis, ſubtus 2 cavitatibus. *Antheræ* transverſæ, hirſutæ, conglutinatæ.

Filamenta

Filamenta basi villosa. *Germen* oblongum; basi annulo flavo cinctum. *Stylus* staminibus longior, apice curvus. *Stigma* capitatum, truncatum, flavum, oblongum.

Ad urbem *Mór.* Arab. *Hödar:* aliis *Zybb alkáa.* زب القع

45. OROBANCHE CRENATA; *Káhiræ.* Arab. *Haluk metabi.*

DESCR. *Caulis* pedalis, simplex, villosus. *Corolla* alba, 5-loba, denticulato-crenata. *Stamina* in ipsa fauce inclusa.

SESAMUM.

46. SESAMUM INDICUM.

Callus subglobosus, flavus, apice cavus, perpendicularis ad utrumque latus singulæ alæ in caule superiori, sive pedunculus ibi adsit, sive non.

Ubique in Arabia cultum. Arab. *Djyl djylán.* Ægyptiis vocatur *Semsem.* سمسم Ex illo paratur Oleum, (Arab. *Salít.* صليط) in re culinaria utile, & ad ignem in lucernis sustentandum.

RUELLIA.

47. RUELLIA IMBRICATA; *floribus in axillis supremis congestis, secundis; sessilibus; bractea obliqua, subrotunda.*

DESCR. *Caules* annui, debiles, tetragoni, brachiati, villosi, articulati, articulis tripoll. *Folia* opposita: lamina poll. lanceolata, scabra. Axillæ floriferæ folium, majus: vacuæ parvum: omnia disticha. *Flores* sessiles 3-5 in una axilla; *bractea* duplici: una subtus subrotundo-obliqua: altera angustiore ad latus exterius capituli, obliqua: flores in axillis superioribus conferti, forma spicæ secundæ imbricatæ: omnes ad latus inferius positi, sessiles, congesti in alterutra axilla alternatim, non in utraque. *Calyx* 5-fidus, sed figura bilabiati: nam lacinia suprema reliquis latior, plana, ovata, obtusa: 4, cæteræ, lineari-lanceolatæ. *Corolla* monopetala, alba, calyce longior, inæqualis: laciniæ limbi obovatæ: superiores, angustiores, breviores. *Stamina* didynama: utrinque majus & minus approximata. *Capsula* compressa, lineari-acuta, bivalvis: bilocularis? *Semina* subrotunda, *ungue* elastico subtus: caractere genuino Ruelliæ.

Temen. In montibus altioribus.

48. RUELLIA INTRUSA; *corollæ lacinia infima intrusa, fornicata.*

DESCR. *Caules* decumbentes, ramis erectis, quadragonis, dichotomis, villosis, articulis basi inæqualibus. *Folia* opposita: *petiolus* planus, villosus:

lamina cordato-ovata, acuta, ſeſquipoll. villoſa, integra. *Pedunculi* axillares, terminales, racemoſi, quadranguli, villoſi: parte nuda florifera, articulata. *Pedicelli* erecti, uniflori; bracteola palmari tripartita, cui ex altero geniculi latere appoſita ſquama ſimplex, lanceolata. *Calyx* 5-partitus. *Flores* erecti. *Corollæ tubus* ſupra calycem latior, ſuperne violaſcens, tricarinatus, ſubtus albus, bifulcatus. *Limbus* 5-fidus, albus, ſubtus violaſcens. *Laciniæ* 4, æquales, ovatæ, patentes; *quinta* in faucem intruſa, fornicata; macula violacea. *Filamenta* utrinque brevius & longius approximata, convergentia ut Antheræ antheris accedant. *Capſula* bilocularis, elaſtica, diſperma, apice acuta, ungue elaſtico ſub quovis ſemine. Corollæ irregularitas genus dubium reddit: at vindicant ſtamina approximata: & Capſula ſubulata, medio coarctata, elaſtica.

Cum præcedente frequens. Arab. *Soudvud.* سودود

49. RUELLIA STREPENS; *flore magno violaceo*; *foliis obtuſis.*

Folia petiolata, oblonga, ſubrepanda, ſcabra. *Stigma* lingulatum.

Surdud. Arab. *Koſſeif*, قصيف verius *Eltaktka*, مقطقة Aliis *Ghobbar.* غبار

50. RUELLIA GUTTATA *foliis ovato-lanceolatis*; *flore albo*, *guttato.*

DESCR. *Caulis* fruticoſus, diffuſus. *Rami* erecti, obſolete quadragoni, ſulcati, pubeſcentes. *Folia* oppoſita; petiolo ſemipoll. ſupra plano; lamina ovato-lanceolata, bipollicari, ſcabriuſcula, ſubdenticulata, pubeſcente. *Spicæ* terminales, imbricatæ. *Bracteæ* ternæ, calyce longiores, laterales laxiores, convexiores: exterior plana, longior, omnes longe-lanceolatæ, ſcabræ, ciliatæ. *Flores* albi; pollicem fere longi, limbus ſemipoll. latus; laciniæ infimæ intruſæ, rectæ ac fornicatæ, prorſus ut in *Ruellia intruſa*, at flos ſeſquimajor, & in fauce laciniæ intruſæ non puncta violacea, ſed guttæ oblongæ, pallide-virides.

In monte *Chadra.* Arab. *Kaſr.* كسر Aliis *Ghobeire* غبيرة

51. RUELLIA ADHÆRENS. *Hadîe.* Arab. *Hamſched.* حمشد

DESCR. *Flores* albi, ſubſeſſiles. *Stigma* laterale, perpendiculare. *Calyx* 5-fidus. *Spicæ* terminales. *Folia* petiolata, bipollicaria, ovato-acuta, profunde crenata, ſupra ſcabra, ſubtus magis ſcabra *ſetis* curvis; quarum ope folia pertinaciter adhærent veſtimentis & cuti.

ACANTHUS.

52. ACANTHUS EDULIS; *foliis lanceolatis*, *ſubdentatis*; *ſpicis bracteis ſpinoſis.*

DESCR. *Folia* quaterna, in ramulis ſterilibus lanceolata, ſubdentata, obtuſa, ſpinuloſa. *Spicæ* bipollicares, imbricatæ denſe quadrifariam *bracteis* folia ſuperan-

ſuperantibus, ovato-lanceolatis, nervoſis, margine ſpinoſiſſimis. *Flores* pallide-cæruleſcentes.

Lohajæ. Arab. *Sogaf.* Folia edulia, cruda, ſapida. Semina recentia in manu mixta ſaliva, cum fragore diſſilire ajunt.

53. ACANTHUS ARBOREUS; *caule arboreo; foliis ſinuato-dentatis, ſpinoſis.*

DESCR. Arbor vel frutex magnus, 4 cubitorum. *Flores* rubri; ſpicis terminalibus. *Bracteæ* lanceolatæ, ciliatæ ſpinis longis, filiformibus, ſemipollicaribus. *Folia* lineari-lanceolata, margine undata, ſinuata, dentato-ſpinoſa, oppoſita, ſpithamalia.

Hadie & *Kurmæ* frequens. Arab. *Senaf.*

NOVA GENERA.

SIMBULETA.

54. SIMBULETA. *Calyx 5-fidus. Corolla campanulata, ringens. Antheræ connatæ.*

DESCR. *Caulis* annuus, pedalis, ſimplex, tenuis, erectus, teres, angulatus. *Folia* ſparſa, propinqua, lineari-filiformia; ſuperiora ſimplicia, ſemipoll. inferiora bipartita, pollicaria, acuminata, glabra. *Pedunculus*, racemus terminalis, 4-poll. floribus ſolitariis, breviter pedicellatis, nutantibus. Sub ſingulis bractea foliiformis, linearis. *Calyx*, perianthium 1-phyllum, campanulatum, 5-fidum, perſiſtens, laciniis linearibus, æqualibus. *Corolla* monopetala, ringens, alba. *Tubus* campaniformis, calyce longior. *Limbi* labium ſuperius reflexum, bifidum; inferius longius, trilobum, rectum, lobo medio inflexo. *Filamenta* 4, corollæ inſerta, duo longiora. *Antheræ* nigræ, 4, connatæ in laminam quadragonam compreſſam. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigma* capitatum, globoſo-ovatum, obliquum. *Fructum* non vidi. Facies plantæ prorſus *Reſedæ* vel *Polygalæ*: accedit quoque ad characterem *Columneæ*, antheris connatis; ſed peculiaria ſibi reſervat ſigna longe plura.

In monte *Kurma* tantum vidi, alibi non. Arab. *Symbulet enneſem*, سنبلة النسم al. *Suſal.* سوسل

CHARACHERA.

55. CHARACHERA. *Calyx duplex, 2- vel 4-phyllus. Corolla labio ſuperiore nullo. Capſula 2-locularis, biſperma.*

Descr. *Frutex* diffusus, raro cubitalis. *Rami* oppositi, teretes, conferti. *Folia* opposita. *Petiolus* semipoll. patens, supra planus, pubescens. *Lamina* pollicaris & ultra; lanceolata, integra. *Stipulæ* nullæ. *Pedunculi* axillares: sursum crassiores, pollicares, fili crassitie; apice *spica* poll. quadrifaria, imbricata, tetragona. *Spiculæ* involucrum duplex bracteatum: *exterius*, 4-phyllum, lanceolatum, erectum; foliolis duobus oppositis, brevioribus: *interius* 2-phyllum, foliolis majoribus oppositis, supra lacinias invol. exterioris. *Flores* spicæ bracteæ oppositi, conferti; singuli *bractea* triplici ciliata, calyce longiore: exterior latior reliquis, lanceolata, semipoll. dorso angulata; laterales lineari-lanceolatæ. *Calyx* 5-phyllus, erectus, connivens in cylindrum, lanceolatus, membranaceus, viridis, ciliatus, foliolis duobus interioribus minoribus; persistens. *Corolla* alba, monopetala, irregularis. *Tubus* basi ventricosus, dein angustior, filiformis, faux angusta, non clausa. *Limbus* labio *superiore* nullo; juxta fauces superne excisus: *labio inferiore* violaceo, vix unguem longo, trilobo, lobis emarginatis, lateralibus emarginatis. Sæpe 4 flores vicini in 4 spicæ angulis simul florent; mentientes florem unum tetrapet. regul. *Filamenta* 4, corollæ tubo adnata, apice libera. *Antheræ* erectæ, lineari-subulatæ, flavæ. *Germen* superum, cylindricum, basi album, glabrum. *Stylus* filiformis, albidus, long. filamentorum. *Stigma* longitudine antherarum apice bidentatum, viride. *Pericarpium*; *Capsula* quadragono-subulata, bilocularis, disperma. *Semina* bina in quovis loculo, ovata, obtusa, compressa, ungue elastico nullo.

In montibus *Hadiensibus*. Arab. *Frefran*. فريفران Aliis *Characher*.

56. CHARACHERA viburnoides. In monte *Barah*.

Descr. Frutex. *Folia* opposita, petiolata, lanceolata, bipoll. serrata, rugosa, scabra, subtus albescentia. *Pedunculi* solitarii, axillares, folio longiores, apice gerentes capitulum florum sessilium.

CLASSIS XV.

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

ANASTATICA.

57. ANASTATICA HIEROCHUNTICA.

DESCR. *Caulis* proſtratus, trichotomus, villoſus. *Flores* in trichotomia conferti; ſeſſiles, albi. *Folia* ovata, craſſiuſcula, longitudine periolorum, villoſo-hiſpida. *Denticuli* terminati glandula, ſeu callo rubro.

Káhiræ in deſertis rarior. Arab. *Kaf marjam* كف مريم id eſt: *manus Mariæ*. Uſus ſuperſtitioſus fœminis parturientibus; quæ illam aquæ immittunt, & ex mora, qua ſe aperit lentiore aut citiore, partum ſibi ominantur levem vel difficilem.

SUBULARIA.

58. SUBULARIA PURPUREA; *foliis cordato-oblongis, ſubdentatis.*

DESCR. *Caules* annui, diffuſi, teretes, glabri, cubitales. *Folia* cordato-oblonga, obruſa, glabra, ſubdentata. *Pedunculi*, racemi terminales. *Flores* purpurei, regulares. *Glandula* intra ſtamina breviora. *Siliquæ* compreſſæ, ovales, membrana viridi cinctæ; diſſepimento contrario, apice & baſi cordato ſeu retuſo. *Semina* plura. Non edulis.

Wór. Arab. *Bockel*.

LEPIDIUM.

59. LEPIDIUM SQUAMATUM; *foliis pinnato-multifidis; floribus hexandris; ſiliculis faſciculatis, late cordatis, margine bifariam ſquamis imbricatis.*

Alexandriæ in deſertis vicinis. Arab. *Hab raſchât*. حب رشاض

LUNARIA.

60. LUNARIA SCABRA; *tomentoſo-ſcabra, ſiliculis oblongis; foliis linearibus.*

DESCR. *Frutex* ſpithamalis, diffuſus, ſæpe cubitalis *Caules* teretes, viridi-albentes, tomentoſo-ſcabri, ut & folia, calyx, ſilieulæ. *Folia* alterna, vix poll. ſeſſilia, linearia. *Pedunculi*, racemi nudi, terminales. *Pedicelli* florum breves. *Calyx* ſemipollicaris. *Petala* fuſco-virentia, venis bruneis. *Stylus* breviſſimus. *Siliculæ* (nondum maturas vidi) ovali-oblongæ, ſemipoll. ſtylo brevi mueronatæ. *Semina* plana, brunea, ala hyalina cincta. Character *Lun. redivivæ* compereret huic noſtræ; tum vero illi addenda nota *foliorum cordatorum*.

In deſertis *Káhirinis* ad *Liblab*, florens initio Mart. Arab. *Djarba*. جربا

SISYMBRIUM.

61 SISYMBRIUM PINNATIFIDUM; *filiquis glabris; foliis lyrato-pinnatifidis.*

DESCR. *Caules* annui, bipedales, teretes, glabri, ramoſi. *Folia* alterna; *petiolo* nudo; *lamina* ovata, lyrato-pinnatifida, denticulata, punctis elatis, glabra. *Pedunculi* racemi terminales. *Calyx* patens. *Corolla* calyce longior. *Siliquæ* erecto-patentes, teretes, glabræ.

In montibus *Hadienſibus.*

HESPERIS.

62. HESPERIS ACRIS; *foliis oblongo-ovatis, dentato-ſinuatis, glabris, inferioribus petiolatis; petalis ſubrotundis, obtuſis.*

DESCR. *Radix* fuſiformis, annua. *Caulis* pedalis, ſubangulatus, glaber, ramoſus, erectus. *Folia* bipoll. oblongo-ovata, obtuſa; inferiora petiolo ſemipollicari; ſuperiora ſeſſilia, erecta, glabra, dentibus ſinubusque inæqualibus. *Pedunculi* racemi terminales nudi, glabri, ſpithamales. *Pedicelli* patentes, filiformes, hiſpidi, uniflori. *Flores* erecti. *Calyx* erectus, villoſus, apice dehiſcens. *Corollæ*, ungues albeſcentes, calyce longiores: *laminæ* obliquæ, ovato-ſubrotundæ, integræ, rufeſcentes, interdum violaceæ. *Glandula* nulla ad baſin Staminum, ſed *punctum* viride extra ſtamina longiora; & intra breviora ſpatiolum viride, ſubrugoſum. *Siliquæ*; pollicares, erectæ, compreſſæ, tuberculoſæ, non tamen ſtriatæ; *diſſepimentum* longitudine valvularum, rugoſum, in ſuis cavitatibus fovens *Semina* ovata, minima.

In convallibus circa *Káhiram* frequens. Arab. *Sphœri.* صفيري Camelis non ingrata planta: quamvis folia acerrimi ſaporis.

BRASSICA.

63. BRASSICA CRASSIFOLIA; *foliis craſſis, pinnatifidis.*

DESCR. Facies *Cardaminis*; ſed character Braſſicæ: *Calyx* erectus; laciniæ baſi & apice dehiſcunt; medio arcte claudunt. *Flores* albo-rufeſcentes, in racemis terminalibus. *Glandulæ* nectariferæ. *Siliquæ* lævcs, curvæ, baſi articulo cylindrico a fundo floris elevatæ. *Folia* pinnatifida, craſſa, laciniis linearibus, patentibus; radicalibus dentatis. *Caulis* glaber, ſpithamalis.

Ad *Pyramides* frequens; medio Januarii florens.

SINAPIS.

64. SINAPIS HARRA; *foliis ovalibus, ſinuatis, hiſpidis; caule glabro; calycibus hiſpidis.*

DESCR.

Descr. *Folia* hirſuta; *radicalia*, pinnatifida. *Calyx* patentiſſimus. *Corollæ* ungues erectæ. *Glandulæ* valde magnæ extra ſtamina longiora; alia minor, intra breviora. *Flos* flavus. *Siliquæ* pendulæ, compreſſæ, inæqualiter tuberculatæ.

Káhiræ. Arab. *Hara* حارة Pecoribus grata herba.
Foliorum pulvis in aqua propinatur fœminis gravidis.

RAPHANUS.

65. RAPHANUS lyratus; *ſiliquis teretibus, hiſpidis; foliis lyratis; caule baſi procumbente.*

Descr. *Caules* multi ex una radice, baſi procumbentes, poſtea erecti, pedales, hiſpidi. *Folia* infima tripollicaria; omnia lyrata, alterna, villoſa. *Flores* in racemo terminali, pedunculis brevibus, ſingulis bractea oblonga, dentata. *Calyx* villoſus, rufeſcens. *Petala* flava, fauce violacea. *Siliquæ* tereti-toroſæ, intus articulatæ, articulo tereti a receptaculo floris elevato, ſubcurvo, apice lanceolato.

Prope *Pyramides Gizenſes* ad agrorum margines & in inſula *Djeſiret ed dáhab* inter arundines copioſe; florens Januario. Arab. *Rſchád el barr.* رشاد البر

CHEIRANTHUS.

66. CHEIRANTHUS tristis; *foliis dentatis; ſiliquis tortilibus, apice ſagittatis.*

Descr. *Caules* ſeſquipedales; ex una radice plures, ramoſi, decumbentes, teretes, glandulis flavis obſiti. *Folia* lineari-lanceolata, dentato-ſinuata, villoſo-glanduloſa, ſeſſilia, alterna; inferiora 3-poll. *Pedunculi* ſpicæ ramorum & caulis terminales. *Flores* ſeſſiles, erecti, ob caulem decumbentem ſecundi. *Calyx* baſi utrinque gibbus, glanduloſus. *Petalorum* laminæ lineari-lanceolatæ, undulatæ, margine criſpatæ, albæ. *Glandula* ad latus utrumque ſtaminum breviorum, intra ſtamina non aderat. *Siliquæ* bipollicares, filiformes, tortæ, glanduloſæ, ad apicem magno utrinque denticulo retro ſpectante. Sed nondum maturæ erant.

Káhiræ ad pagum *Caid Bey*, in margine agri hordeo conſiti, florens initio Mart. Arab. *Nægeiſi* نكيسة vel *Schudjara* شجارة Capris fumeſtiſſima planta.

Varietatem habui, e deſerto prope *Liblab*; *petalis fuſco-virentibus, venis violaceis, foliorum dentibus minoribus*; cætera ſigna eadem. Hanc vocabant *Nöömanie* نعومانية & draſticam eſſe; recentemque doſi ʒß validum purgans; verum hoc competit *Euphorbiæ*, quæ vera Nöömania eſt.

67. CHEI-

67. CHEIRANTHUS LINEARIS ; *foliis linearibus, tomentoſis ; caule ramoſo, diffuſo.*

Flores violacei. Siliquæ edentulæ. Semina margine hyalino cincta. *Beit el jakîh.*

68. CHEIRANTHUS VILLOSUS; *caulibus decumbentibus; foliis villoſo-ſcabris, linearibus, remote dentatis; floribus ſeſſilibus.*

DESCR. *Rami* teretes, villoſi. *Folia* dentata, obtuſa, ſparſa. *Flores* violacei. *Stamina* baſi latiora; glandula nulla. *Siliculæ* rectæ; apice dente utrinque ſubulato.

Alexandriæ. Arab. *Mautur.*

BUNIAS.

69. BUNIAS ORIENTALIS.

DESCR. *Folia* ſeſſilia, alterna, ovalia, breviſſima. *Flores* racemoſi. *Stamina* ſubæqualia. *Semina* ancipitia, utrinque gibbo medio, muricato. Fruticulus.

Arab. *Doræma*; aliis *Chodeira.* Banjanis edulis.

CLEOME.

70. CLEOME DIGITATA; *foliis inferioribus digitatis, ſuperioribus ternatis.*

Caules ſtriati, villoſo-hiſpidi. *Foliola* pollicaria. *Flores* hexandri.

Surdûd in arvis. Arab. *Biſſ* بس

71. CLEOME ANGUSTIFOLIA; *floribus hexandris; corolla ad latus ſuperius poſita; ſtaminibus ſurgentibus; foliis digitatis, linearibus.*

DESCR. Planta annua, cubitalis, teres, ramoſa. *Folia* alterna; *petiolo* bipollicari, tereti; lamina digitata, *foliolis* pollic. laritudine petioli, plana, linearia, glabra, craſſiuſcula. *Racemi* terminales. *Pedunculi*, folio ternato, lineari ſuffulti, patentes, recti, ſeſquipoll. teretes, ſolitarii, uniflori. *Calyx* 4-phyllus, æqualis. *Corolla* 4-petala, flava: petala omnia ad latus ſuperius congeſta, baſi violacea; exteriora majora, obovata; interiora duo duplo breviora, lineari-oblonga. *Filamenta* 6, violacea, paria ſurſum gradatim breviora; paria duo inferiora apice ſurgentia: antheris erectis, pone nigris, ante flavis. Par ſupremum ſterile; apice clavatum, flavum; rudimento antheræ globoſo, flavo, parvo, ſeſſili in apice filamenti. *Siliqua* bipollicaris, ſubulata, primum patens, dein pendula. *Semina* glabra.

Circa *Taæs* paſſim ad margines agrorum.

ISATIS.

ISATIS.

72. ISATIS ÆGYPTIA.

DESCR. *Folia* carnoſa, oblonga, petiolata, crenato-ſinuata. *Calyx*, explicato flore, inferne hians. *Corolla* pallide-violacea. *Siliculæ* compreſſo-ſubulatæ, deciduæ, ſubdiſpermæ. *Caulis* procumbens.

Alexandriæ, vernalis. Arab. *Fidjl el djemal.*

73. ISATIS PINNATA; *foliis carnoſis, pinnatis, ſubdentatis.*

Flos & ſiliculæ ut in priore. *Caulis* lævis, procumbens.

Alexandriæ & Natoliæ.

❖ ❖ ❖

NOVA GENERA.

ZILLA.

74. ZILLA MYAGRIOIDES. Arab. *Zillæ.* ﺯﻟﻔ

DESCR. *Radix* annua. *Caulis* erectus, ſeſquiſpith. ramoſo-dichotomus, teres, glaber, ſtriatus, terminatus *ſpina* duplici, pollicari, rigida; viridi. *Folia* haſtato-lanceolata, dentata, alterna, pollicaria. *Flores* verſus apicem caulis & ramorum inter folia, racemoſi, alterni, laterales, nec axillares, neque bractea inſtructi. *Petala* albido-violacea. *Glandula* magna inter ſtamina breviora & piſtillum; altera, inter longiora & calyceem. *Stamina* non bifida. *Germen* globoſum, exiguum, viride, ſtriis violaceis. *Stylus* cylindricus. *Stigma* obſolete bilabiatum. *Fructum* non vidi, niſi prioris anni, delapſum: magnitudine majoris piſi, cum mucrone ex ſtylo ſubulato: globus erat albidus, rugoſus, ſuleo utrinque longitudinali. *Pulpa* ſpongioſa, arcte adhærens nuci oſſeæ, globoſæ, carinis ſex, loculis 2; in ſingulo *Semen* parvum, lenticulare, ferrugineum: non dehiſcit fructus, ſed totus delabitur.

In deſertis *Kâhirinis*, florens initio Mart. Hæc eſt *Veſlingii Braſſica Ægypt. ſpinoſa*, ſed male depicta. An vero pertineat ad *Myagrum* incertus ſum. Certe Glandulæ ſitus inter ſtamina breviora & extra longiora, atque Fructus indoles repugnant.

75. ZILLA; *ramis perpendicularibus, alternis, confertis; foliis radicalibus ſeſquipollicaribus, oblongis, inæqualiter eroſis, baſi obliquis.*

Kâhiræ. An pro ſpecie vel varietate habenda ſit, neſcio. Flos & fructus ſimiles.

MNEMOSILLA.

76. MNEMOSILLA ÆGYPTIACA; *calyce diphyllo*; *corolla tetrapetala*, *petalis cruciatis*; *foliis bipinnatis*, *dentatis*, *glabris*.

DESCR. *Radix* annua. *Caulis* procumbens, proſtratus, pedalis, vix folioſus, niſi ad exitum *Pedunculorum*, qui raro axillares, ſæpe terminales, umbellati. *Folia* bipinnata, dentata, glabra. *Flores* pedicellati, flavi. *Calyx* diphyllus, foliolis oppoſitis, ovato-acutis, planis, corolla brevioribus, ſerrato-dentatis. *Corolla* inæqualis, tetrapetala, limbo patente. *Petala* cruciate per paria; & duæ laciniæ calycis in petala mutatæ. *Duo* petala, calyci oppoſita contraria, majora: lamina colorata, transverſe-oblonga: ſinubus duobus & lobo intermedio ovato, obtuſo. *Duo reliqua* calyci parallela, minora; unguibus linearibus, extrorſum canaliculatis: lamina colorata, bipartita, linearí-obtuſa. *Filamenta* 4 *longiora* humilius ſita, receptaculo inſerta, attenuata, plana: *antheræ* ſimplices, erectæ, longitudine filamentorum, circa ſtigma connatæ; ſurgente vero germine ſecedunt. 2 *breviora*, altiora, inſerta petalis ad baſin laminæ, *antheris* ſimplicibus, patentibus, majoribus reliquis. *Germen* lineare, compreſſum. *Stylus* nullus. *Stigma* bipartitum, ſubulatum, incurvum, coloratum. *Pericarpium*: *ſiliqua* teres, toroſo-articulata, curvata, farcta articulis coriaceis, teretibus, oblongis, medio anguſtatis, utraque extremitate truncatis, apertis: articulatim delabitur, non dehiſcit. *Semina*: in medio cujusvis articuli unum, globoſum.

Alexandriæ in peninſula *Ras ettîn* copioſe; florens fine Martii.

Facies plantæ procul inſtar *Geranii*; tamen ſingulari apparet ſtructura.

OBS. Hanc plantam, venuſta floris ſtructura, præ cæteris Ægyptiacis *Cel. Indagatoris* ſibi vindicaſſe amorem, ipſe ingenue teſtatur in ſchedula deſcriptioni adjecta. Verum & primam ejus notitiam non ſimplici acquiſivit pretio, dum in itinere terreſtri Kâhiram inter & Alexandriam Arabum vagantium manu obſeſſus & ſpoliatus, magno vitæ cum diſcrimine elapſus eſt. Se ſuamque ergo Mnemoſillam modeſte commendat Botanicis, quibus Denominationis novarum plantarum competit jus, ſi tot pericula, labores & officia præmiolo hoc digna cenſeantur. Verecunda hæc deſideria *Cel. Auctoris* premere noluimus, qui totum hunc plantarum faſciculum illi ſuperſtitem curavimus. (*Editor.*)

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

GERANIUM.

77. GERANIUM HIRTUM; *pedunculis multifloris; calyce pentaphyllo; floribus pentandris; foliis petiolatis, triangularibus, bipinnatifidis, hirsutis.*

DESCR. *Radix* lignosa, perennis. *Caules* annui, sesquispith. articulati, ad genicula gibbi, dichotomi, erecto-diffusi, villosi. *Folia* ad genicula opposita; inferiora majora, villosa; *petiolo* tripoll. villoso, supra unisulcato. *Lamina* sesquipoll. cordato-triangularis, pinnatifida; laciniis lanceolatis, acutis. *Stipulæ* utrinque solitariæ, membranaceæ, lanceolatæ, rufescentes, connatæ in vaginam circa caulem una cum basi petiolorum. *Pedunculi* umbellæ simplices, terminales, sæpe 5-flori, involucris membranaceis, albidis, ovatis. *Flores* violacco-rubri. *Pedicelli* floriferi, erecti, fructiferi, ad unum latus dependentes. *Fructus* erectus, rubens, vix villosus, bipollicaris.

78. GERANIUM MALACOIDES; *foliis cordato-ovatis, sinuatis, crenatis, crassiusculis.*

Cotyledones cordato-obliquæ, obtusæ.

Arab. *Garna* vel *Djarna.* جرنا Camelis, Ovibus & Capris gratum.

Variat: β) *foliis villosis, cordato-ovatis, crenato-sinuatis.*

79. GERANIUM CRASSIFOLIUM; *foliis glabris, crassiusculis, inferioribus cordatis, superioribus oblongis; omnibus crenato-lobatis.*

Arab. *Tummæjr.* Aliis *Kabssjie.*

80. GERANIUM CICONIUM; *foliis bipinnatis, acutis, incisis; pedunculis multifloris; calycibus 5-phyllis; floribus pentandris; caule procumbente.*

81. GERANIUM TRIANGULARE; *foliis triangularibus, sub-pinnatifidis, dentatis, vix villosis.*

OBS. Omnia hæc Gerania Ægyptiaca sunt: *dichotoma; pedunculis multifloris; staminibus 5 fertilibus.*

82. GERANIUM ARABICUM; *ſtaminibus* 10, *fertilibus*; *pedunculis binis*; *foliis rotundis, inciſis.*

In *Temen* frequens. Arab. *Talab* vel *Châda*. Aliis *Ghoſl*.

Variat: α) *Flore albo.*

β) *Flore rubro, baſi fuſceſcente.*

Uſus medicus: in Cephalalgia lavatur caput Geranio in aqua cocto.

SIDA.

83. SIDA CORDIFOLIA. *Lohajæ*. Arab. *Rén*.

DESCR. Fruticuloſa. *Folia* ſubpollicaria, cordato-orbiculata; dentato-ſerrata; tomentoſa. *Calyx* ſimplex, 5-fidus, campanulatus, perſiſtens. *Capſulæ* ſemper diſpermæ; (quod contra charact. Gen.)

84. SIDA OVATA; *foliis ovato-oblongis, ſerratis*; *pedunculis axillaribus, ſolitariis, unifloris, petiolo brevioribus.*

Surdûd.

85. SIDA PANICULATA? *Môr* dicta *Rén*. ريں Ad *Uahfât*: *Ghobari*. غباري

Folia cordato-acuta, ſerraro-dentata; ſubtus vix tomentoſa, quamvis albeſcunt; ſuperne viridia, glabra. Caules, Perioli, calyces hirſutiuſculi. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, uniflori, filiformes; petiolo ſeſquilongiores. *Flores* fulvi.

MALVA.

86. MALVA MONTANA; *caule decumbente*; *foliis* 5-*lobis, ſerratis, villoſis, mollibus*; *calycibus axillaribus, glomeratis, villoſis.*

Hadîe. Arab. *Hörod* حرض

URENA.

87. URENA OVALIFOLIA; *foliis cordato-ovalibus, ſerratis, hiſpidis.*

DESCR. *Frutex* cubitalis, ramoſus, diffuſus. *Caules* teretes, hiſpidi, tenues. *Folia* alterna, 2-poll remota. *Petiolus* poll ſubtus convexus, ſupra planus, hiſpidus. *Lamina* ſeſquipoll cordato-ovalis, utrinque hiſpida, ſubtus pallidior, ſupra obſcure-viridis, obtuſa, groſſe crenata, crenis cum acumine, patens. *Stipulæ* binæ, lineari-lanceolatæ, breves, erectæ, virides. *Petioli axillares*, ſolitarii, petiolo triplo craſſiores, longiores, poll. uniflori, hiſpidi. *Calyx exterior* 5-partitus, interiori brevior, laciniis lanceolatis, hiſpidis. *Interior* 5-fidus, baſi 5-carinatus, limbi laciniis triangularibus, latioribus calyce exteriore. *Corolla* calyce duplo longior,

longior, flava, basi violaceo-ferruginea. *Petala* 5, oblique cuneata, obtusa, unguibus ciliatis, columnæ staminiferæ insertis. *Stamina* monadelpha, connata in columnam subulatam; filamentorum apices liberi, patentissimi. *Antheræ* globosæ, flavæ. *Stigmata* supereminentia 5, apice clavata, capitulo rubro, orbiculari, depresso, ciliato, inferne intra tubum staminiferum coadunata in stylum cylindricum, album.

Montosa loca circa *Táxs* inhabitat.

GOSSYPIUM.

83. GOSSYPIUM RUBRUM. Arab. *Otb.* *Hadíæ.* aliis *Ödjás.* اجاص

Caulis fruticosus. *Folia* lobis quinis, obtusis. *Flores* & venæ foliorum obscure rubentes. *Calyx* exterior puniceus, integer, vel apice tridentatus.

89. GOSSYPIUM ARBOREUM; *floribus flavis; involucris viridibus, multidentatis; foliorum laciniis ovali-acutis.*

HIBISCUS.

90. HIBISCUS FICULNEUS.

DESCR. *Caulis* hispidus; non aculeatus. *Folia* 5-fida, palmata, setis rigidis hispida. *Capsula* 5-locularis, setosa.

Alexandriæ. *Bamie.* بامية

91. HIBISCUS ESCULENTUS; *capsula* 10-*loculari, glabra; follis divisis; fructu glabro, spithamali.*

Káhiræ. Arab. *Bamia schámi* vel *stambúli*, aut *rumi.*

92. HIBISCUS PRÆCOX; *capsula* 5-*loculari, hispida; fructu tripollicari, hispido.*

Facies *Hib. esculenti.* Fructus sapidior. Caulis annuus, tamen magnus, fere fruticosus.

Káhiræ. Arab. *Bamia Uaki* vel *Bœledi.*

93. HIBISCUS SYRIACUS.

Colitur in hortis Ægypti; floribus splendidis; aut *totis violaceis*, vel *albis*, *basi rubris.* *Calyx* exterior 6, 7, 8-fidus.

94. HIBISCUS FLAVUS; *floribus decandris; foliis petiolatis, ovalibus, ferratis, obtusis, scabris.*

DESCR. Fruticulus. *Folia* digito transverso breviora. *Petiola* & rami scabri. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, filiformes, petiolo sæpe longiores. *Stipulæ* parvæ, filiformes. *Calyx* exterior 9-phyllus, filiformis. *Flores* flavi. *Stamina* 10-16. *Stigmata* 10.

Lohajæ; florens medio Febr.

β) An varietas? *foliis cordatis, ferratis, villosis, semipollicaribus*; *caule fruticoso*; *flore flavo, pollicari, basi ferruginea.*

Circa *Hæs* rarius.

95. HIBISCUS PURPUREUS; *foliis cordato-oblongis, acutis, ferratis*; *floribus purpureis, stigmatibus* 5, *longis, apice capitatis; capsula superne septemalata.*

Hadie vidi prorsus similem, quoad flores & folia; *capsula globosa, villosa, molli, pisi magnitudine.*

Arab. *Chobæz.* خبيز Aliis *Sech.* سيخ

96. HIBISCUS TRIPARTITUS; *foliis tripartitis, lobis lanceolatis, ferratis; pedunculis axillaribus, fructu quadruplo brevioribus*; *caule & calyce aculeato-hispidis*; *capsulis pilosis.*

97. HIBISCUS PALMATUS; *foliis palmatis, dentatis, glabris, bipollicaribus; caule hispido*; *calycis exterioris laciniis linearibus.*

Prope *Mothham.*

STEWARTIA.

98. STEWARTIA CORCHOROIDES; *foliis ovatis, ferratis, subtus villosis.*

Caulis fruticulosus, sesquipedalis. *Flores* parvi, flavi. *Capsulæ* 5, separatæ, bicornes.

CAMELLIA.

99. CAMELLIA GRANDIFLORA; *foliis petiolatis, cordatis, obtusis, integris; calyce inflato*; *tubo corollæ quadripollicari.*

DESCR. *Frutex* diffusus, cubitalis. *Caules* brachiati, teretes, hispidi, setis albis, brevibus, filiformibus, rigidis, confertis, patentissimis; articulis pollicaribus,

pollicaribus, apice incraſſatis. *Folia* oppoſita ad genicula, petiolo ſemipollicari, tereti, hiſpido; *lamina* plus quam pollicari, cordata, obtuſa, integra, parce venoſa; utrinque tubercululoſa, hiſpida. *Flores* terminales ramorum, ſolitarii, ſeſſiles, ſuffulti foliis duobus. *Calyx* fere poll. 5-partitus, 5-angul. inflatus; laciniis lanceolatis, conniventibus. *Corolla* alba, tubo cylindrico, 4-poll. limbo patente, poll. 5-fido, ſub-regulari. *Stamina* filamenta 4, corollæ inſerta, apice libera, ſed bina utrinque connexa, antequam inſerantur corollæ. *Antheræ* in fauce corollæ lineares, erectæ, albæ, ſemiunguem longæ, baſi fiſſæ. *Pericarpium*: capſula ovata, 4-ſulcata, bilocularis, ſeminibus reniformibus quaternis in loculo, cum unguibus elaſticis alternis.

Ad *Taæs* in montibus.



NOVUM GENUS.

ELCAJA.

100. ELCAJA; *Monogyna, decandra; ſtaminibus æqualibus.*

Descr. Arbor grandis. *Rami* alterni, villoſi. *Folia* alterna, pinnata cum impari, patentia; petiolo tereti, villoſo, ſpithamali. *Foliola* quadrijuga, pedicellata, ovali-oblonga, exteriora majora, infima bipoll. extima tripoll. glabra, integra. *Stipulæ* nullæ. *Pedunculi* corymbi axillares, terminales, rotundati; paniculæ confertæ. *Flores* conferti, breviter pedicellari; *ſquama* bracteali, ovata, viridi, patente. *Calyx*; perianthium campanulatum, 1-phyllum, 5-partitum, villoſum; laciniis orbiculatis, craſſis, erectis, viridibus; binæ margine externæ, binæ internæ; una margine dextro externa; ſiniſtro interna. *Corollæ* petala 5, calyce longiora, linearia, recurva, baſi plana, apice obtuſa, ſubtus gibba, ſupra excavata, extus & margine villoſa, viridi-flava; ante explicationem imbricata contra ſolem, ſeu margine dextro externa, ſiniſtro interna. *Filamenta* 10, alba, linearia, æqualia, connata ad dimidium in priſma 4-gonum, apice villoſa, erecta. *Antheræ* ſimplices, recurvæ, ovatæ; extus ſquamatæ binæ ex apice filamenti. *Germen* apparet nullum *Stylus* filiformis, villoſus. *Stigma* capitatum, globoſum. *Pericarpium*; capſula obovata, baſi anguſtata, pollicaris, tomentoſa, trivalvis, trilocularis, trigona,

gona, lacunoſa; in medio valvarum ſulcus. *Semina* bina in loculo, oblonga, latere exteriore convexa; duobus interioribus plana.

In montibus *Yemen* frequens. Arab. *Roka.* ﻭﺭﻕ Floris facies cum *Citro* convenit. Fructus venalis proſtat *Beit el fakih*; miſcetur cum odoriferis, quibus Arabum fœminæ caput lavant. Liber Arabico idiomate ſcriptus titulo: *Scharh elmoudjiz*, hunc fructum, *vomitorium* eſſe perhibet, & appellari *Djouz elkai*; unde & nos literarum reſtauravimus nomen.

Contra *Pſoram* ſemina matura miſcentur in unguentum cum oleo Seſami.

DE-

DESCRIPTIONES
PLANTARUM.

CENTURIA
QUINTA.

CLASSES XVII. — XIX.

DIADELPHIA. POLYADELPHIA. SYNGENESIA.

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

ONONIS.

1. ONONIS CHERLERI; *pedunculis unifloris, filo appendiculatis; caulibus imbricatis, compreſſis; laciniis foliorum tomentoſis, dentatis.*

DESCR. *Folia* inferiora majora, valde dentata; juniora, magis ſucculenta, hemiſphærica, ſupra canaliculata, oppoſita, conferta, ut caulis appareat imbricatus, & quaſi una cum foliis compreſſus. *Stipulæ* juniores connatæ cum folio ſimplici, inferiores lanceolatæ, membranaceæ, dentatæ. *Pedunculi* axillares, verſus apicem caulis, breves, curvi, villoſi, filo brevi ſuperne in medio dorſi appendiculati. Tota planta vix ſpitham. Character eſt *Cherleri:* ſed folia ad exitum ramorum ternata; cæterum ſolitaria & connata cum ſtipulis in folium trifido-palmatum.

Frequens in collibus peninſulæ *Rás et tín*, *Alexandriæ*.

OBS. Hanc Ononidem diverſo anni tempore inſpexi. Prima deſcriptio facta eſt menſibus ſiccisſimæ tempeſtatis. Aliam monſtrabat faciem eadem planta aquis pluviisque rigata. Jam floſculis magnis florebat; foliis omnibus ternatis, ſemipoll. remotis; adeo ut caulis non denſe fuerit imbricatus nec compreſſus; exceptis caulibus parvis. Rigido Botanico injungitur ſtudium obſervandi Plantarum Ægyptiarum *Metamorphoſin autumnalem & vernalem.*

2. ONONIS SERRATA; *pedunculis axillaribus unifloris; foliis ternatis, ſerrato-dentatis; flore albo; vexillo rubicundo.*
Alexandriæ.

3. ONONIS FLAVA; *foliis ternatis, ſubrotundis; floribus flavis; vexillo ſtriato; ſtigmate lævi.*
Djöblæ.

4. ONONIS QUINATA; *foliis quinatis, integris, cuneatis, ſeſſilibus; floribus ſeſſilibus, ſubquaternis.*

DESCR. *Caulis* frutic ſus altitudine 3 ulnar. digiti craſſitie; decumbens, inermis. *Folia* craſſiuſcula, vix ſemipollicaria. *Flores* parvi, albi, unguem longi. *Carina* apice fuſca. *Vexillum* ſtriis violaceis, baſi violaſcens. *Pedicelli* breves, axillares, 2 vel 4-flori, ſeſquiunguem longi. *Legumen* diſpermum, breviter pedicellatum.

In monte *Chadra*.

LUPINUS.

LUPINUS.

5. LUPINUS TERMIS; *calycibus alternis, appendiculatis, labio utroque integro, acuto.*

DESCR. *Caulis* 5-pedalis, hirſutus. *Folia* digitata, quina, ſena. *Foliola* oblonga, obtuſa, extrorſum latiora; ſubtus hirſuta, ſupra glabra, ſeſquipoll. *Flores* in racemo terminali, alterni, albi vel cærulei. *Pedunculi* villoſi. *Calyx* villoſus, appendice filiformi, ferruginei coloris. *Carinæ* apex cæruleo-viridis.

Colitur in *Ægypto*. Pedunculi crudi eduntur, decorticati; piſa coquuntur. Arab. *Termis*. ترمس

OBS. *Pulvis pyrius* (arab. *Barûd*) componitur: *Nitri* 6 Rotl. quod ſemper depuratum ſumitur; *Sulphuris* 1 Rotl. *Carbonum* 1 Rotl. hujus præſertim Lupini, qui omnium leviſſimi putantur. *Salix* & *Vitis* proxime huic accedunt; ſed in proportione $1\frac{1}{2}$ Rotl. ad 6 Rotl. nitri. Si compactioribus lignis utendum erit, proportio aſcendit usque ad 2 vel 3 Rotl. Carbones ſic parantur: caules Lupini denſe infarcinantur foveæ terræ; ſupra ignis additur, & mox humo obruitur. Senſim tota farrago in carbones tranſit.

6. LUPINUS DIGITATUS; *calycibus verticillatis, appendiculatis, labio ſuperiori bipartito, inferiori integro.*

DESCR. *Radix* perennis. *Caulis* cubitalis, erectus, ad baſin hirſutus. *Rami* axillares. *Folia*; *petiolis* ſubulatis: infimis ſpith. hirſutis, baſi dilatatis; appendiculo utrinque filiformi, erecto, hirſuto. *Lamina* digitata; ſæpe 9 foliolis complicatis, ſeſquipoll. cuneiformibus, hirſutis. *Pedunculi* verticilli ad apicem caulis & ramorum, nudi. *Verticillus* floribus quaternis vel quinis, pedicello erecti, *carina* alba, apice flaveſcente, alis cæruleis, vexillo cæruleo, macula flava. *Calyx* villoſus, ſupra bipartitus, infra integer, laciniis lanceolatis, ſemipoll. appendiculo utrinque filiformi, flaveſcente. *Siliquæ* verticales, hirſutæ, ſulcis impreſſis.

In *Delta* ad pagum *Nedjil*. Copioſe in agris, an ſpontaneus, neſcio.

COLUTEA.

7. COLUTEA SPINOSA; *fruticoſa*; *foliolis ovato-oblongis*; *ſpinis filiformibus, folio duplo longioribus.*

DESCR. *Frutex* ſeſquiped. diffuſus, ramoſiſſimus, fere in globum creſcens. *Rami* cinerei, lignoſi, conferti, ſpinoſi. *Spinæ* patentes, ſpiraliter alternæ, tripollicares, ſubulatæ, acutiſſimæ, apice flavicante, baſi tribus lineis elatis decurrentes, omnes ortæ ex induratis rachibus foliorum. *Ramuli* axillares ſpinarum breves, ſuperiores gradatim majores: longiſſimi ſemipollicares, ipſi ſpinoſi ex rachibus foliorum antiquis. *Folia*

ad apicem ſinguli ramuli 2, vel 3, vel 4 confertiſſima; in ſuperioribus ramulis ſenſim majora, ſuprema maxima, rachi pollicari, viridi, villoſa, rigida, mucronata: poſtea in ſpinam mutanda; ſuperiori dimidio folioſa, foliolis 4-jugis, oblongis, utrinque villoſis. *Stipulæ* duæ, ovato-lanceolatæ, membranaceæ, albæ, rachi adnatæ, baſi in vaginam connatæ. *Pedunculi* ad apicem cujusvis ramuli duo, ſinguli ex ala folii, filiformes, villoſi, patentes, prope apicem geniculo cum ſquama membranacea concava, villoſa, alba, ovata *Flores* erecti, albido-flavicantes, omnes in ramulis. *Calyx* cylindricus, hirſutus, multiſtriatus, dentibus erectis, baſi appendicibus 2 filiformibus, oppoſitis, brevibus, villoſis. *Vexillum* obovatum, complicatum. *Carina* & *Alæ* longitudine vexilli. *Stigma* nonniſi in adultioribus floribus barbatum, apice ſolo, non linea hirſuta ad medium ſtyli. (cfr. Gen. Pl.) *Fructus*; calyx inflatus in craſſitiem ½. poll. albido-pellucidus, ſiliquam totam villoſam includens. *Legumen* uniloculare, triſpermum.

In deſertis *Kâhirinis* ad *Liblâb*: florens medio Januar. vel initio Mart. Arab *Keddâd*. كداد Depicta in *Ruſſel Nat. Hiſt. of Aleppo.* Tab. 5. nomine *Tragacanthæ Orient. veſicariæ*; calycis hirſuties expreſſa non eſt. *Cameli* hanc plantam, omnium ſpinoſiſſimam, edunt; ne & illa ſine palato eſſet.

DOLICHOS.

8. DOLICHOS SINENSIS; *pedunculis racemoſis*; *cirrhis nullis*; *foliolis ternatis*, *ſtipulatis*, *ovato-lanceolatis*.

DESCR. *Caulis* volubilis, ultra 2 ulnar. *Folia* bipoll. villoſa, medium longius, pedicellatum: *ſtipulis* binis minimis ſquamiformibus, lanceolatis. *Vexillum* latum, emarginatum, ſtriatum. *Carina* ante, ſeu verſus vexillum in curvatura connata: pone, rupta baſi: ungue rigido, incurvo, callo prominente, ſemiorbiculato. *Alæ* utraque verſus baſin alicula longiore, oblonga, verſus vexilli baſin extenſa. *Stigma* barbatum. *Flores* flavi. *Siliquæ* villoſæ, toruloſæ, velut articulatæ pro quovis piſo, quamvis intus uniloculares.

Ad foſſas agrorum prope *Nilum*; radice aquis immerſa. Arab. *Höllaeh.*

9. DOLICHOS FABA NIGRITA.

DESCR. Fruticem vidi unum *Djiddæ* plantatum. *Caulis* volubilis. *Foliola* exſtipulata, ovata, glabra, integra, ſeſquipoll. *Flores* violaceos e longinquo vidi, ſed examinandi copiam mihi præripuit Gryllorum manipulus, qui illos momento citius devaſtabat. *Legumina* pendula, linearia,

ria, compreſſa, craſſa, dorſo planata, mucrone terminata, ventre convexa, 4 poll. longa. *Fabæ* membrana interjecta conjunctæ, purpureæ, pollice longiores.

Fructus *Káhiram* aſportatur cum *Carvana Nigritarum*, ex *Abyſſinia*. Fœminis ac infantibus vilioris ordinis pro monili & ornamentis penſilibus eſt; duo conſtant 1 *parà*. Vocatur *Ful Djellábe*, vel *Ful barabra:* i e. *Faba Nigritarum*.

Advehuntur e *Syria* & *Gracia* Fabæ dictæ *Habb el kulæ*, quæ etiam mundo muliebri inſerviunt.

10. DOLICHOS FABA INDICA; *caule volubili; foliolis ſtipulatis, ovatis, repandis, acuminatis, pallide viridibus, venis ſubtus virescentibus.*

Djiddæ. Arab. *Ful hendi*; id eſt: *faba indica.* Florem & fructum non vidi; ob formæ convenientiam ad hoc genus refero.

11. DOLICHOS LUBIA; *caule diffuſo; pedunculis axillaribus longiſſimis, apice racemoſis; leguminibus erectis, polyſpermis.*

DESCR. *Caulis* annuus, ſeſquiped. procumbens, teres, glaber. *Petioli* alterni, tripollicares, baſi gibbi, ſupra plani, emarginati. *Folia* ad apicem terna; infima oppoſita, ovata, bipollicaria; ſingula petiolo proprio, tereti. *Stipulæ* utrinque ſolitariæ, lanceolatæ, erectæ. *Alicuiæ* duæ ad baſin petiolorum foliorum infimorum: *aliæ duæ* ad baſin petioli folii intermedii. *Pedunculi* axillares, teretes, pedales, nudi, apice racemoſo ſpicati *Flores* conferti, pedicellati, patentes, verticaliter compreſſi, flavi. *Calyx* 5-dentatus, dentibus 2 ſupremis obtuſis, infimo longiore. *Vexillum* ſemper complicatum, introrſum albidum, callo utrinque obliquo, elato, extra alam. *Alæ* cæruleæ, baſi emarginatæ ſupra. *Carina* complicata, albida. *Stylus* apice hirſutus. *Stigma* gibbo viridi, globoſo, ſubtus callo conico, patente. *Legumina* ſeſſilia, erecta, teretia, compreſſa, ſcabra, ſpitham. decemſperma.

Arab. *Lubia bældi.* In agris *Ægypti* frequens, cultus: ſeritur initio Januarii: Ineunte Junio floret Legumina cocta & deinde oleo ac aceto mixta Lactucæ inſtar, ſapidiſſima ſunt. Auctores plurimi hunc dixerunt *Phaſeolum*, qui verus tamen Dolichos.

12. DOLICHOS DIDJRE; *caule volubili; ſtipulis margine reflexis, obtuſis.*

Foliola lateralia baſi extrorſum gibba; *medium* rhombeo-lanceolatum.

Lohajæ. Arab. *Didjre* دجرد An hæ notæ ſufficiant ad ſpeciem diverſam conſtituendam, non judicaverim; nam in cæteris ſignis cum *Dol. lubia* convenit.

13. DOLICHOS ÆSCHYNOME SESBAN ; vel *Sejſeban* سيسبان

DESCR. *Caulis* obſolete-angulatus, glaber, ſpongioſus. *Stipularum* loco callus utrinque elatus. *Petiolus* baſi articulo craſſo , coriaceo. *Foliola* oppoſita, brevi petiolo, linearia, obtuſa cum acumine , æqualia, 14-18-juga. *Pedunculi* racemoſi. *Flores* flavi. *Calyx* brevis, æqualis , 5-dentatus. *Vexillum* cordato-emarginatum, ſubtus ferrugineo-punctatum, *ungue* lineari, incurvo, interne duas aliculas formante lanceolatas, erectas, conniventes. *Alæ* oblongæ, baſi in angulum acutum productæ: intra illas 2 calli cornuti vexilli. *Carina* albida, pone fiſſura longa, dehiſcente , antice truncato-emarginata , utrinque acumine lanceolato. *Stamina* non omnia baſi coalita; decimum diſtinctiſſimum: ergo *Æſchynome* eſſe nequit hæc ſpecies. *Legumina* ſeſquiſpith. utrinque dorſata, glabra : extus toroſa ad ſingula piſa : intus iſthmis intercepta. *Semina* oblonga, unum in quovis articulo. *Coronilla* non eſt hæc planta, quia calyx non bifidus , & huic alæ ad vexilla.

Ægyptiis utiliſſima planta ad *Sepes* vivas circa hortos & agros ; denſe & cito exereſcit, præſtantiſſimo aſpectu. Utilis deinde foco, & hanc ob cauſſam copioſe culta. Semina ſeruntur in foſſulis ; potiſſimum ad Canales ; large enim irrigantur. Annuo intervallo Caulis 4 , ulnar. attigit altitudinem, craſſitiem brachii. Poſt tres annos rami adulti & utiles.

14. DOLICHOS ARBOREUS ; *floribus ferrugineis ; caudice arboreo.*

DESCR. *Stigma* capitulo ſub-barbato leviſſime. *Filamentum* decimum totum liberum. Calli *vexilli* lanceolati intra alas. Tot notæ ſufficiunt ad Speciem veram conſtituendam.

Ad *Uadi Zebîd*. Arab. *Seſebân*.

15. DOLICHOS CULTRATUS ; *caule volubili*; *leguminibus racemoſis, compreſſis, dorſo ventreque tuberculatis*; *foliolis ovatis, acutis, glabris*; *floribus albis.*

Lohajæ. Arab. *Didjre* vel *Keſcht*.

16. DOLICHOS CUNEIFOLIUS ; *foliis ſimplicibus*; *ſiliquis racemoſis , pendulis, enſiformibus , cornutis.*

Môr. Arab. *Kolkol*. قلقل Flores flavi ; ſemina minuta.

17. DOLICHOS POLYSTACHIOS.

DESCR. *Foliola* exſtipulata, late-ovata, medio majori , bipollicaria. *Petioli* baſi incraſſati. *Pedunculi* axillares, ſeſquiſpith: ſpatio nudi, dein ſpicati; *verrucis*

verrucis prominentibus, alternis, cui ſingulæ inſeruntur *pedicelli* bini. *Calyx* tubuloſus. *Corolla* purpurea. *Vexillum* ſubrotundum, emarginatum, baſi album; callis gibboſis, craſſis. *Carina* baſi & apice bifida. *Legumina* ſpithamæa, poll. lata, plus ½ poll. craſſa, lateribus parallelis; dorſo plano, inæquali, margine angulato, baſi curvo, dein recto; ventre convexo, parum canaliculato. *Semina* 8, ſingula in peculiari loculo.

Mór. Hadíe. Arab. *Sjef.* سيف Semina matura ſi comeduntur, alvum ciunt.

LATHYRUS.

18. LATHYRUS SPECTABILIS; *caule volubili; foliolis ſeſquitrijugis, binis ſetis interjectis.*

DESCR. *Petioli* baſi ineraſſati. *Foliola* vix pollicaria, ovata, retuſa, cum ſeta. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, uniflori: in medio ſquamis 2 lanceolatis, oppoſitis, erectis. *Calyx* tubuloſus, baſi gibbus, bracteis duabus ovatis, ſeſſilibus. *Corolla* pollicaris, cærulea. *Vexillum* medio flavum. *Carina* alba, baſi fiſſa, apice inflata; circa antheras connata ſubtus. *Stamen* decimum ad baſin ſeparatum. *Stylus* ſupra convexus, ſulco tenuiſſimo longitudinali, villoſus.

Surdúd in ſylvis paſſim.

19. LATHYRUS TOMENTOSUS; *pedunculis unifloris, ternatis.*

Folia 5-juga cum impari. *Cirrhi* nulli. *Legumina* compreſſa, linearia. *Paniculæ* axillares, terminales.

Mór. Arab. *Souæfa.*

GLYCYRRHIZA.

20. GLYCYRRHIZA ACULEATA; *ramis rachibusque foliorum univerſalibus & partialibus, aculeatis.*

DESCR. *Pinnæ* 6, 7-jugæ, tripollicares. *Foliola* 5, 7-juga, ſeſſilia, ovali-oblonga; exteriora majora; extima pollicaria, ſquamula interjacente. *Pedunculi* axillares, ſpicato-comoſi. *Flores* flavi, diſtincti bracteis, quales ſupra racemum etiam in comam coacervantur. *Legumina* ovalia, ſeſquipollicaria, compreſſa, monoſperma, muricata *aculeis* ſubulatis, ſubvilloſis, unguem longis, patentiſſimis.

Hadíe plantatus frutex hic ex India allatus, Banjanorum ope, qui illum vocant *Sirs.* Arabes nomen & uſum ignorant. *Zebíd* quoque in horto vidi cultum a Banjano.

HEDYSA-

HEDYSARUM.

21. HEDYSARUM ALHAGI; *caule diffuso; spinis patentibus, floriferis.*

DESCR. *Radix* perennis. *Caules* autumno emoriuntur: ramosissimi, diffusi, sesquipedales, teretes, nitidi, villosi. *Rami* patentes, alterni, axillares, recti, iterum ramosi. *Folia* in caule & ramis alterna, sessilia, infima majora, semipoll. pendula, oblonga, emarginata, villosa. *Stipulæ* binæ, breves, filiformes, fuscæ, pendulæ. *Spinæ* ad singulam axillam solitariæ, patentes, pollicares, teretes, villosæ, virides, rigidæ, terminatæ mucrone flavo, acutissimo. *Flores* in spinis sessiles, alterni 2 vel 3, patentes, squamula brevi, filiformi ad pedicelli exitum. *Pedicelli* filiformes, brevissimi. *Calyx* campanulatus, basi squamis filiformibus 2, flavido-rubens; limbo patente, 5-fido: lobis 2 sub vexillo: 3 sub alis & carina. *Corolla* papilionacea, rubra, semipoll. *Vexillum* retro flexum: margine inflexum: pagina inferiore flava. *Alæ* supra conniventes, deflexæ, planæ. *Carina* antrorsum connivens, obtuse-rotunda. *Stamina* alternatim majora: *Simplex* ad basin separatum: reliqua novem-fida: *duo infima* simplici longiora: *duo alia* his breviora: *par insequens* longius infimo: huic brevius *par*: *nonum* filamentum supremum, reliquis longius. *Antheræ* globosæ, erectæ, flavæ. *Germen* lineare, rectum, compressum. *Stylus* subulatus, albicans, incurvus. *Stigma* acutum, nudum. *Siliquæ* villosæ, teretes, toroso-articulatæ: articulis monospermis.

Arab. *Aghûl.* عاقول *Varietatem* vidi: *siliquis glabris.*

In ruderatis locis *Ægypti* frequens; florens mense Junio. Foco inservit. Cameli spinosa hac delectantur planta.

22. HEDYSARUM LAPPACEUM; *foliolis ternatis, obcordatis; caulibus procumbentibus; siliquis compressis, spinosis.*

DESCR. *Caules* perennes, procumbentes, teretes, villosi, sesquicubitales. *Rami*, alterni, ramosi. *Folia* ternata, sessilia, foliolis carnosis, rotundo-obcordatis, villosis, brevissimis. *Pedunculi* breves, axillares, uniflori, sæpe biflori. *Flores* flavi, interne rubescentes, carina obtusa: filamento decimo separato. *Legumen* digitum transversum longum, compressum, pedicellatum, pendulum, articulis 2, 3 subrotundis, utrinque villosis, muricatis: setis patentibus, rigidis, pilosis, apice hamatis, vestimentis adhærentibus. *Calyx* persistens.

Lohajæ. Arab. *Höbb el adjais*: commune nomen Lappaceorum.

23. HEDYSARUM VIOLACEUM; *folio simplici, lineari; caule annuo, procumbente.*

DESCR. *Flos* papilionaceus, violaceus. *Pedunculi* racemosi, conjugati. *Legumina* recta, compressa, articulata, punctato-rugosa.

Surdûd.

INDI-

INDIGOFERA.

24. INDIGOFERA HOUER; *foliolis ſemi-ſex-jugis, cuneatis; racemis folio brevioribus; leguminibus rectis, teretibus, ſubvilloſis.*

Ab *Indig. tinct.* diſtinguitur foliis cuneato-oblongis & leguminibus non articulatis, iſthmis tamen ſemina ſeparantibus.

Surdûd in arvis ſpontanea. Arab. *Houer.* حوير

Obs. Ubique hæc ſpecies, quæ Arabum tinctoria eſt, colitur ob colorem cæruleum, quem ſummopere amant incolæ utriusque ſexus.

Planta ſecta expanditur, ſiccatur; deinde injicitur teſtis magnis, ad dimidium usque; aqua fontana affunditur ad ſummum marginem. Sic per 2 horas fermentationem ſubit. Tum valide miſcetur baculo arundinaceo, cui ad inferiorem apicem quatuor paxilli lignei cruciatim poſiti. Folia natantia auferuntur. Aqua per foramen ½ ſpith. ſupra fundum teſtæ emittitur, quæ viridis & nullius uſus. Sedimentum eſt Indigo. Foveola in terra excavatur, non profunda, 2 uln. diametro; foliis rejectis comminutis veſtitur, huic ſtrato Indigo inſternitur ad ſiccandum. Iſte vero pulvis latus maſſæ inferius ſemper inquinat. Venditur Beit el fakîh 6 vel 8 *Mann* (1 Man eſt 2½ Rotl.) imperialis pretio.

25. INDIGOFERA SEMI-TRI-JUGA; *foliolis ſemi-trijugis, obcordatis, ſubcomplicatis, tomentoſis.*

Caulis proſtratus, fruticuloſus. *Flores* rubri. *Legumina* biarticulata, teretia, tomentoſa, mucronata.

Lohajæ.

26. INDIGOFERA OBLONGIFOLIA; *foliis ſimplicibus, petiolatis, ovali-oblongis; caule fruticoſo, inermi, diffuſo; florum racemis axillaribus.*

Lohajæ. Arab. *Haſar.* حصلر Decoctum herbæ recentis laudatur contra Colicam.

27. INDIGOFERA SPINOSA; *leguminibus binatis, teretibus, ſcabris; caule fruticoſo, diffuſo, ſpinoſo.*

Obs. Plura ſpecimina mihi obvenerunt *Hedyſari albagi ſpinoſi*, & hujus *Indigoferæ*; quæ dum contuli, ejusdem generis naturalis inveni; *Lotbi ſpin.* Legumina non apparent externe articulata; huc tamen referri debet. *Folia*, *Ind. ſpin.* ternata; *Alb.* ſimplicia ſemper. *Stipulæ* illius parvæ, erectæ; *Alb.* pendulæ. *Spinæ* illius totæ ſiccæ, fili craſſitie; *Alb.* carnoſæ, apice mucronatæ, pennæ columb. craſſitie. *Calyx* illius patens, & flores rubri; *Alb.* ſimiliter. *Legumina* illius teretia, cylindrica; *Alb.* curva, articulata.

Lohajæ. Arab. *Hall.* حل

28. INDIGOFERA TINCTORIA.

DESCR. *Calyx* planus. *Vexillum* flavescens, margine involutum; ab alis & carina refractum, ut flos faciem habeat corollæ dipetalæ; in qua vexillum unum, alæ rubræ alterum petalum referunt, eæque expansæ in eodem plano. *Floris carina* flavescens, sub alis compressa, obtusa, utrinque calcare laterali conico. *Legumen* articulatum; seminibus singulis isthmo separatis. *Folia* bijuga cum impari, ovalia, cæruleascentia, scabra.

Hæc Ægyptiorum Indigof. tinctoria. Arab. *Nile.* نيلة Semina cum oleo *Sesami* & *Sale ammoniaco* mixta, mane assumta, *Tæniam* expellunt. Diæta erit: aqua per triduum abstinere, alium cibum non edere, nisi panem; potus Coffeæ permittitur.

29. INDIGOFERA SPICATA; *foliolis alternis, quadri-jugis; leguminibus rectis, pendulis, subspicatis.*

DESCR. *Caules* herbacei, decumbentes, tereres, scabri, subpedales. *Folia* alterna, pinnata. *Foliola* alterna, obovata, villosa, pedicellata; exteriora majora, 8 vel 9. *Pedunculi* spicæ axillares; dum fructum gestant tripollicares, folio longiores, subracemosi. *Flores* violaceo-rubri, sessiles. *Calyx* patens. *Carina* utrinque calcare laterali conico. *Legumina* pendula, recta, teretia, scabra; isthmis carnosis.

Bolgôse. Arab. *Mischeter* مشيطر vel *Schiter.*

GLYCINE.

30. GLYCINE ABRUS.

DESCR. *Folia* non conjugata, sed alterna. *Foliola* 12-13-juga; exteriora majora, nondum pollicaria, ovato-oblonga, obtusa cum acumine. *Semina* ovalia, rubra, macula baseos magna, oblonga, nigra. *Pedunculi* racemoso-spicati.

Hadle. Arab. *Byllia.* بلبع Ex Seminibus armillas aliaque ornamenta sibi contexere solent fœminæ fortis pauperioris. Hujus Glycines Legumina vidi Káhiræ venalia *seminibus globosis.*

ASTRAGALUS.

31. ASTRAGALUS TRIMESTRIS.

Semper caulescens. *Siliquæ* biloculatæ; non bicarinatæ, nec subulatæ, sed hirsutæ. An *A. alpinus*? sed legumina vix utrinque acuta; & pedunculus folio brevior.

Káhiræ. Arab. *Chamsaret el arûsi.* خمصرة العروسة

32. ASTRA-

32. ASTRAGALUS ANNULARIS; *caulescens, diffusus; leguminibus hamosis, compressis, introrsum canaliculatis.*

Legumina annulum fere referunt, una parte apertum.

Alexandriæ; vernalis.

33. ASTRAGALUS FRUTICOSUS; *floribus axillaribus, sessilibus.*

DESCR. *Caulis* lignosus, pedalis, erectus. *Folia* pinnata, tomentosa. *Foliola* 17-juga, subrotunda, complicata, sessilia, emarginata. *Flores* numerosi. *Legumina* bilocularia, ad imum caulem sessilia, sed pauca.

Rosettæ.

TRIFOLIUM.

34. TRIFOLIUM ALEXANDRINUM. Arab. *Berseem.* برسيم aliis *Bersîm.*

DESCR. *Folia* pollicaria, utrinque villosa, lanceolata, dentata, alterna; folia floralia opposita. Foliorum *Stipulæ* membranaceæ, ventricosæ, vaginantes, ciliatæ, albidæ, venis viridibus, utrinque longo acumine viridi, lineari: inter quæ *Petiolus* villosus, canaliculatus. *Capitula* ramorum & caulis terminalia, pedunculata. *Calyx* villosus, 5-dentatus, laciniis lineari lanceolatis, erectis, exterioribus majoribus *Corolla* monopetala. *Vexillum* lineare-obtusum, alis longius. *Alæ* basi callo crasso, prominulo. *Stigma* versus vexillum pubescens.

OBS. Hoc illud est Trifolium, quod Ægyptii totis agris colunt; optimum & fere unicum pabulum jumentorum. Bis quovis anno non seritur, ut reliqua Cerealia, sed decrescente Nilo. Ubi agri alti, aqua hydraulicis machinis infertur, & terræ humectatæ semina immittuntur. Tres messes patitur Trifolium. Singula vice excrescit $\frac{1}{2}$ uln. Cuique messi tres menses opus; post emoritur. Prima seges optima, vocatur *Râs*; secunda & tertia *Ribbæ*. Miro agriculturæ ordine in eodem agro seritur cum Tritico; (dum scilicet, ad fructificationem destinatur). Mixtum illud sementum dicitur *Chalit*. Eadem messe Triticum & Trifolium non falce, sed manu avelluntur prope ad terram, radice relicta; hinc fasciculi distincti colliguntur; simul quoque triturantur. Trifolii semina separantur Cribro *Orbal* dicto.

35. TRIFOLIUM BICORNE.

DESCR. *Caulis* repens. *Flores* rubri, monopetali, resupinati; vexillo erecto, obtuso. *Calyx*, dentibus inferioribus 3 brevioribus, parallelis: superioribus 2 longioribus, divergentibus. *Capitula* villosa, globosa, pedunculata, axillaria: pars sub laciniis calycinis valde inflata in fornicem ventricosum, post florescentiam. *Foliola* ovata, serrata, glabra.

Inter Trif. sativum florens fine Decembr.

36. TRIFOLIUM UNIFOLIUM; *leguminibus racemoſis, nudis, monoſpermis; foliis ſimplicibus, cordato-ſubrotundis, repandis.*

DESCR. *Folia* alterna, pollicaria, glabra; petiolo breviſſimo; interdum ſemipoll. *Florum* capitula oblonga, violacea, ſemipoll. *Caules* ſuffruticoſi.

Taæs ad aquas. Arab. *Löbab el abíd.* لبب العبيد

37. TRIFOLIUM MELILOTHUS; *leguminibus racemoſis, nudis, monoſpermis, rugoſis, ſetigeris.*

Caulis diffuſus. *Foliola* cuneiformia, apice ſerrata. *Flores* flavi.

Arab. *Gurt.* Frequens circa *Káhiram.* Arab. in Yemen *Rijam.* ريام

LOTUS.

38. LOTUS ROSEA; *caulibus proſtratis; pedunculis 4-floris, foliis quinatis.*

DESCR. *Caules* ſublignoſi, proſtrati, ſeſquipedales, villoſi, ramoſi. *Folia* quinata, alterna. *Foliola* oblonga, acuminata, villoſa, pollic. Folia pinnata, bijuga cum impari. *Pedunculi* ſolitarii, axillares, erecti, ſeſquipoll. floribus, 1-4, umbellatis; bractea ad umbellam unica, ovali, acuta. *Calyx* dentibus 5. *Corolla* violaceo-rubra. *Alæ* conniventes. *Carina* apice fuſca, ſubulata. *Legumen* pollicare, teres, mucronatum, dorſo & ventre canaliculatum, intus iſthmoſum.

In inſula *Djeſíret ed dáhab* prope *Maſr el atîk* (*Káhiram veterem*,) in ſolo arenoſo copioſe: florens fine Januar. An *Lotus cretica*?

39. LOTUS HIRSUTA; *leguminibus ſubquaternis, capitulatis; foliolis ternatis, ovali-acutis, utrinque villoſis.*

DESCR. *Caules* decumbentes. *Cirrhi* nulli; adeoque a *Lathyro* differt. *Flores* flavi. *Stipulæ* binæ, parvæ, lanceolatæ. Stigma glabrum.

Hadîe.

TRIGONELLA.

40. TRIGONELLA STELLATA; *leguminibus axillaribus, confertis, ſeſſilibus, rigidis, arcuatis, in ſtellam extenſis.*

DESCR. *Caules* pedales, proſtrati. *Stipulæ* binæ, lunatæ, baſi bidentatæ. *Folia* petiolo ſeſquipoll. foliolis ternatis, retuſis, ſubrotundo-cuneatis, apice dentatis, baſi integris. *Legumina* ſemipoll. in capitulum ſtelliforme congeſta, rigida, ſurſum arcuata, rugis obliquis: medio capituli eminet mucro rigidus loco pedicelli communis.

In deſertis arenoſis circa *Káhiram.* Suaveolens ut Meliloth.

41. TRI-

41. TRIGONELLA HAMOSA; *siliquis falcatis, lævibus; foliolis subrotundis, dentatis, basi integris.*

DESCR. *Pedunculus* racemoso-capitatus, communis, filo, non spina terminatus, petiolo brevior; in defloratis longior. *Foliola* subrotunda, carnosa, denticulata, unguem longa, basi integra. *Alæ* patentes, longitudine vexilli, cui carina æqualis est. *Legumina* falcato-cochleata, subcompressa, rugosa

Arab. *Daragrag.* دركرك

MEDICAGO.

42. MEDICAGO POLYMORPHA; *foliis obovatis, emarginatis, brevissimis, apice cuneatis, basi integris, undique profunde serratis, utrinque villosis.*

Legumen anfractibus cylindricis, utroque margine spinosis, connatis; vel spiralibus echinatis: tertium spirale revolutionum paulo distantium, utraque superficie planum; margine vero duplici serie spinosum, spinis divergentibus.

In *Ægypto* vulgaris. Arab. *Nefil.* In pratis humidis.

M. polymorphæ varietates, quas natura constantibus & exstantibus notis distinxit, quo minus & Botanici distinguere possint, nil obstat, usque dum experientia duce innotuit, an ex eodem semine prodeant varietates, vel ex diverso semine veræ species. De nominibus enim solis non longa movenda quæstio, neque ultimæ sectiones Naturæ rimandæ erunt: sive species, sive varietates appellentur, modo eviteur confusio. Medicago nomine triviali *polymorphæ* satis indigitat obscuritatem characteris specif.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

CITRUS.

A.) AURANTIUM.

43. NARENDJ HÆLU نارنج حلو *foliis integris, alis parvis, separatis cuneiformibus; petiolo utrinque duplo triplo-ve latioribus.*
In foliis majoribus obcordata ala semper libera.
β) Narendj malech; foliis similis præcedenti.

44. NARENDJ BORTUGHAL نارنج برتوغال *foliis integris, subdenticulatis; ala utrinque latitudine petioli.*

B.) MEDICA.

45. LIMUN MALECH لمون مالح *foliis duplicato-serrulatis; alis petiolo latioribus.*

46. LIMUN HÆLU لمون حلو *foliis serratis; alis vix ullis; subtus punctatis, subviscidis.*

47. IDALIA HÆLU لمون ايضاليا حلو *foliis serratis, alatis; alis utrinque latitudine petioli*

48. IDALIA MALECH; *foliis alatis, subserratis; alis utrinque latitudine petioli; in veteribus multo angustiore petiolo.*

49. LIMUN SJÆIRI; *foliis serratis; alis minutissimis.*
Inoculatam vidi; tamen aculeis gaudentem.

50. KABBAD كباد *foliis subserratis, vix alatis, nisi in junioribus.*
Fructus obovatus, tuberculosus.

51. NÆFFASCH; *foliis serratis; ala lævi; fructu acido.*

52. TURUNDJ BÆLEDI ترنج vel طرنج *foliis elliptico-oblongis, serratis, obtusiusculis; nonnisi rudimentis alatis.*

53. TURUNDJ M'SABBA; *foliis ut præcedentis, sed brevioribus; fructu gratiore.*

OBS. Tot Species vel potius Varietates recensere volui, ne hortulanos offenderem. In hortis *Kâbirmic* præsertim nutriuntur. *Rosetta* vidi hortum Citris gratissimum, sed terram sub quavis arbore nudam & gramine destitutam; sine dubio vapores graves sunt plantis & corrosivi.

Citri Narendj (Pomerants) fructus adhuc immaturus & nuce non major, in duas partes dissecatur, quæ filo suspensæ siccantur; oleo deinde injectæ, 40 diebus calori solis exponuntur; hinc *Cosmeticum* oritur fœminis acceptissimum, quo crines albos vel jam incanos nigro tingunt colore; & nisi rugæ faciei negant, senectutis signa aliquantulum procrastinant.

CLASSIS XIX.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

SCORZONERA.

54 SCORZONERA TINGITANA.

DESCR. *Radix* annua, fusiformis. *Caules* breviſſimi, ſemipoll. diffusi, foliorum baſi tecti. *Folia* bipoll. amplexicaulia, confertiſſima, lanceolata, extrorſum dentato-ſinuata: laciniæ denticulatæ, ciliatæ. *Pedunculi* terminales, axillares, patentes. Axillares nudi, terminales, ſquama ſub flore unica lineari-lanceolata, margine membranacea. *Calyx* baſi gibbus. Squamæ inferiores laxæ, apice reflexæ. *Corollæ* flavæ. *Semina* 4-angula, 4-ſulcata, verſus baſin latiora, tuberculata: rarum viſu in Sygeneſia.

In deſertis arenoſis *Kâhiriuis*. Arab. *Nuggd.* نكد Nulla pecora planta hac veſcuntur, ne Cameli quidem, ſoli Aſini non aſpernantur.

55. SCORZONERA CILIATA; *caule procumbente, ramoſo, ſcabro; pedunculis ſquamoſis; foliis retrorſum, alternatim obtuſe ſinuato-dentatis, glabris, margine aculeis ciliatis.*

DESCR. *Radix* fibroſa, fusiformis. *Calyx* erectus: laciniæ intimæ multo longiores, lanceolatæ; reliquæ ovatæ; omnes virides, margine albo, tenuiſſimo.

Alexandriæ. Arab. *Schadæid.* Aliis *Hauve.* ﻫﻮﻩ

PICRIS.

56. PICRIS SCABRA.

DESCR. *Caulis* ſquamis 3 remotis, linearibus, erectis; *Flore* ſæpe unico, terminali. *Folia* repando-undulata, ſetis hiſpida, ut & ſcapus & calyx. *Semina* transverſim ſtriata. *Pappus* pedunculatus, plumoſus.

In monte *Châdra.* Arab. *Murreir.*

LACTUCA.

57. LACTUCA FLAVA; *floribus ligulatis, flavis.*

DESCR. *Caules* dichotomo-ramoſi; ſquama ſub ſingulo ramo. *Folia* radicalia lyrato-ſinuata; margine ſpinulis confertis mucronulata, caulina pauca, ſinuata, amplexicaulia. *Calyx* calyculato-imbricatus, calyculo latere membranaceo. *Semina* ſcabra. *Pappus* ſtipitatus. *Receptaculum* nudum.

Surdûd. Arab. *Hindibe.* ﻫﻨﺪﺑﻪ

58. LACTUCA

58. LACTUCA INERMIS; *foliis lineari lanceolatis, ſeſſilibus, retrorſum dentatis, inermibus.*

DESCR. *Bracteæ* haſtato-lanceolatæ, integræ. *Caules* breves. *Flores* paniculati, albido-cærulei. *Pedunculi* ſquamati; ſquamis haſtatis, ſeſſilibus. *Foliorum* radicalium carina villoſa, inermis.

Kurmæ. Arab. *Kat er ræjan*. Edulis cruda.

PRENANTHES.

59. PRENANTHES SPINOSA; *caule fruticoſo, dichotomo, ſpinoſo.*

DESCR. *Frutex* bicubitalis, diffuſus, dichotomus, teres, ſpinis pollicaribus, lateralibus, ſubulatis, viridibus. *Folia* ſeſſilia, ſeſquipoll ſparſa, linearia, glabra, baſi attenuata, interdum dentibus lobisque lateralibus. *Pedunculi* ramuli filiformes, laterales vel ex dichotomia, ſquamulis imbricati, interdum conferti, interdum ſolitarii, ſemper uniflori *Calyx* ½ pollicaris, calyculo imbricato, laciniis ſupremis apice membranaceis. *Floſculi* flavi, ligulati, duodeni. *Semina* alba, linearia, ſtriata. *Pappus* ſeſſilis. Tota planta lacteſcens, fœtens.

Ad *Ghobeïbe* 6 milliar. a *Sués*; frequens in arena littorea. Arab. *Kebbád*.

LEONTODON.

60. LEONTODON MUCRONATUM; *laciniis calycinis inferioribus recurvis; pedunculis ſquamoſis; foliis pinnatifidis, dentatis, undatis, dentibus mucronatis.*

DESCR. *Radix* annua, fuſiformis. *Caulis* ſpithamalis, ramoſo-dichotomus, erecto-divaricatus, angulatus, glaber, viridis, farina cærulea detergibili. *Folia radicalia* tripoll. usque ad baſin pinnatifida, laciniis extrorſum majoribus, patentibus, undato-dentatis, interjectis aliis minoribus, alternatim: ſinguli denticuli terminati mucrone albido. *Folia caul.* minora, amplexicaulia, ſingula ad exitum ramorum vel ad dichot. *Pedunculi* terminales, conjugati, ſeſquipoll. ſquamoſi, uniflori. *ſquamis* ſæpe 3 cordatis, acutis, amplexicaulibus. *Calyx* laciniis acutis, infimis ovatis; reliquis lanceolatis: ordinum 3 inferiorum erectæ, apice recurvæ, ſuperiorum corollæ appreſſæ: omnes margine attenuatæ, albidæ. *Corollulæ* calyce ſeſquilongiores, apice emarginatæ, 5-dentatæ, ſupra flavæ, ſubtus extimæ albæ, lineis duabus nigris, interiores utrinque flavæ.

In deſertis *Káhirinis*.

61. LEONTODON

61. LEONTODON ASPERUM ; *foliis dentato-pinnatifidis; ſcabris, ſetis utrinque hiſpidis.*

Caules ſquamoſi, ſubnudi. *Calyces* hiſpidi, ſquarroſi. *Semina* lævia. *Pappus* ſimplex, longe-plumoſus.
Alexandriæ.

CREPIS.

62. CREPIS RADICATA ; *foliis ſinuatis, dentatis, ciliatis, radicalibus; caulibus proſtratis, multifloris.*

DESCR. *Caules* ſemiſpith. proſtrati, angulati, hiſpidi, ramoſi; bractea ad ramorum exitum haſtato-lanceolata, hiſpida. *Folia* ſeſſilia, tripollicaria, extrorſum latiora, ſinuata, dentibus acutis, pilis hiſpida, ciliata. *Calyx* ſetis nigris. *Flores* flavi.

Circa *Pyramides*. Arab. *Sræghа*, aliis *Haudán*. حودان

LAPSANA.

63 LAPSANA TARAXACOIDES; *ſcapis unifloris, decumbentibus; foliis pinnatis; pinnis angulato-mucronatis, retrorſum imbricatis.*

DESCR. *Recept.* nudum. *Pappus* ſimplex, ſeſſilis. *Calyx* imbricatim calyculatus, laciniis longioribus, extrorſum carinatis, interne canaliculatis. *Semina* utrinque alata.
Alexandriæ. Vernalis. Folia *Taraxaci.*

SCOLYMUS.

64. SCOLYMUS HISPANICUS.

DESCR. *Flores* flavi. *Calyx* imbricatus, margine membranaceus, acutus, non ſpinoſus. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* nullus. *Bracteæ* ſubquinæ, foliiformes, ambientes calycem. Flores extremi inſerti laciniis intimis calycis. *Folia* ſinuato-pinnatifida, ſpinoſa, margine venisque albis, decurrentia alis latis, ſinuatis, ſpinoſis; unde totus caulis quaſi alatus. Folia radicalia longiora, conferta, baſi attenuata. Tota planta lacteſcens.

Káhiræ. Arab. *Lœhlech.*

CACALIA.

65. CACALIA PENDULA; *caulibus deſcendentibus, aphyllis; pedunculis terminalibus erectis.*

DESCR. *Caules* bicubitales, ramoſi, verſus apicem ſub-trifidi, carnoſi; imbricati *ſquamis* ſubulatis, rigidis, ſiccis, cauli parallelis, plurium ordi-

num ſpiralium. Sub ſingula ſquama ſemicylinder elatus, albo-punctatus, lineis 3 vel 5 viridibus, convergentibus. His carinis convexis toti caules teguntur. *Pedunculi* terminales, ſolitarii, uniflori, erecti, ex caule pendulo, ſpithamales, ſquamati, ſquamis filiformibus, erectis. *Calyx* æqualis, cylindricus, dentibus & ſulcis 8-13. *Floſculi* rubentes, tubuloſi, hermaphr. *Receptaculum* nudum. *Semina* villoſa. *Folia* nulla.

Yemen in montibus ex prærupto dependens, deorſum creſcens. Arab. *Kaad.* قضّ E caule ſuper carbones ignitos calefacto ſuccus exprimitur, contra aurium dolores commendatus.

66. CACALIA ODORA; *foliis lanceolatis; caule lineis albis ſtriato.*

DESCR. *Caules* diffuſo-erecti, cubitales, ramoſi, apice folioſi: cicatricibus foliorum delapſorum albis, protuberantibus; ab hac cicatrice ſurſum & deorſum *Lineæ* tres nitidæ, elevatæ decurrunt. *Folia* in apice ramorum juniorum ſparſa, lanceolata, craſſa, ſeſſilia, glabra. *Pedunculi* umbellati, terminales, 5-7. ſubulati, glabri, erecti, apice ſquamis 2 linearibus. *Involucrum*: ſquamæ aliquot parvæ, lanceolatæ, ex rudimentis foliorum. *Calyx* cylindricus, erectus, 5-dentatus, 5-ſulcatus, glaber. *Flores* omnes hermaphr. 9 vel 13. *Corolla* calyce ſeſquilongior, baſi filiformis, apice latiore, 5-dentato. *Filamenta* 5 filiformia. *Antheræ* connatæ, flavæ, ultra corollam prominulæ. *Germen* inferum, ſubtriquetrum, villoſum. *Stylus* filiformis, albus. *Stigma* duplex, flavum, divergens, filiforme, apice craſſum. *Pericarpium*, calyx ſemina includens. *Semen* teres, villoſum, medio craſſum, ſtriatum. *Pappus* ſeſſilis, multiſetus. *Receptaculum* nudum, planum.

Yemen in montibus frequens. Arab. *Edcher.* الخبير Caules ſiccati inſerviunt ſuffumigio odore grato, præſertim variolis laborantibus.

67. CACALIA SEMPERVIVA; *foliis carnoſis, ſeſſilibus, lanceolatis, confertis.*

DESCR. *Caulis* vix pedalis, baſi conferte foliatus; dein ſæpius diviſus in duos pedunculos unifloros, erectos, glabros, albo-punctatos, nudos, apice craſſiores, & ſquamis aliquot linearibus ſparſis. *Folia* in ima parte caulis carnoſa, ſeſquiſpith. lanceolata, ſeſſilia, erecta, glabra, nitida, plana, ſubtus carina longitudinali elata. *Calyx* 13-dentatus, 13-ſulcatus, violaſcens. *Floſculi* numeroſi, 60; in calyce communi, rubri. *Semen* & *Pappus* valde piloſi.

Inter *Boka* & *Kurma* in montibus. Arab. *Tyflok.*

Terræ extracta nonniſi longa mora ſiccatur.

CHRY-

CHRYSOCOMA.

68. CHRYSOCOMA MUCRONATA; *foliis teretibus, mucronatis.*

DESCR. *Calyx* cylindricus, imbricatus. *Receptaculum* nudum. *Flores* flavi, hermaphr. *Semina* hiſpida; pappo ſimpliei. *Caulis* diffuſus, teres, ſeſquipedalis, fruticoſus. *Rami* alterni. *Pedunculi* foliolis teretibus ſquamati. Sæpe *pinnæ* laterales mucronatæ. Flores ſolitarii ramorum terminales.

Káhiræ. Arab. *Daſri.* صغري

69. CHRYSOCOMA OVATA; *foliis ovatis, repandis, hiſpidis.*

Herbacea. *Flores* corymboſi; floſculi circiter 15; omnes hermaphr. 5-fidi, violacei. *Piſtilla* brevia.

Surdúd; in humidis.

70. CHRYSOCOMA SPATULATA; *foliis oblongis, dentatis, ſubtomentoſis, ſeſſilibus; floribus terminalibus.*

DESCR. *Frutex* diffuſiſſimus, ſubpedalis, conferte ramoſus. *Folia* unguem longa; ſæpe dente ad baſin utrinque uno, interdum dupliei; hinc figura ſpatulata. *Flores* terminales, digiti transverſi longitudine; floſculi violacei. *Calyx* ſquamoſo-imbricatus. *Receptaculum* nudum. *Pappus* piloſus.

Prope *Taæs.*

SANTOLINA.

71. SANTOLINA FRAGRANTISSIMA; *corymbis faſtigiatis; caule fruticoſo, diffuſo, tomentoſo; foliis ovatis, ſerratis, ſeſſilibus.*

DESCR. Fruticulus pedalis, diffuſus. *Folia* breviſſima, propinqua, quadrifariam imbricantia. *Calyces* ovati, tomentoſi, imbricati, albidi. *Flores* flavi. *Pedunculi* corymboſi: pedicellis, partim unifloris, partim trifloris. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* nullus. *Floſculi* 20, tubuloſi, hermaphroditi. Facies *Achilleæ agerat.*

In deſertis arenoſis ad *Káhiram* & *Sués.* Arab. *Keiſúm gébeli.* Drogiſtis (*Fahamún*) in uſu eſt, ob odorem fortem & fragrantem reſolvens medicamentum. Succus oculis dolentibus inungitur.

72. SANTOLINA TERRESTRIS; *caulibus proſtratis; pedunculis unifloris; foliis bipinnatis, linearibus, craſſiuſculis.*

Flores in ipſa terræ ſuperficie; interdum planta ipſa plus media parte ſub terra.

In locis inundatis *Matareæ.*

TANACETUM.

73. TANACETUM HUMILE.

DESCR. *Caulis* decumbens, villoſus. *Folia* villoſa, pinnata, laciniis laceris, acutis. *Rami* axillares. *Pedunculi* oppoſiti decurrentes ad alteram alam, pollicares, villoſi, uniflori. *Capitulum* flavum, magnitudine piſi, faſtigiatum, ſeu truncatum. *Calyx* hemiſphæricus, p lyphyllus, æqualis, imbricatus. *Floſculi* fœminei radii multorum ordinum. *Corolla* viridis, trifida. Corollulæ hermph. flavæ. 5-fidæ.

Circa *Káhiram* in marginibus agrorum florens fine Decemb.

CONYZA.

74. CONYZA ODORA?

DESCR. *Flores* pallide-violacei; radii trifidi, numeroſiores; hermaph. tantum 5, 6 vel 7 in diſco. *Folia* oblonga, dentata. *Corymbi* corollæ cylindrici; adeoque charakt. *Con. odoræ* non convenit, licet figura *Plumierii* non obſtet.

Ob odorem ſuavem culta in hortis *Ægypti*; unde ſe propagavit per littora Nili. Arab. *Barnûf*. برنوف

75. CONYZA TOMENTOSA; *foliis haſtato-lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis, confertis, ſubtus tomentoſis.*

Caules tomentoſi, procumbentes. *Folia* ſemipoll. margine revoluta. Squamæ *calycinæ* obtuſæ. *Flos* albus.

Alexandriæ; & *Hadie*. Arab. *Tom erneb* vel *Mottaj*. معطي

ERIGERON.

76. ERIGERON SERRATUM; *caule ramoſo, erecto-diffuſo, cubitali; foliis cuneiformi-lanceolatis, ſerrato-dentatis, ſeſſilibus, villoſis.*

Flores ſubgloboſi. *Calyx* ſquarroſus. Floris diſcus luteus. *Pedunculi* terminales 3 vel 4; uniflori. *Petiola* alata, amplexicaulia.

Prope *Maſr el atik* (*Káhiram veterem*,) florens fine Januar.

SENECIO.

77. SENECIO LYRATUS; *corollis radiantibus; panicula corymboſa, terminali; foliis lanceolatis, lyratis, amplexicaulibus, denticulatis.*

DESCR. *Caules* cubitales, ramoſi, diffuſi, ſulcati, villoſi. *Folia* bipollicaria, digitum lata, ſeſſilia, lyrata, denticulata: lobus terminalis, baſi transverſus,

verſus, apice acutus. *Pinnulæ* ad baſin folii, alternæ, oppoſitæ, integræ, dentatæ; utrinque 2-4: par infimum reniforme, dentatum, amplexicaule. *Pedunculi* panicula corymboſa, terminalis, ſquamoſa. *Pedicellorum* ſquamæ ſparſæ, filiformes, apice calyculum mentientes. *Calyx* communis; baſi craſſus, nitidus, dein cylindricus, opacus, ſulcatus, æqualis, apice non ſphacelatus, terminatus dente in ſulcos. *Floſculi* diſci ligulati, patentes, octoni.

In montibus *Hadienſibus*. Arab. *Mekátkat*. Aliis *Hörimrim*. حرمرم

78. SENECIO SUCCULENTUS; *foliis ſuccolentis, cuneiformibus, ſeſſilibus; caule procumbente.*

DESCR. *Caulis* fruticoſus, procumbens, ſtriatus, puniceus. *Rami* alterni, breves. *Folia* cuneiformia, ſuccolenta, plana, conferta, integra. *Pedunculi* ramorum terminales, ſquamati, uniflori. *Calyx* cylindricus, imbricatus, ſquamis lanceolatis, bruneis, margine albidis. *Antheræ* baſi biſetæ? quare ad *Inulam* accedit; calyceque non ſquarroſo. *Pappus* piloſus.

Alexandriæ ad Catacombas in arena littorea copioſe. *Roſettæ* in loco humido inventus: *foliis integris, apice tridentatis.*

S. halimifol. eſſe nequit, foliis non ſerratis, nec pedunc. corymb. (cfr. Hort. Cliff.)

79. SENECIO HADIENSIS; *foliis lanceolato-ovatis, craſſis, glabris, denticulatis, panicula corymboſa.*

DESCR. Frutex diffuſus, tricubitalis. *Caules* erecti, debiles. *Folia* alterna, lanceolato-ovata, tripollicaria, quædam denticulata, quædam ſerrata, quædam integra; craſſa, glabra. *Pedunculi* ex axillis ſupremis, terminales, omnes corymbum facientes: parte ſimplici nudi, apice corymbuloſi. *Pedicelli* ſemipollicares, filiformes, uniflori, ſquamati, ſquamis brevibus, filiformibus, ſupra confertis, calyculum mentientibus. *Calyx* communis, ſimplex, callo carnoſo, nitido, octodentato ad baſin: calyx ſupra cylindricus, 8-ſulcatus, apice 8-dentatus. *Receptaculum* nudum. *Floſculi* flavi: radii 5, ligulati, fœminei, fertiles: lingula oblonga, patenti, reflexa, emarginata: diſci 14, quinquedentati, hermaph. fertiles. *Semina* lincaria, piloſa. *Pappus* ſeſſilis.

Temen in montibus. Arab. *Salà abjad* سلع ابيض vel *Sælà el bákar*.

OBS. Senecionis genus adhuc determinatum ſufficienter non eſt. Vidi plures ſpecies huic ſimiles: Calyce æquali, apice non ſemper ſphacelato, baſi incraſſata, calyculata, ſquamulis filiformibus; radio 5-floro.

80. SENECIO LINIFOLIUS ; *calyce baſi incraſſato, ſubcalyculato ; radio 8-floro ; ſquamis calycinis, apice vix ſphacelatis.* *Hadíe.*

81. SENECIO SQUALIDUS.

DESCR. *Radius* patens in defloratis, revolutus. *Folia* pinnatifida. *Calyx* calyculatus; omnibus ſquamis & laciniis apice ſphacelatis. *Caulis* digitum longus. Aliis in locis vidi plantam pedali magnitudine.

Káhiræ, in deſertis frequentiſſimus. Arab. *Korræjr.*

ASTER.

82. ASTER CRISPUS ; *radio diſco breviore ; caule tomentoſo ; foliis linearibus, ſerrato-criſpis.*

DESCR. *Caulis* cubitalis, diffuſus, procumbens, plurimus, ramoſus, tomentoſus, albus, teres. *Folia* alterna, vix pollicaria, linearia, tomentoſa, ſerrato-ſinuato-divaricantia. *Pedunculi* ramorum terminales, uniflori, ſquamis lanceolato-filiformibus, glabris, viridibus. *Flos* compoſitus, flavus. *Calycis* foliola apice filiformia, divaricata. *Radius* diſco brevior. *Receptaculum* nudum. *Pappus* ſeſſilis, piloſus. Facies *Aſteris* non eſt.

Circa *Káhiram* ad *Pyramides Giſenſes*, alibique, e murorum rimis excreſcens.

83. ASTER ERICÆ-FOLIUS ; *calyce cylindrico, imbricato, ſquamis membranaceis ; floribus albis, radiatis ; receptaculo nudo, pappoſo.*

Kurmæ. Arab. *Anſif.* عنصيف

INULA.

84. INULA ODORA ; *foliis caulinis margine undulatis, linearibus, amplexicaulibus, tomentoſis ; flore flavo.*

Ubique per *Yemen* culta ob odorem gratiſſimum ; ſertis floreis cingens capita feſtivis diebus. Folia cruda edulia. Uſus medicus contra Hæmorrhoides ; ſi herbæ recentis coctæ vapor excipitur ab ægro ſedente in ſella perforata.

Arab. *Munis* ; vel *Neſchnſch* نشوش vel *Chá.* خع

85. INULA DYSENTERICA.

Antheræ & filamenta baſi ſetoſa. *Calyx* ſquarroſus. *Pedunculi* nudi. *Squama* ſub floribus unica.

Káhiræ. Arab. *Rara Ejub* رعراع ايوب id eſt: *lacrymæ Jobi* ; Job enim afflictus ulceribus hac herba corpus unxit, & protinus ſanus factus; tanto compendio Etymologia in ſalvo erit.

ARNICA.

ARNICA.

86. ARNICA HIRSUTA; *foliis oblongis, hirſutis, ſubtus tomentoſis; ſcapo nudo, unifloro*

DESCR. *Folia* ſpithamalia, petiolo breviora; ante evolutionem hirſutiſſima. *Scapus* cubitalis, villoſus. *Flores* albi; radiis extrorſum violaſcentibus. *Recept.* nudum. *Pappus* piloſus. In floſculis radii unum vel duo tantum filamenta antheris deſtituuntur.

In monte *Baráh.*

BELLIS.

87 BELLIS *foliis lanceolato - ciliatis, petiolo alato, lineari, foliis anguſtiore; floribus flavis.* *Taæs.*

SIEGESBECKIA.

88. SIEGESBECKIA ORIENTALIS.

Calyx, involucro 5-phyllo, patente; hiſpidus, glanduloſus, viſcidulus. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* nullus. *Hadíe.*

BUPHTALMUM.

89. BUPHTALMUM RAMOSUM; *foliis oppoſitis, ſeſſilibus, lanceolatis, ſerrulatis, remotis; caule hiſpido, ramoſo; calycibus terminalibus ſolitariis, obtuſe foliоſis.* *Hadíe.*

90. BUPHTALMUM GRAVEOLENS; *foliis amplexicaul. alternis, lanceolatis ſinuato-dentatis; calycibus obtuſe foliоſis.*

DESCR. *Caulis* ramoſo-diffuſus, ſeſquipedalis, ima pars, ut & radix perennis. *Flores* flavi, pedicello brevi, ſtriato. *Stigma* omnium florum duplex. *Squamæ* receptaculi florum fere longitudine. *Pappus* membranaceus.

Káhiræ. Arab. *Rabd.* رُبْد

CENTAUREA.

91. CENTAUREA MUCRONATA; *calycibus inermibus; ſquamis ovatis, mucronatis; foliis lanceolatis; mucronate-ſerratis, ſeſſilibus.*

DESCR. *Caulis* pedalis, angulatus, baſi piloſus, glaber, ramis paucis. *Folia* ſeſſilia, integra, ſerraturis mucronatis; inferiora bipollicaria, baſi anguſtata, utrinque piloſa; ſuperiora pollicaria, linearia. *Capitula* ſolitaria, terminalia, ovata. *Calycis* ſquamæ, ovatæ, glabræ, virides, margine albidæ, apice fuſcæ, reflexæ, mucronatæ. *Corollæ* violaceæ, calyce duplo longiores *Radii* piſtillis nullis: ſtaminum loco ſetæ ſine antheris: *diſci* hermaph. ſtigmatibus violaceis, bidentatis.

Alexandriæ.

92. CEN-

92. CENTAUREA MAXIMA; *calycibus inermibus; ſquamis mucronatis; foliis lanceolatis, tomentoſis.*

DESCR. *Caules* fruticoſi, tricubitales, ramoſi, tomentoſi. *Folia* alterna. *Petiolus* ſemipoll. teres, tomentoſus. *Lamina* ſpith. 2 poll lata, lanceolata, denticulata, utrinque tomentoſa. *Pedunculi* terminales, uniflori. Sub flore *bractea* lineari-lanceolata, pendula, inflexa. *Calyx* ovatus, villoſus, ſquamis fuſcis, mucronatis, lanceolatis. *Floſculi* violacei: radii & diſci 5-fidi. Inter plantas virentes in montibus, illa quaſi maculas albas magnas facit.

In montibus *Temen.* Arab. *Bógâd* aut *Bæjud* بيود vel *Bærnad* برود aliis *Mokar.* مكار

93. CENTAUREA CARDUUS; *floribus albis; calycibus foliis ſpinoſis circumſeptis.*

Folia dentato-ſpinoſa, amplexicaulia. *Caulis* decumbens, tomentoſo-lanatus. *Flores* nonnulli radiis ligulatis, caſtratis.

Alexandriæ. Arab. *Akeſch.*

94. CENTAUREA ACAULIS; *calycibus oblongis, palmato-ſpinoſis; ad radicem glomerato-ſeſſilibus; foliis pinnatis, inciſis.*

Alexandriæ vernalis. Arab. *Sorrat en naghi.*

95. CENTAUREA CALCITRAPA; *floribus pallide-violaceis; interdum albis vel flavis; radii vacui, quadrifidis; diſci hermaphr. 5-fidis.*

Spinæ calycinæ magnæ, baſi ciliatæ. *Folia* pinnata, ſerrata.

Alexandriæ copioſiſſime ad omnes vias & agrorum margines. Arab. *Schók*, i. e. *ſpina*: vel *Morrejr.* Folia & caules adhuc juniores edules crudi. In cephalalgia folia contuſa applicantur capiti.

❖ ❖ ❖

NOVA GENERA.

MICRELIUM.

96. MICRELIUM. *Polyg. ſuperfl. radiata. Recept. ſetaceum, paleaceum. Pappus nullus. Calyx 9-fidus: corolla longior.*

DESCR. *Caulis* diffuſus, hiſpidus, pedalis. *Folia* oppoſita, ſeſſilia, baſi connata, hiſpida, lanceolata, denticulata. *Pedunculi* geminati, axillares ex una axilla, terminales, uniflori, altero ſeſquilongiore, folio tamen breviore. *Calyx* 9-fidus, æqualis, corolla longior. *Receptaculum* ſetaceo-paleaceum. *Pappus* nullus. Flos facie *aſteris*; quamvis aliis notis diſcedit.

Roſettæ parcius ad foſſas agrorum & hortorum.

97. MICRE-

97. MICRELIUM TOLAK.

DESCR. *Caules* annui, procumbentes, teretes, ſcabri, ſetis appreſſis, viridibus, ramis oppoſitis. *Folia* oppoſita, petiolo breviſſimo, plano, amplexicaule, cum altero petiolo fere connato. *Lamina* ovali-oblonga, integra, obtuſa, ſemipollicari, ſcabra. *Flores* axillares, ſolitarii, pedicello brevi, villoſo. *Calyx* imbricatus, 6-phyllus, foliolis lanceolatis, erectis, ſcabris, 3 interioribus minoribus, perſiſtentibus. *Receptaculum* paleaceum, paleis ſetaceis. *Flores* albi: *radii* ligulati: apice bifidi: piſtillo bifido: *diſci*, hermaph. 4-fidi. *Semina* compreſſa; margine carinata, albida; corona apicis orbiculata, cava, dentata: *pappo* nullo.

Hadie. Arab. *Tolak.* طولق

KAHIRIA.

98. KAHIRIA. *Polygamia æqualis, diſcoidea. Calyx polyphyllus. Recept. nudum. Semina* 5-*angulata.*

DESCR. *Caulis* herbaceus, tripedalis, teres, villoſus; baſi tuberculoſus, ſubramoſus, viridis, intus ſine medulla. *Folia* alterna, 3-poll. petiolata, lanceolata, villoſa, venoſa, ſerrata leviter. *Pedunculi* axillares, terminales, villoſi, ſulcati, corymboſo-ramoſi, pollicares, diviſi in pedicellos breves. *Florum* capitula magnitudine piſi, hemiſphærica, ſubtus plana. *Calyx* communis, polyphyllus, foliis 15, lanceolatis, æqualibus, ſubimbricatis, membranaceis margine. *Floſculi* 30 in uno receptaculo, paleis nullis diſtincti, calyce nullo proprio: germine 5-gono, prismatico; carina prominente in ſingulo angulo. *Corolla* violacea, *tubo* anguſto, filiformi, brevi, inferto cavitati germinis: *limbo* tubuloſo, 5-partito, erecto, acuto. *Stamina* corolla breviora. *Stylus* violaceus, infra anguſtus. *Stigma* bifidum. *Pappus* nullus. *Semina* 5-angulata, apice cavo, rufeſcentia.

Ad ripam *Nili* in limo: florens initio Novembr.

CERUANA.

99. CERUANA. *Polygamia ſuperflua, diſcoidea. Calyx communis, æqualis. Receptaculum paleaceum.*

DESCR. Planta annua, diffuſa. *Caules* pedales, teretes, ſetoſi, ramoſi. *Folia* alterna, amplexicaulia, cuneato-dentata, obtuſa, hiſpida. *Calyx* communis, cylindricus, æqualis, laciniis lanceolatis, erectis, ſæpe alternis, adeo ut ſubimbricatus appareat. *Flores* tubuloſi, germinis apici impoſiti, ſquamis membranaceis, linearibus. *Primi* axillares, ſeſſiles, ſupra ramulum: *reliqui* ramorum & caulis terminales, pedicello hiſpido, bracteis 3 linearibus, integris. *Fœminei* in radio duplicis ordinis: corolla anguſta, filiformi, tridentata: *germine* ovato, compreſſo: *ſtylo* in-

cluſo corollæ tubo: *ſtigmate* bipartito: ſtaminibus nullis. *Maſculi* in diſco plurimi, corolla latiore, infundibuliformi, 5-dentato. *Filamenta* 5, capillaria, brevia, antheris longis, connatis. *Pericarpium* nullum. *Calyx* ematurus ſubgloboſus ſemina fovens. *Semina* cuneiformia, compreſſa, marginata, coronata dentieulis ſeta terminatis. *Pappus* nullus. *Receptaculum* commune, planum, paleaceum: paleis hyalinis, linearibus. *Kâhiræ* ſpontanea. Arab. *Karuan.*

POLYCEPHALOS.

100. POLYCEPHALOS. *Polygamia capitata. Calyx 4-phyllus, multiflorus.*

Descr. *Caulis* proſtrato-repens, ſubangulatus, viridis, herbaceus, farctus. *Rami* alterni, erecti, teretes, alati ex decurrentia foliorum. *Folia* alterna, lanceolata, 3-poll. dentato-ſerrata, punctis excavatis utrinque, venoſa, glabra, decurrentia ad alam ſequentem, formantia alas latas, dentatas. *Stipulæ* nullæ. *Flores* in capitulo terminali, ſub quo bracteæ 3 lanceolatæ, ciliatæ, decurrentes alis latis, calycem primum communem formantes. *Capitulum* violaceum, globoſum, diametro ½ poll. continens faſciculos florum innumeros, alio calyce communi diſtinctos. *Faſciculus* quivis florum, *bractea* ovato-acuta, ariſtata, viridi, margine hyalino, villoſo: *calyce* 4-phyllo, multifloro, viridi, margine villoſo: laciniis lateralibus acute convexis: intra calycem flores 9-18; plerique fœminei, pauci herm. *Flores fœminei* in uno faſciculo, ſeu intra unum calycem 7-15, calyce proprio nullo, corolla ſubulata, longa, apice anguſtata. *Stamina* nulla. *Germen* cylindricum, albidum. *Stylus* filiformis, corolla longior. *Stigma* bifidum, divergens. *Flores hermaph.* raro 3 in uno faſciculo. *Corolla* ventricoſo-tubuloſa, albida, apice violaceo, 5-dentato. *Filamenta* 5, alba. *Antheræ* connatæ, ſupra corollam ſurgentes. *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, albus. *Stigma* ſimplex, filiforme, curvatum, glanduloſum. *Pappus* nullus. *Receptaculum* ſquamatum bracteis faſciculorum florum.

Roſettæ in littore N i; florens initio Novembr. Arab. *Habaghâg.* Odor plantæ, (foliorum imprimis) Hyſſopum fragranter ſpirans.

Obs. Miræ indolis planta *Echinopi* affinis videtur, ſed facies capituli ut *Scabioſæ.* E longinquo apparet *Polygamiæ æqualis;* quia in omnibus faſciculis florum, in radio & diſco æqualiter ſunt hermaphr. fœmineis mixti. Capitulum conſidero velut ortum ex multis retractis pedunculis florum compoſitorum polygamiæ ſuperfluæ, & quisque faſciculus florum eſt velut flos peculiaris compoſitus bractea & calyce communi: flores fœmineos in radio, hermaph. in diſco geſtans. Quid? quod in radio plures ſint ſeries floſculorum fœmin. ideoque flores diſci herm. pauciores quam fœminei radii; quod in congeneribus contrario ſe habet modo

DE-

DESCRIPTIONES
PLANTARUM.

CENTURIA
SEXTA.

CLASSES XX. — XXIII.

GYNANDRIA. MONOECIA. DIOECIA. POLYGAMIA.

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

ORCHIS.

1. ORCHIS FLAVA ; *bulbis indiviſis , ovato-oblongis ; nectarii labio ſubrotundo , integro.*

DESCR. *Scapus* ſæpe cubitalis & ultra. *Flores* racemoſi , magni , flavi. *Bulbi* virides, tripollicares, ſupra terram ſæpe exſtantes. *Folia* glabra, cubitalia, lineari-lanceolata, triſulcata, baſi complicata.

In monte *Barah.* Arab. *Djiſsáb.* جرّاب Succum herbæ illitum vulneri ſpinæ impreſſæ; illam expellere poſſe , aſſeverant Arabes.

2. ORCHIS APHYLLA. Ad *Uahſát* & *Kurmâ.*

Racemus ſecundus. *Flores* campanulati , albi. *Nectarium* filiforme. *Folia* nulla.

3. ORCHIS VIRIDIS. Ad *Al'hárras.*

Scapus ramoſus. *Flores* virides. *Nectarii* cornu obtuſum , ecurvum , labio albido, intus papilloſo. *Folia* ſimilia plantæ *Salab.*

ARISTOLOCHIA.

4. ARISTOLOCHIA SEMPERVIRENS ; *foliis late-cordatis ; caule fruticuloſo, ſtriato.*

Lohajæ. Arab. *Ghaga.* غاغا *Muſæ* dicebatur *Löaja.* لوعا Laudantur folia contrita , velut optimum medicamen vulneribus tendinoſis. Sed contra *morſus ſerpentum* heroica ſunt folia recentia, ſi contrita vulneri imponuntur & ſimul manducantur, vel decoctum eorum in lacte bibitur. Guſtus ingratus & nauſeoſus eſt. Quisquis 40 dierum diæta hac uti velit planta, nunquam ille lethaliter læditur a ſerpentum ictu ; eo usque vires Ariſtolochiæ evehunt incolæ. (*)

ARUM.

(*) Auſtraliores orbis plagæ Venenis abundant ſumme lethiferis variaque ſub forma habitantibus , in venis Montium , Vegetabilium vel Animalium diverſorum. Simul tamen pancraticam præbent medicinam eædem regiones. Incolæ, funeſtis & continuis cladibus edocti tandem in panacea incidérunt, quas ſacro arcano ſibi & hæredibus reſervarunt. Quum vitam ſylveſtrem & ruralem ducebant, medicinam ſubinde deprehendebant animalium domeſticam; quam, fabulis narrantium invidioſe licet tectam , fabuloſam undique eſſe negavit uſus in homi-

nes

ARUM.

5. ARUM FLAVUM; *foliis pedatis; foliolis ovato-acutis, integris; ſpatha ſpadice longiore.*

DESCR. *Spadix* herbaceus, pedalis, acaulis; ad dimidium tectus foliorum vaginis. *Folia* ſæpe 2 vel 3. *Foliola* ovato-acuta, glabra, integra; verſus medium majora, intermixtis foliolis minoribus; foliola maxima bipollicaria. *Spatha* bipollicaris, flava, late-lanceolata, glabra. *Spadix* flavicans, vix pollicaris.

Ad *Taxs.* Arab. *Dochaf.* دخف

6. ARUM PENTAPHYLLUM. *Hadie.* Arab. *Dochaf.*

Folia ſæpe 6 vel 7-na; ac velut umbellata in apice petioli ſcapum æquantis. *Caulis* viridis.

ZOSTERA.

7. ZOSTERA UNINERVIS.

DESCR. *Folia* breviſſima, ſpitham. integra, plana, nervo medio obſcuro, baſi vaginantia. *Caulis* compreſſus, articulatus, flavus, geniculis latioribus.

8. ZOSTERA CILIATA; *ſtipite viridi, vaginis imbricato; foliis diſtichis, apice retuſis, ciliatis margine & ejus baſi amplexantibus folia ſuperiora.*

---

nes transſatus. (*Lignum Quaſſi* in officinas noſtras receptum, primam debet notitiam mancipio *Quaſſi*.) Eadem, ſine dubio, occaſione, dum alexipharmaca inveniebantur, prodiit etiam artificium *Serpentes domandi*; quod præſtigiatorium vocat vulgus, quodque in hunc usque diem ultra famam & ludum non patefecimus. Egregius Viator KÆMPFER aſpexit, nequaquam introſpexit hæc faſcina. Incertum adhuc eſt, an Planta, quæ venena vincit, ſimul antipathiæ vel horroris vi aget in ſerpentes. Horticultura & Oeconomia pabularis dudum nos inſtruxit, Animalia mirifice averſari vel appetere certa vegetabilia.

Symbolum his myſteriis aliquando illuſtrandis affert exemplum in Inſula *Bombay*, dum ibi commorabar, ab Anglo cive narratum. Animal quoddam (e quadrupedum claſſe) aluit, quod in aula vel triclinio ſerpentes admiſſas aggredi nullo modo voluit; ſed in horto aut campo aperto ocyus pugnam iniit ipſa cum Cobra Capella; eam, ut mihi videtur, ob cauſſam, quod medicinam paratam haberet in ſylva vicina.

Caſum prorſus ſimilem nuper mihi tradidit Amicus ex *America* redux. Verna, nomine CATO duellum inter Cobram aliamque ſerpentem vidit. Hæc vulnerata protinus herbam quandam adiit & guſtavit. Cato illam notabat, plurimisque tentaminibus inſtitutis, fidele pharmacum antitoxicum probavit. Nomen plantæ botanicum neſcit Amicus, ſed triviali denominatione vocatur *Coronis herba Cobrina.* Quædam ad hanc rem ſpectantia vide in Deſcript. Arab. p. 134. (*Editor.*)

Descr. *Stipes* interdum pedalis, compreſſus, verſus folia latior, viridis, imbricatus vaginis breviſſimis. *Folia* diſticha, digitum lata, ſpith. valde ciliata, inferiora magis; apice obtuſa, emarginata: baſeos vagina flavicante, cuneata, pollicari, margine amplexante ſolium ſuperius: vaginæ columnam faciunt compreſſam, caule multo latiorem.

Arab. *Koſchar.*

9. ZOSTERA stipulacea; *ſtipulis oppoſitis, oblongis, complicatis; foliis geminatis, oblongo-lanceolatis, petiolatis.*

Descr. Planta compreſſa, ita ut omnes partes in uno plano. *Caulis* cylindricus, articulatus, articulis ſtipula brevioribus, viridis, vix ſpithamalis. *Stipulæ* ad genicula oppoſitæ, complicatæ, ſemipoll. oblongæ, obtuſæ, hyalinæ: unius lateris ſoliiferæ. *Folia* e ſingulis axillis ſtipularum velut e ſpatha prodeuntia, gemina: *petiolo* lineari, viridi, hyalino, in ſtipula deliteſcente. *Lamina* tenuis, 2 poll. utroque extremo attenuata, ciliata, venis ſimplicibus, obliquis, hyalinis.

Omnes hæ Zoſteræ ad littora *Mochhæ*, gramina referentes ſubmarina.

❖ ❖ ❖

NOVUM GENUS.

MOSCHARIA.

10. MOSCHARIA. *Tetrandria, monogynia. Calyx 5-dentatus. Corolla nulla.*

Descr. *Radix* perennis. *Caules* plures, annui, erecto-diffuſi, tetragoni, ſpithamales. *Folia* brachiatim oppoſita, ſeſſilia, bipoll. linearia, apice dentata, obtuſa, villoſa. *Flores* ab imo caule in quavis ala ſolitarii, ſeſſiles: magnitudine piſi minoris. *Calyx* globoſus, villoſus, apice 5-dentatus, clauſus, perſiſtens. *Corollæ* loco membrana hyalina, velut ſaccus fructificationem totam veſtiens; illa ferro aperienda, ſi aditus pateat diſquiſitioni botanicæ. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 4: ſtigmatis apici circumpoſitæ atque connatæ, didymæ. *Germina* 4, obovata. *Stylus* filiformis. *Stigma* ſimplex. *Pericarpium* nullum. *Semina* 4, lævia, nuda.

In deſertis circa *Alexandriam*, florens medio April. Odorem *Moſchi* ſpirat fortiſſimum.

CLASSIS XXI.

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

PHYLLANTHUS.

11. PHYLLANTHUS MADERASPATENS. *Hadíe.*

Calyx fœm. ſexdentatus, obtuſus. *Maſculi* petala 5 parva: ſtamina 3: calyx 5-dentatus.

12. PHYLLANTHUS OVALIFOLIUS; *caule arboreo; foliolis ovalibus, obtuſis, integerrimis.*

Folia alternatim pinnata, florifera. Foliolorum ſtipulæ, ſquamulæ 2 lanceolatæ, divergentes, cauli appreſſæ.

Hadíe. Arab. *Hömæmer.* حميمر

13. PHYLLANTHUS HAMRUR; *ſtipulis 2 lanceolatis; foliis alternis, ſimpliciter pinnatis; foliolis obovato oblongis, alternis.*

Foliola 14-23 numero; fere ſemipollicaria. Frutex inermis.

Meilhán. Arab. *Hamrúr.* حمرور

14. PHYLLANTHUS NIRURI.

Corolla 5-petala; calyce multo minor. *Petala* plana, orbiculata. *Stamina* 5, raro 6. *Calyx* maſc. & fœm. 5-fidus.

Hadíe. Arab. *Mekatkata*, vel *Meneekete.*

BUXUS.

15. BUXUS DIOICA. In monte *Barah.* Arab. *Katam.* قتم

DESCR. *Flores* prope ramos in alis capitulati, ſubſeſſiles. *Antheræ* 4 rubræ, magnæ, prominentes. *Calyx* & corolla maſculi 4-fida: piſtilla nulla. Alii frutices *Baccas* producunt ſubſeſſiles inter folia, fuſco-violaceas, parvi piſi magnitudine, duras. *Capſulæ* monoſp. duræ. Baccæ non edules.

URTICA.

16. URTICA PALMATA; *foliis alternis, ſerratis, ovatis, palmatis; ſpicis fœmineis rigidis, ſecundis, pinnato-ramoſis.*

DESR. *Caulis* annuus, cubitalis, ſulcatus, hiſpidus, vix ramoſus. *Folia* alterna. *Petiolus* bipoll. leviter canaliculatus. *Lamina* late ovata, vel trilobo-

trilobo-palmata, ferrata, hiſpida, 3 poll. *Pedunculi* axillares, ſpicati, patentes: maſculi capitulati: fœminei, ſpina rachi pollicari, patenti, rigida, hiſpida, ramoſo-pinnata; nonniſi ſubtus florifera. *Stamina* 4. *Semen* compreſſum, nitidum, ſubrotundum.

Temen in montibus. Arab. *Schadjáret el mehábbe*, شجرة المحبة i. e. *planta amoris*: ironice ſic dicta.

17. URTICA INERS; *foliis oppoſitis, ovato-acutis, ſerrato-crenatis; capitulis interfoliaceis, ſeſſilibus.*

DESCR. *Caules* annui, pedales, ſubquadragoni, quadriſulcati, hiſpiduli, ramoſi. *Folia* oppoſita. *Petiolus* pollicaris, patens, canaliculatus, hiſpidulus. *Lamina* ovato-acuta, hiſpida, pollicaris, baſi integra, dein groſſe ſerrata & fere crenata. *Stipulæ* duæ utrinque; patentes, lanceolatæ, piloſæ. *Flores* ſeſſiles, formantes capitulum ad utrumque latus axillæ ſupra ſtipulam: Maſculi & fœminei mixti. Cum aperitur corolla, exſiliunt filamenta claſtica.

In montibus *Hadienſibus.*

18. URTICA PARASITICA; *foliis alternis, ovato-acutis, ſerratis, mollibus; capitulis axillaribus ſeſſilibus.*

DESCR. *Caules* ramoſi, pedales, teretes, villoſi. *Folia* alterna. *Petiolus* pollicaris, teres. *Lamina* late ovata, ſeſquipoll. baſi integra, dein groſſe ſerrata. *Stipulæ* binæ, lanceolatæ, patentes, breves. *Flores* capitati, numeroſi, ſeſſiles, axillares, maſculi & fœminei mixti: horum ſtyli ſubulati, longi, villoſi, albi. Non urens.

Hadíe; muros inhabitat hortorum Coffeæ. Arab. *Nedjáa.* نجاع

19. URTICA DIVARICATA.

Pedunculi axillares baſi nudi; apice ramoſi, in eodem plano. *Stamina* claſtice exſiliunt e corolla. Non urens.

Hadíe. Arab. *Meharreka.*

AMBROSIA.

20. AMBROSIA VILLOSISSIMA; *foliolis pinnatifidis; dentatis; caule villoſiſſimo.*

DESCR. Planta annua, tota villoſiſſima. *Radix* fuſiformis, ſubnuda. *Caulis* cubitalis, teres. *Rami* infimi, oppoſiti, longiores, baſi callo cincti; ſuperiores alterni, ſenſim minores, omnes ramuloſi alternatim. *Pedunculi* ſpicæ caulis ramorum ramulorumque omnium terminales, ſimplices. *Flores Maſculi* ſuperiores breviter pedicellati, ſine foliis caulinis interſperſis:

ſperſis: ſed intra calycem communem diſtincti paleis filiformibus incurvis, corolla longioribus. *Famínei* ſubtus, vel ad baſin ſpicæ Maſc. vel in axillis etiam inferioribus ſeſſiles, quini congeſti in capitulum, foliis cincti *Folia* alterna: petiolo pollicari, ſupra leviter canaliculato: lamina ſeſquipoll. pinnata: foliolis pinnatifidis, dentatis.

In *Inſulis Niloticis* circa *Káhiram* frequens, ad agrorum margines florens initio Junii. Arab. *Demſiſé.* دمسيسه Herbæ decocti vapor admiſſus oculis dolentibus prodeſſe dicitur.

Obs. Charact. gener. repugnat, quod corolla comm. maſc. nulla intra calycem comm & recept. non nudum, ſed paleis filiformibus. A *Mercurialis* abit, quod ſpicæ terminales caulis & ramulorum. Flores Maſc. racemoſo-ſpicati: Fœm. capitati, ſeſſiles.

ACALYPHA.

21. ACALYPHA FRUTICOSA.

Descr. *Frutex* tricubitalis. *Rami* teretes, verruculis remotis ſcabri: juniores, virides, villoſi: *Folia* vix pollicaria, petiolata, ovato-acuta, ſerrata. *Flores fœm.* in involucro cucullato ſeſſiles; *maſculi* amentis peculiaribus. *Germen* villoſum.

Arab. *Bortam.* برطم aliis *Schohat.* In *Surdûd. Anſchat* عنشا ad *Uahfât. Dafrân.* دفران In *Hadîe.* Hanc & tres ſequentes in valle *Surdûd* inveni; cum Acalyphis Linn. non bene conciliandis. A *virgata* differt, quod folia ovato-acuta, petiolo breviſſimo: & bracteæ fœm. cucullatæ, ſerrato-dentatæ.

Foliis in aqua maceratis lavantur infantes puſtulis *Tyſſl.* laborantes.

22. ACALYPHA DECIDUA; *involucris fœmineis cucullatis, ſerratis, deciduis; foliis lanceolato-ovatis; petiolo ſeſquilongioribus.*

Herbacea: ſpithamalis: *folia* vix ſeſquipollicaria, ſerrata. *Involucra* ſeſſilia, axillaria: *petioli* pollicares.

Umbram amat. *Ac. virg.* character huic competit. Arab. *Bortom ſoghaïer.*

23. ACALYPHA SPICATA; *involucris fœmineis cucullatis, ſerratis; foliis lanceolatis.*

Herbacea. *Pedunculi* axillares ſeſquipoll. *involucra* fœm. ſpicata, terminata amento maſculo. *Folia* & petioli ſerrati ejusdem longitudinis, pollic. Si involucra eſſent inciſa; ad *Virgin.* veniret.

24. ACALYPHA SUPERA; *foliis ovatis, petiolo brevioribus, amentis axillaribus masculis, flore fœmineo pedicellato, terminatis.*

Herbacea. Sesquispith. *Petioli* bipoll. *Folia* vix sesquipoll. lanceolato-ovata, serrata, acuta.

Character *Indicæ* quadraret, si essent bracteæ fœm. (forte delapsæ erant: unicam enim vidi speciem.)

25. ACALYPHA CILIATA; *involucris fœmineis ciliis filiformibus, conniventibus.*

DESCR. Annua, cubitalis, erecta, ramosa. *Caules* teretes, pedales, pilosi; dimidia parte inferiore nudi, dein folios. *Folia* sesquipoll. & minus remota, patentia: *Petiolus* inferiorum lamina longior; superiorum brevior. *Lamina* majorum bipollicaris, ovato-acuta, crenata, venosa; subtus pubescens, pallidior, superne setis hispidula. *Pedunculi* spicæ axillares, subpoll. sæpe geminæ, erectæ; flores fœminei ad basin; masculi superne positi. *Flores fœminei* obteguntur *involucro* connivente, striato, margine ciliati filis partem integram æquantibus: *stigmata* sola supereminent, capillaria, multifida. *Calyx* vix oculis nudis conspicuus, minutissimus. *Flores masculi* superiores, numerosi, parvi dum florent, *pedicello* subtili, patentissimo clavati. *Calyx* 4-genus, quadrifidus. *Antheræ* albæ, adeo confertæ, ut vix armato distinguantur oculo. *Capsula* 3-locul. 3-valvis, monosperma.

Yemen in montibus inferioribus ad *Taæs* inter segetes.

CROTON.

26. CROTON TINCTORIUM?

DESCR. *Caulis* diffuso-procumbens. *Folia* petiolata; subrotundo-obliqua; interdum rhomboidea, rugoso-plicata, margine repanda: folia terminalia, ovata, regularia: omnia obtusa, villosa, scabra stellis pilorum.

Ad *Gize*, pagum e regione *Masr el atik* in margine agrorum florens initio Junii. Arab. *Ghobbæjre*. Aliis *Battich el malaike*. Planta recens substrata gallinis inquinatis pediculis, hæc enecat insecta.

27. CROTON LOBATUM.

DESCR. *Folia* serrata, serraturis mucronulatis, non spinosis. *Calyx* maris & fœm. 5-phyllus; laciniis denticulatis. *Corolla* masculi purpurea. *Capsulæ* glabræ. Ad foliorum exortum utrinque *Stipula* palmata, laciniis subulatis, ramosis, flexilibus.

Mór. Arab. *Mdjersche*.

28. CROTON

28. CROTON VARIEGATUM.

Descr. *Folia* breviter petiolata, digitum longa, lanceolata, integra, nitida. *Stipula* utrinque una, bipartita; lobis filiformi-subulatis, erectis, ungue brevioribus, callo prominulo insidentibus: callus interior folio propior, longior.

Uadi Zebid. Arab. *Duudul.* دندل

29. CROTON SPINOSUM; *foliis* 3-5-*lobis*, *integris*, *glabris*; *stipulis spinosis*.

Flores puniceï. Folia nitida. Planta frutex.

30. CROTON VILLOSUM; *foliis palmatis*, *quinquelobis*, *glanduloſe ſerratis*.

Descr. Fruticulus ſeſquicubitalis, erecto-diffuſus. *Caules* antiquiores cinerei; recentiores virides; omnes villoſi, molles, teretes. *Folia* ſparſa, alterna, petiolo ſemipollicari, tereti; lamina palmata, quinque-loba, obtuſa, villoſa, poll. diametri, ſerrulata, *glandula* ad ſingulam ſerraturam. *Stipulæ* nullæ; ſed ad exitum cujusvis petioli, utrinque & ſupra *Glandulæ* fuſcæ, ſeſſiles, viſcidæ, utrinque ſubœctonæ. Maris *Calyx* 5-phyllus, integer: *corolla* flava, 5-part. glabra, campanulata. Fœminæ calyx 5-phyllus; laciniis cuneiformi-tridentatis, glanduloſe-ſerrulatis.

Mór. Arab. *Öbab.* عبب

Obs. Dum pungit, ſuccum emittit lacteo-aquoſum, tantæ acritudinis, ut ferrum arrodat & inquinet; nihilominus pabulum quærit in hac planta *Cimex* pulcherrimæ formæ.

Uſus medicus eſt in morbo dicto *Sanfur* صنفور vel *Roha*, روحة aliis *Dymmal*, دمل aliis *Amede*; عمدة id eſt: *furunculo*, *apoſtemate*. Stipites recentes imponuntur; ſic tumor emollitur & dolor ſedatur. *Croton lobatum* ſuccedaneam eſt, ſed virtute inferius.

31. CROTON TRILOBATUM; *foliis petiolo brevioribus*, 3-5-*lobis*, *lanceolatis*, *ſerratis*.

An Croton? ſed 10-andra, non 1-adelpha.

JATROPHA.

32. JATROPHA PUNGENS.

Descr. *Flores* maſculi in ſpicis terminalibus: fœmineis calyx nullus. *Corolla* 5-6-petala, pinnatifida, hirſuta. *Capſula* 3-cocca, hirſuta. *Folia* petiolata, cordato-lanceolata, ſerrata, ſubtus hiſpida; ſicut tota planta; urens Urticæ inſtar.

Yemen. Arab. *Hörekrek* حرقرق vel *Meherkaka* محرقة vel *Humejta*.

RICINUS.

33. RICINUS MEDICUS; *foliis peltatis, 7-lobis; lobis lanceolatis, ferratis, infimis magis divergentibus.*

DESCR. Folia interdum 8-loba. *Glandula* una ſimplex vel didyma, in apice petioli ſub folio, baſi ſtipularum loco utrinque, vel interdum ibidem una in medio etiam alæ. *Truncus* craſſitie ſemiſpith. Altitudo ultra 5 ulnas.

Roſettæ; colitur ob uſus medicos. Arab. *Charua.* خروع

❖ ❖ ❖

NOVA GENERA.

KOSARIA.

34. KOSARIA. *Calyx communis, monophyllus, carnoſus, 10-fidus. Receptaculum planum. Flores verruciformes, conferti.*

CHARACTER GENERICUS. *Calyx* communis, 1-phyllus, carnoſus, ſubtus convexus, carinis obtuſis. Limbus 10-12-fidus, radians, laciniis lineari lanceolatis, planis, craſſis, patenti-recurvis. *Receptaculum* placentiforme, ſemipoll. diametri, tegumento contiguo primum convexo, dein plano, germina tegente; inter quæ undique *pulpa* carnoſa. *Flores* numeroſiſſimi, velut verrucæ parvæ, in cruſta tegente recept. maſc. & fœm mixti. *Maſculi*: *corolla* verruca conico-truncata, apice aperta, parva, viridis. *Filamenta* 2, raro 3, filiformia, albida, corolla longiora. *Piſtilla* nulla. *Fœminei* corolla verrucula in cruſta tegente recept. conica, clauſa, viridis: *Germen* ovatum, nitidum, album, in pulpa recept. reconditum: *Stylus* filiformis, albus: *Stigma* acutum. *Pericarpii* loco recept. in cujus pulpa deliteſcunt ſemina, quibus maturis debiſcit apex corollæ fœm. *Semina* ſolitaria, ovato-trigona, acuta, apice carinata, nitida, albida.

SPECIES. *Caules*: ſpithamales, erecti, digitum craſſi, baſi ramoſi; *tuberculis* plurimis, ſparſis, confertis, truncatis, qui cicatrices ſunt foliorum delapſorum. *Folia* ſparſa; inferiora decidunt; ad apices reſtant. *Petioli* cylindrici, glabri, erecti, ſemipoll & ſi in umbroſo creſcit 2 poll. *Lamina* lanceolata, ſæpe deflexa, ultra 2 poll. margine undulata, ſubdentata, glabra, membranacea, viridis; interdum rufeſcens, baſi cordata. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, recurvi, teretes, petiolo breviores. *Calyx* communis ſæpe pendulus, interdum verticalis, raro pollicaris diametri.

diametri. Laciniæ limbi calycini æquales, ſæpe alternæ, minores, in eadem planta. *Floſculi* ut parvæ verrucæ e recept. exſtantes: *maſculi* filamentis antheratis: *fœminei* ſtylo capillari acuto; ſubtiliſſimi.

Hadîe in Coffeæ-cetis ſub arboribus inter lapides. Arab. *Koſar*: قصر Planta lacteſcens, fœtens; flore *Marchantiam* refert. Contuſa *exanthemata* curat. Sale mixta datur Vaccis ægris, gravidis.

TURIA.

35. TURIA. *Monoica, pentandra. Fructus cylindricus, utrinque attenuatus, 10-ſulcatus, villoſus.*

Descr. *Caules* ſcandentes, 5-angulares, ſcabri. *Cirrhi* ad latus petioli, baſi ſimplices, dein 3-fidi. *Folia* alterna, ſpithamalia, palmata, lobis verſus medium longioribus, latioribus: 5-loba; lobis infimis trilobis; margine ſerrato-ſinuata, utrinque ſcabra. *Petioli* ſtriis elevatis 7, quarum ſuprema maxima canaliculata. *Pedunculi* laterales, ſæpe gemini, axillares. *Flores* monoici: *maſculi* umbellati; *fœm.* ſæpe ſolitarii. *Maſculi*: calyx 5-part. lanceolatus, patens, ſuperus, perſiſtens: *Corolla* 5-petala, calyce longior, patens, rotata; laciniis obovatis, ſeſquipoll. flavis, intus piloſis; ſubtus nervis elatis, piloſis. *Filamenta* 5, erecta, filiformia, calyce breviora; apice varie diviſa. *Antheris* undulato-labyrinthi-formibus: filamenta enim duo infra antheras dividuntur in duo alia filam. & ſingulum eorum habet ſuam antheram propriam labyr.-formem. Tertium Filam. eſt ſimplex, & una anthera. *Germinis* rudimentum ſemigloboſum, ſub flore. *Fœminei* Calyx & Corolla ut Maſculi. *Nectarium* annulus calloſus, nitidus, albicans. *Stamina?* filamenta 5 erecta, calyce breviora, ſubulata, antheris nullis, medio callo villoſo annulata. *Germen* inferum, cylindrico-incraſſatum, tomentoſum; punctis elatis, ſparſis: *ſtylus* baſi ſimplex, cylindricus, 3-ſulcatus, ſupra medium diviſus in *ſtigmata* 3, patentia, ſuperiore latere canaliculata, apice incraſſata, villoſa, flava, ſuperne biloba. *Pericarpium* pomum cylindricum, utrinque attenuatum, villoſum, verrucis ſparſis, lineis longitudinalibus 10 obſcure-viridibus; coronatum calyce patente, ſtylo, ſtigmatibus & ſtaminum rudimentis.

In *Temen* culta. Arab. *Turia*.

36. TURIA leloja; *fructu conico, glabro; foliis trilobis*.

Descr. *Caules* annui, ſtriis longitudinalibus, farinoſi, ſubdichotomi, cirrhis ſcandentes. *Folia* alterna. *Petiolus* ſemipoll. ſetoſus, ſupra canaliculatus. *Lamina* reniformis, tripartita, pollice brevior, lobis tribus repando-angulosis, medius ovato-acutus, ſimplex; laterales bifidi; lobulo

interiore longiore. *Cirrhi* ad latus petioli, ſimplices, torti cum ſole. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, filiformes, ſcabri, vix poll. apice racemoſi, floribus paucis, monoicis. *Maſculi*: *Calyx* campanulatus, 5-dentatus, glaber. *Corolla* campanulata, 5-partita, patens, lanceolata, viridis, parva. Intra corollam *Squamæ* 3 erectæ, ſubrotundæ, craſſæ, extus fornicatæ; foventes Antheram parvam, ſeſſilem, flavam, didymam. *Fœminei*: Calyx & Corolla ut in maſc. *Germen* inferum, conico-cylindricum orbiculo baſeos dilatato, ſubtus plano, pollicare. *Stylus* intra corollam. *Stigma* capitatum, bilobum. *Pericarpium*: pomum pendulum, conicum, orbiculo baſeos dilatato, ſubtus plano; glabrum, flavum, ſeſquipoll. longum; intus biloculare, ſerie ſeminum duplici in quovis loculo. *Semina* viſco involuta, globoſa, carina transverſa, media; ſupra & infra plana, flava; piſi parvi magnitudine.

Arab. vulgariter *Lua*, لوع vel *Hack el omja*. In libris Arabum Botanicis *Leloja*.

37. TURIA; *foliis cordato-angulatis, ciliatis, bipollicaribus.*

Yemen. Fructu maturo delabitur operculum pomi ex apice & viam aperit ſeminibus.

Hanc & duas ſequentes ſufficienter determinare non licuit, ſint-ne varietates vel ſpecies.

38. TURIA GIJEF; *pomis ovatis, 10-ſulcatis, glabris; foliis trilobis, denticulatis, utrinque ſcabris.*

DESCR. *Caules* 6-anguli, ſcabri, volubiles. *Flores* parvi, virides. *Cirrhi* foliis oppoſiti. *Folia* $1\frac{1}{2}$ poll diametr. *Fructus* nuce minor, maturus cineraſcens, hiſcens, valvis revolutis; non edulis.

Lohajæ. Arab. *Gijef.*

39. TURIA MOGHADD; *fructu ovali-oblongo, glaberrimo; foliis trilobis, integerrimis; lobis lateralibus ſubtrilobis.*

DESCR. *Caules* teretes, læves. *Flores* albi, magni. *Cirrhi* oppoſiti foliis. *Folia* 3-pollicaria, integra, lobo medio late lanceolato; lateralibus baſi bis ſinuatis. *Poma* $1\frac{1}{2}$ poll. longa, vix 1 poll. diametr. glabra; immatura viridia, albo-punctata; matura, flava; edulia.

Lohajæ. Arab. *Moghadd.*

CUCURBITACEA

ÆGYPTI ET ARABIÆ FELICIS.

A) CUCURBITA.

40. CUCURBITA LAGENARIA. *Káhiræ* culta. Arab. *Qarâ m'dauer.* قرع مدوّر

Variat; *fructu globoso*; vel *basi globoso, dein attenuato.*

Non edulis; sed ad *Lagenas* vasculum aptissimum, leve, capax, sæpe $1\frac{1}{2}$ pedis diametro. Piscatores solent poma vacua ratibus suis arundineis affigere, ut leviores natent.

41. CUCURBITA LAGENARIA. Arab. *Dubba dibbe. Káhiræ & Temen.*

Folia tomentosa. *Glandulæ* 2 subtus juxta petiolum. *Flores* albi. *Cirrhi* oppositi foliis, bifidi. Fructus edulis, coctus.

42. CUCURBITA LAGENARIA. Arab. *Qarà tauvîl.* قرع طويل *Káhiræ.*

Flos albus. *Folia* ut Qarà m'dauer. *Fructus* bicubitalis, coctus edulis.

B) CITRULLUS.

43. CITRULLUS BATTICH بطيخ *Ægyptiis.* Morensibus *Dubba farakis.* Aleppensibus *Djabas.* Ebræorum אבטיח

Distinguunt Arabes hunc Battich a *Bartich.* برطيخ *Citrullo vero*; & ajunt fructum maturum evadere cinereum.

Folia multifida. *Corolla* 5-fida. *Seminis* superficies miris linearum pingitur anfractibus, ut in Graptolitho, quos imaginatio in varias dirigit figuras. Nuper fructus Alexandriæ apertus, in quo omnia erant semina figurata, quod rarissimum est.

44. CITRULLUS. Arab. *Schurredj.* شريج *Hadîe.*

Folia glabra, palmata, integra. *Cirrhi* simplices. *Fructus* oblongus, glaber, albo-maculatus, bipollicaris, edulis coctus. *Semina* marginata.

45. CITRULLUS. Arab. *Kâsch.* قاش *Hadîe.*

Flores masculi filamentis 3 latissimis; antheris connatis in formam ovatam, carinis labyrinthiform. Florum diameter 4-poll. fulvi; intus toti, extus venis villosi. *Folia* cordato-subrotunda, obtusa, lobata, denticulata, spithamæa, setis hispida; subtus glandulis nullis. *Cirrhi* bifidi. *Fructus* magnitudine capitis humani; figuræ variæ: aut globoso-rostratus; aut, ovali-oblongus; alius glaber, sulcatus alius. Edulis coctus. *Semina* compressa, ovali-acuta, marginata.

c) PEPO.

c) PEPO.

46. PEPO LONGA. Arab. *Kara* vel *Garna*. *Kâhiræ*.

Caules villoſi, molles, cirrhoſi. *Folia* cordato-ſubrotunda, villoſa, mollia, ſubdentata. *Flores* albi. *Fructus* cylindricus, tener, villoſus; maturus glaber.

47. PEPO. Arab. *Qarâ ſtambuli*. *Kâhiræ*.

Flos flavus *Folia* cordato-ſubrotunda, dentato-angulata, hiſpida, mollia. *Caulis* hiſpidus, ſetis rigidis. *Cirrhi* nulli. *Fructus* teſtaceus, lævis, ovali-globoſus; edulis coctus.

d) CUCUMIS.

48. CUCUMIS ANGURIA. *Mochhæ*.

Folia tripartito-dentata. *Fructus* echinatus, ovalis.

49. CUCUMIS TRILOBATUS. *Taæs*.

Stamina 3. libera. *Antheræ* undulatæ, lateri exteriori filamenti infra apicem affixæ, filamento latiores; an ergo differt a *Turia Ieloja*, cujus antheræ filamento anguſtiores? *Folia* triloba, denticulata, ſcabra. *Fructus* muricati.

50. CUCUMIS. Arab. *Mhaimta*. *Surdûd*.

Caulis volubilis. *Folia* triloba.

51. CUCUMIS ANGULATUS. Arab. *Kauun*. *Kâhiræ*.

Flos albus. *Fructus* globoſus, angulis multis, ſemiteretibus; duleis. *Cortex* lignoſus.

52. CUCUMIS MELO. Arab. *Dummeiri*. ضميري *Kâhiræ*.

Flos flavus. *Fructus* globoſus, utraque extremitate depreſſus; duleis.

53. CUCUMIS CHATE. Arab. *Abdellavi*. عبد الاوي ſeu *Adjûr*. عجور

Caules teretes, ſetis rigidis. *Folia* lobata, dentata, utrinque ſcabra, angulis obtuſis. Flores flavi. *Fructus* juvenis hirſutus; maturus glaber, utrinque attenuatus. Edulis crudus.

Fructus in Ægypto omnium vulgatiſſimus, totis plantatus agris. Multi ex illo parant *Potum* gratiſſimi ſaporis. Secatur foramen ad umbilicum, fructu maturo & in caule adhuc perſiſtente. Bacillo intruſo pulpa quaſſata miſcetur; deinde cera vulnus obturatur. Melo in fovea quam proxime excavata deponitur & ſepelitur cautiſſime, ne a caule diffringatur. Poſt aliquot dies pulpa deprehenditur ſoluta in liquorem delicatum.

e) SATIVUS.

e) SATIVUS.

54. C. S. FAKUS. Arab. *Fakús.* فقوص *Káhiræ.*

Flos flavus. *Fructus* cylindricus, profunde ſulcatus, ſubvilloſus; ſæpe cubitalis; minores ſapidiores.

55. C. S. SMILLI. Arab. *Smilli.* *Lohajæ.*

Caulis repens. *Cirrhi* axillares. *Flores* bini ternive axillares, flavi. Caulis & petioli hiſpidi. *Folia* cordato-ſinuata, denticulata, ſcabra. *Fructus* oblongus, lævis; maturus flavidus, tripollicaris. Edulis crudus.

56. C. S. CHIAR. Arab. *Chiár.* خيار *Káhiræ.*

Flos flavus. *Fructus* glaber, ovato-cylindricus, pedalis.

57. C. S. CHATTE. Arab. *Qatte.* قطّ vel قطّه *Káhiræ.*

Flos flavus. *Fructus* viridis; cæterum priori ſimilis; folia quoque ſimilia.

58. C. S. BATTICH DJEBBAL. Arab. *Battich djebbeli.* Cultus ab Arabibus monticolis. Fructus non grandis, dulciſſimus.

59. C. S. BRULLOS. Arab. *Battich brulloſi.* Cultus ad *Deltæ* promontorium *Brullos.* *Fructus* interdum cubitalis diametri; dulciſſimus; intus albus, ſæpe ruber.

60. C. S. ENNEMIS. Arab. *Battich ennemis.* بطيخ النمس *Káhiræ.* rarior.

Fructus ſubcylindricus, ſæpe cubitalis, intus flavus, raro ruber; delicatiſſimus.

61. C. S. ARAKIS. Arab. *Arakís.* عرقيص *Lohajæ.*

Caules teretes, glabri. *Cirrhi* axillares. *Folia* ſeſquipoll. diametri, ſinuato-quinquangula, remote denticulata, glabra. *Flores* maſculi, albi, flaveſcentes, campanulati, extus glabri, venis elatis, viridibus; intus villoſi. *Germen* ſub flore fœmineo oblongum, tuberculatum. Non edulis.

62. C. S. SCHEMMAM. (*Dudaim.* Spec. Plant.) Arab. *Schemmám.* شمام *Káhiræ.*

Caules 5-ſulcati, ſetis rigidis, ſcandentes, cirrhoſi. *Folia* cordato-oblonga, acuta, ſubſinuata, dentato-repanda, hiſpida. *Calyces* villoſi, molles. *Flores* flavi, conferti in alis. *Fructus* globoſo-ovatus, glaberrimus, magnitudine citri, flavus, maculis inæqualibus, fulvo-ferrugineis, verſus polos in lineas confluentibus; pulpa aquoſa, ſeminibus tota plena. Fructus juvenis villoſus; maturus glaber. Odor, fortis nec ingratus; eamque ob cauſſam cultus; non edulis.

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

SALIX.

63. SALIX ÆGYPTIACA; *foliis lanceolatis.*

Flores diandri. *Stipulæ* foliorum recentium ſemicordatæ; quod obſtat charact. Salicis ægypt. Succeſſu temporis hæ ſtipulæ delabuntur.

Káhiræ. Arab. *Bân* بان vel *Chalâf.* خلاف

Obs. E floribus maſculis deſtillatur aqua in Ægypto uſitatiſſima nomine *Moje chalâf.*

Folia Salicis (ut cuique notum eſt) *muſcas* alliciunt; eadem quoque arte in Ægypto ramus foliiferus noctu ſuſpenditur in cubiculo, ad quem ſe conferunt muſcæ. Earum ſtercora colliguntur, caute cultello abraſa, & pro medicina laudata uſurpantur $\frac{1}{2}$ grani doſi in *ſtranguria.* Solent alii eundem in finem fila tenuia in culinis expandere, quibus nocte inſident muſcæ.

EPHEDRA.

64. EPHEDRA APHYLLA; *ramis patentiſſimis.*

Descr. *Caulis* teres, planatus, articulatus, ſubdichotomus, glaber, non ſulcatus, aphyllus, craſſitie pennæ columbinæ, articulis ſeſquipollicaribus; non lignoſus, ſed coriaceo-ſpongioſus, viridis, diffuſus, altiſſime ſcandens.

Roſettæ in ſepibus altiſſimis. Græc. Σπάρτα. Nominis ſimilitudo *Spartium diadelphum* non evincit; quumque flores non vidi, convenientiam memini cum planta ejusdem formæ in inſula *Imros* quondam inventa, quam Ephedram putavi; forſitan vero in utraque deceptus ſum.

CLUTIA.

65. CLUTIA LANCEOLATA; *foliis lanceolatis, integris, eglandulosis, ſubtus nudis.*

Boka. Arab. *Alloh.* علوخ vel *Luch.* لوخ

❖ ❖ ❖

NOVA GENERA.

ÆRVA.

66. ÆRVA. *Pentandria, monogynia. Calyx* 5*-phyllus. Capſula monoſperma.*

Descr. *Frutex* ſuberectus, cubitalis. *Caules* obtecti tomento albido, craſſo, ſcabro. *Folia* infima majora, ſeſquipoll. oblonga, baſi attenuata, integra, undique

undique tomentoſa, tomento albido. *Pedunculi* ſpicæ cylindricæ, caulis & ramorum terminales, ſpith. baſi ramoſæ; ſpicas alias minores pendiculares exſerentes. *Flores* undique confertiſſimi, ſeſſiles: utrinque bracteola membranacea villoſa. *Calyx* 5-*phyllus*, patens, laciniis oblongis, extrorſum albis, hirſutis, introrſum glabris, rubentibus. Quotquot in Ægypto vidi plantas, floribus erant *fœmineis*; maſculis rariſſimis. Stamina nulla; *germen* ſuperum, globoſum; *ſtylus* longior, filiformis: *ſtigma* bifidum. *Capſula* oblonga, monoſperma, calyce vallata In alia planta flores erant tantum *hermaphroditi*; incompleti, inferi: ſtamina 5 antherifera, totidem alterna, ſterilia; omnia baſi connata. Haud longe ab *Ualfát* in *Ærvam marem*, fruſtra cousque quæſitum incidi: *Stamina* filamenta 5, filiformia, corolla breviora, *antheræ* incumbentes, didymæ, ovales, flavæ.

In deſertis *Kálirinis* rarior. *Temen* in ſolo arenoſo & calcareo frequentiſſima. Spicis pulvinaria & ſellæ equeſtres infarciuntur.

Arab. *Temen*: *Ærua*. اروا & *Ra*. ار *Kálirinis*: *Sadjaret emadje*. سجرة النعامة

CEBATHA.

67. CEBATHA. *Dioica, hexandra. Calyx, perianth. 6-phyllum. Corolla 6-petala. Pericarpium, bacca tricocca.*

Character genericus. *Flores maſculi. Calyx*: perianth. 6-phyllum, patens, deciduum; laciniis ovalibus, obtuſis, alternis, externis minoribus. *Corolla*; petala 6, baſis cavitate filamentum amplectentia, plana, erecta, ovata, calyce breviora, triangulari forma poſita. *Filamenta* 6, ſingula inſerta cavitati baſeos petali, obverſe ſubulata, apice incurva, obtuſa. Antheræ hemiſphæricæ. Piſtillum nullum.

Flores fœminei: *Calyx* perianth. 6-phyllum: ſimilis calyci maſc. ſic & corolla. *Germen* trigonum, tricoccum. *Styli* 3 horizontales, teretes, breves. *Stigmata* retuſa, emarginata. *Pericarpium*: bacca tricocca; coccis compreſſis, ſubcarinata, interna baſi cohærentia, introrſum roſtro ex delapſis ſtylis enato.

Species. *Caules* frutices, volubiles, teretes, glabri. *Rami* alterni, pependiculares. *Folia* alterna; *petiolo* tereti, filiformi, perpendiculari *Lamina* pollicaris, ovalis, apice obtuſa, ſæpe emarginata, plana, glabra, nitida, venoſa. *Pedunculi* axillares: *fœminei*, gemini, filiformes. uniflori, erecti; *maris* plurimi, paniculati, congeſti in capitula axillaria *Flores* virides. *Antheræ* flavæ. *Baccæ* rubræ: cocci ſinguli lente majores.

Hadîe. Arab. *Kebath.* Baccæ maturæ edules; sed acri gustu. Ex his baccis *Vinum adustum* paratur, quod vocant *Chamr el madjnûne.* خمر المجنونة Baccæ obtritæ vasculo immittuntur, cum manipulo uvæ siccæ. Vas obturatur probe, & 10 dierum tempore reponitur. Deinde destillatur massa. Obtinetur spiritus, ultra quam dici potest fortis: Saccharo mixtus, minus inebriat: sine illo, excitat sitim & ardorem intolerabilem.

LEÆBA.

68. LEÆBA. *Dioica, hexandra. Calyx, perianthium 5-phyllum, Corolla 3-petala.*

Descr. *Flos Masc. Perianthium* 5-phyllum, patens; foliolis tribus interioribus ovatis, convexis, obtusis, viridibus: 2-exterioribus minimis, orbiculatis, flavicantibus. *Corolla* petala 3, subrotundo-oblonga; calyce majora, viridia, plana, patentia, margine membranacea. *Nectarium* squamæ 6 in fundo corollæ, in triangulum dispositæ, obovatæ, planæ, surgentes; basi cono obverso vaginantes stamina singula. *Filamenta* 6, subclavata; longitudine nectarii, ejusque squamas perforantia. *Antheræ* quadratæ, flavæ.

Kâhiræ. Arab. *Lœbach el djebbel.* Genus accurate determinare nequeo; in ramis mihi allatis, soli erant flores masc. sine germine. Ad *Liblab* obtinui flores fœm. sine masculis.

KEURA.

69. KEURA odorifera; *foliis lineari-lanceolatis, ciliato-spinosis.*

Descr. *Arbor* Palmis similis; at sine spatha; ramoso-dichotoma. *Folia* similia foliis *Bromeliæ*; trifariam imbricata; floralia alba, inter quæ versus terminum ramorum imbricata basi sunt *paniculæ masculæ*, seu amenta ramosa, nuda, fragrantissima. *Antheræ* sparsæ.

Hadîe, stipitibus propagatur, quum arbor fœminea non habetur: ab exteris illata, sine dubio Banjanis auctoribus, quibus *Keura* sonat; Hadiensibus *Kadi* كادي (quod tamen generale est nomen diversarum arborum.) *Mockhæ* vocatur *Kabua Kadi.* Affertur multum ex *Machrasch*, loco ad orientem urbis *Zebîd.*

Præstantissima arbor. Odoris caussa colitur, quem spirat tam divitem, ut una *Spica* alterave satis sint ad replendum cubile spatiosum halitu odorifero per longum tempus, si loco subhumido reponantur; ideoque incolæ non curant arbores ipsas testis plantratas ædibus inferre, aut hortulis colere. Beit el fakih venditur spica florifera pretio 8-*chomase*, i. e. $\frac{1}{5}$ imperialis Hungarici.

CLASSIS XXIII.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

ANDROPOGON.

70. ANDROPOGON ANNULATUM; *ſpicis ad apicem culmi confertis, alternis; floribus geminatis; ariſtato ſeſſili hermaphrodito, pedicellato, mutico, inani.*

DESCR. *Culmi* bipedales, erecti, ramoſi, geniculis incraſſatis, hirſutis, ſpecioſe certe, annulorum piloſorum inſtar; articulis læviſſimis, ſemiſpith. cylindricis. *Foliorum* vaginæ tripollicares, ſtriatæ, nudæ: *lamina* plana, ſubpedalis, utrinque hiſpida, ſupra & ad baſin. *Vaginæ* intra folium emittunt membranam hyalinam, amplexicaulem, ovatam, imberbem. *Spicæ* lineares 3-poll. interdum geminæ, interdum oppoſitæ; ſæpe ſolitariæ, alternæ, patentes; in eorum exitu in geniculo utrinque gibbus. *Flores* appreſſi, geminati; alter *ſeſſilis*, alter *pedicellatus*: *prioris calyx* bivalvis, villoſus, lanceolato-ovatus, corollam includens, baſi villis cinctus: *corolla* univalvis, membranacea, plana cum ariſta, e baſi floris: *Stamina* 3 inter valvulam corollæ & ariſtam: *Styli* 2 villoſi: *Ariſta* tortilis, pollicaris, corollis decuplo longior. *Flos alter* pedicello floribus breviore, villoſo; calyce compreſſo, villoſo, bivalvi: corolla & fructificatione prorſus nulla.

Paſſim ad ripas Nili: florens initio Junii.

71. ANDROPOGON RAMOSUM. *Hadîe.*

DESCR. *Culmi* ramoſi, cubitales. *Spicæ* conjugatæ, terminales. *Spiculæ* conjugatæ; altera ſeſſilis, longe ariſtata: altera pedicellata, mutica: utraque uniflora; ſeſſilis, hermaphr. & maſcula: pedicellata tantum maſcula.

72. ANDROPOGON BICORNE. Arab. *M'hâli* محالي *ibid.*

Culmi ramoſi. *Spicæ* conjugatæ, congeſtæ, ſub-corymboſæ, ſemipollicares. *Spiculæ* inferior ſeſſilis, ariſtata, pedicellata, mutica. *Panicula* fere ſesquicubitalis, ramoſiſſima, foliis intermixtis.

73. ANDROPOGON CONTORTUM; *ſpicis filiformibus; floribus geminis, baſi villoſis; maſculo pedicellato, mutico; hermaphrodito, ſeſſili, ariſtato.*

DESCR. *Ariſta* hermaphroditi e baſi corollæ, contorta *Spica* coarctata in figuram filiformem: floſculi enim rachi appreſſi ſunt. *Folia* brevia, complicata, baſi barbata. *Culmi* ramoſi, ſurgentes.

Lohajæ in horto.

HOLCUS.

74. HOLCUS DOCHNA; *paniculæ ramis ſubternato-verticillatis, patentibus; rudimentis florum ſeſſilibus, ſub floribus fertilibus, ariſtatis.*

DESCR. Gramen maximum, ſæpe 5 uln. *Culmus* teres, ſæpe ramoſus, geniculis incraſſatis, villoſis, flavidis. *Folia* plana, ſeſquiſpith. lineari-lanceolata, viridia, nervis obſcurioribus, linea media nivea; glabra; baſi marginata membrana erecta cauli appreſſa. *Panicula* verticillata, ramis ternis, interdum binis, vel alternis, erectis, baſi callo magno ferrugineo. *Rami* iterum ramuloſi, vel racemoſi. *Floſculi* geminati in brevi ramulo altero ſeſſili, altero terminali, breviter pedicellato: floſculi ſæpe terni, ſæpe ſolitarii. Sub ſingulo flore *rudimentum* floris parvum, ſeſſile, oblongum, ferrugineum, margine viride, in duas glumas diviſibile, fructificatione nulla. *Floſculi* ramulorum terminales & pedicellati ſub ſe habent 2 talia rudimenta. *Calycinæ gluma* villoſæ, flavicantes, apice virides, ovales, muticæ. *Corolla* parva, alba, pellucida, villoſa, altera gluma ariſta flore longiore, baſi ferruginea, nitida, apice flavicante, opaca, ſubulata, curvata & velut torta in medio. Paucos vidi floſculos ſine ariſtis in quibusdam paniculis: tamen flores erant hermaphroditi & frugiferi: an caſu ariſtas amiſerant? *Semen* magnitudine oryzæ; ovale, compreſſum, ferrugineum, in calyce perſiſtente, apice dehiſcente retentum.

Roſettæ primum mihi obveniebat in horto, cultus ob pabulum Aviculariorum; florens initio Novemb. Poſtea Cereale vulgare in Arabia inveniebatur. Arab. *Dochn.* دخن

75. HOLCUS EXIGUUS; *paniculis coarctatis, ramis alternis, rudimentis florum pedicellatis; ſub floribus fertilibus, ariſtatis.*

Differt ab *Holco Dochna:* altitudine vix ulnæ: differt quoque paniculis coarctatis: foliis linearibus: ſpiculis lanceolatis: rudimentis florum non ſeſſilibus, ſed pedicellatis.

Ad ripam *Nili:* initio. Novembr.

76. HOLCUS DURRA; *panicula ovata; ſpiculis ſeſſilibus, ſubvilloſis; alternatim appendiculatis; floſculo uno vel duobus vacuis, ſeſſilibus.*

Variat: a) *glumis viridibus; ſeminibus albis.* Táam ſchebb ſæædi.

b) *glumis fuſcis; ſemin. albis.* T. ſchæer abjad.

c) *glumis fuſcis, ſem. apice fulvis.* T. ſchæer ahmar.

Káhiræ Durra: in Arab. *Táam.* طعم Colitur fere unicum cereale, ſimul cum *H. Dochn.*

Morbum

Morbum patitur hoc cereale, Arab *Ökab*: dum femina evadunt unguem longa, conica, intus repleta pulpa nigro-fuſca; quæ demum corticem rumpens, exitum quærit. (cfr. Conſpect. Faun. Or. p. XX. n. 5.)

Obs. Hoc eſt Arabum Cereale vulgatiſſimum, ex quo panis conficitur palato Europæo inſipidus. *Tres meſſes* quovis anno inſtituuntur. 1. *Uæſmi* 2. *Chatif.* 3. *Akba.* Quique $2\frac{1}{2}$ menſis opus ad maturitatem. Prima ſeges arte ſeritur; duæ reliquæ oriuntur ex ſeminibus ſponte deciduis. Holcus maturus mirum in modum expetitur ab Avibus variis; adeo ut Coloni vigiliis & continuo clamore nequicquam eas abigant. vide plura de hac re in Editoris Deſcr. Arabiæ p. 154. 158.

77. HOLCUS RACEMOSUS; *ſpica cylindrica; ſpiculis ternatis, pedicellatis, involucris ſetaceis, longiſſimis.*

Descr. *Culmus* ſimplex, cubitalis, ſuperne, ubi nudus, ſcaber. *Foliorum* vaginæ convolutæ, glabræ, margine ciliatæ. *Lamina* ſubpedalis, linearis, canaliculata, glabra, margine ſcabra. *Spica* terminalis, ſpith. digitum craſſa, piloſiſſima, involucris patentibus & racemulis. Quivis *racemus* pedicello communi, brevi, undique obſeſſo ſetis inæqualibus, ſemipoll. baſi plumoſis: apice geſtans 3 ſpiculas ſeſſiles, unifloras; raro 4 vel 2. *Spiculæ* ternæ, ſeſſiles in pedicello communi. Harum unica *media* hermaph. *laterales* maſculi. Utriusque *Calyx* bivalvis, uniflorus, muticus, acutus; *corolla* biglumis, apice ſetigera. *Stamina* 3; antheris flavis. *Stylus* herm. ſimplex, capillaris, nudus, longitudine corollæ. *Stigmata* 2, prominentia, linearia, villoſa, longitudine ſtyli.

Ubique in *Temen.* Prope accedit ad *Holcum Dochn.*

ATRIPLEX.

78. ATRIPLEX HASTATA; *foliis haſtato-oblongis, breviter petiolatis, apice emarginatis, ſubtomentoſis, albidis; baſi rotundatis.*

Djiddæ.

79. ATRIPLEX CORIACEA; *caule fruticoſo, decumbente; foliis ovatis, concavis, farinoſis, coriaceis.*

Descr. *Caules* pedales, ramoſi. *Folia* alterna, conferta, viridi-albentia. *Pedunculi* ſpicæ caulis vel ramorum terminales longæ, flavæ, ſæpe conjugatæ. *Calyces* magni, bivalves.

Alexandriæ ad Catacombas.

80. ATRIPLEX PORTULACOIDES; *caule fruticoſo, procumbente.*

Descr. *Folia* oppoſita, ovalia, petiolata, craſſiuſcula, raro obovata. *Fructus* fœminei obcordati.

Roſettæ.

MIMOSA.

MIMOSA.

81. MIMOSA SENEGALENSIS; KETAT.

DESCR. *Spinæ* ſtipulares ternatæ. *Folia* geminata, bipinnata, pinnæ trijugæ. *Foliola* 5-vel 6-juga, linearia, fili latitudine, obtuſa, breviſſima. *Raches* omnes tam univerſalis pinnarum, quam partiales foliolorum terminantur ſubtus aculeo parvo recurvo. *Legumina* ovalia, pollicaria, compreſſa, ſubdiſperma, viridi-violaſcentia, baſi pedicellata. Flores ſpicati.

Ad *Hæs.* Arab. *Ketát.* قتات

82 MIMOSA TORTILIS; HARES; *leguminibus contorto-glomeratis.*

DESCR. *Florum* capitula alba. *Legumina* cochlearia. *Folia* bipinnata; pinnis 5-jugis; extimis *ſquamula* interſtinctis. *Foliola* 7-9-juga, oblonga, breviſſima.

Prope *Hæs.* Arab. *Hares.* حرس

83. MIMOSA UNGUIS CATI. Arab. *Dhoba.* ظبه vel *Dobb.* ظب aliis *Smurr.* سمر

DESCR. *Foliola* pinnarum gemina; communi pedicello inſidentia; obovata, ungue breviora, oblique inſerta. *Folia* in quavis axilla duo, pinnata. *Pinnæ* bijugæ, exteriores majores, ſingulæ conſtantes foliolis duobus. Stipulæ *Spina* 2, breves, recurvæ. *Legumina* valde compreſſa, enſiformia, glabra, membranacea.

Surdûd alibique. Flores *Alel* præbent apibus album, uberrimum. Lignum ad focos. Contra nubeculam vel maculam in oculo boum, ſolent Arabes folia recentia maſticata in oculum intrudere; eamque medicinam aliquot diebus repetere. Ad maculas vero oculares hominum non in uſu eſt.

84. MIMOSA FLAVA; SYLLIM. *Surdûd.* Arab. *Syllim.* سليم

DESCR. *Pinnæ* primæ 3-5-jugæ: *foliola* 7-10-juga, linearia, ſemiunguem longa, obtuſa. *Flores* pallido-flavi. *Squama* inter partiales ultimas: glandula nulla.

85. MIMOSA ASAK. *Hadîe.* Arab. *Aſak.* عسق

DESCR. *Spinæ* ſtipulares binæ, ternæve, patentes, recurvæ. *Folia* ex ala bina, bipinnata. *Pinnæ* 3-jugæ. Squama nulla inter ultima *Foliola* 6-juga, ovali-oblonga; media longiora. *Caulis* frutex.

86. MIMOSA

86. MIMOSA ÖRFOTA. Ad *Dahhi.* Arab. *Örfota.* عرفطه

DESCR. *Folia* gemina, bipinnata *Pinnæ* 4-5-jugæ; ultimæ *ſquama* diſtinctæ. *Foliola* 6-9-juga, ovali-linearia, baſi obliqua, ſemiunguem longa. *Spinæ* duæ ſub ſingula axilla, ſtipularum loco, patentiſſimæ, longitudine folioli. *Legumina* inarticulata, compreſſa, baſi attenuata.

Folia hujus Mimoſæ, lacti Camelino recenti indita, ejus coagulationi & aceſcentiæ plurimis diebus obſtare, affirmant incolæ.

Ligno & reſina Mimoſæ örfotæ infumatur laborans convulſionibus Epilepticis. Expellitur principio ſudor fœtidus; exſeruntur deinde quaſi apices Tæniæ, quæ cutem ſub collo & in latere perforat. Utrosque apices ferro candenti uſtulant, quo facto moritur vermis, & ægrotus convaleſcit. Morbus iſte vocatur *Sora* صرع & Vermis *Örk.* عرق

87. MIMOSA STELLATA; *foliis geminis, pinnatis, 9-jugis: ſpinis ſtellatis, ternis; duabus apice recurvis.*

Kurmæ.

88. MIMOSA GLOMERATA; *foliis bipinnatis; leguminibus nigris, contorto-glomeratis.*

89. MIMOSA LEBBEK; *foliolis obtuſis, pollicaribus, 5-8-jugis; rachibus partialibus bijugis.*

OBS. Hæ notæ ſufficiunt ad hanc Mimoſam diſtinguendam a MIM. ARBOREA; *rachibus partialibus 7-8-jugis; foliis 24-27-jugis; floribus monadelphis.*

Káhiræ hortenſis illa; Arab. *Lœbach.* Hanc *Conſtantinopoli* vidi, Turcis *Djul ibrzim*, i. e. *Flos ſericeus*; propter ſtamina filiformia, longiſſima.

90. MIMOSA SEJAL; *foliis bipinnatis, ſolitariis; pinnis trijugis; inferioribus ſquama una, extimis ſquama duplici diſtinctis.*

Caulis fruticoſus. *Foliola* ovali-linearia, 14-juga, ungue breviora; media longiora. *Spinæ* nullæ.

Hadle. Arab. *Sejál.* سيال

NOVA GENERA.

SEHIMA.

91. SEHIMA ISCHÆMOIDES; *ſpica ſimplici; ſpiculis conjugatis, biflоris; flore maſculo, mutico; hermaphrodito, ariſtato.*

DESCR. *Culmi* cubitales, filiformes, ſimplices, raro ramoſi, glabri; articulis ſeſquiſpith. *Folia* vaginis ſpith. contra ſolem voluris, glabris; *lamina* vaginis brevior, linearis, plana, ſtriata, ſcabra, baſi hirſuta. *Spica* terminalis, ſpith. coarctata. *Spiculæ* geminatæ: altera ſeſſilis, altera pedicellata; utraque calyce bivalvi, biflоro, corolla bivalvi; in *ſeſſili*, flos exterior maſculus, interior hermaphroditus; in *pedicellato*, uterque maſculus; ſed hermaphroditorum mares prius pereunt; & ignarus hujus œconomiæ naturæ, putat eos non adfuiſſe. *Calyx*; gluma bivalvis, lineari-lanceolata, biflora, corollis longior; exterior apice biſeta, inermis; interior ariſta ex apice; glumis longiore. *Flos exterior* maſculus, *corolla* bivalvi, intus villoſa, pellucida, lineari, mutica. Stamina 3. Piſtillum nullum. *Flos interior herm.* corolla bivalvi, interiore minori, apice fiſſo, e fiſſura emittente *Ariſtam* ſpicula longiorem, baſi fuſcam, apice albam: ante flores explicatos intra ſpiculas ſuperiores ſpiraliter reconditam. *Styli* 2, plumoſi. *Stamina* 3. *Spiculæ* pedicellatæ. *Calyx* bivalvis, biflorus, corolla major, ciliatus, lineari lanceolatus, muticus: gluma exterior longior. Flos uterque maſculus. Corolla bivalvis, mutica.

Yemen in montibus ad *Hadie*. Arab. *Sæhim*. سحيم

OBS. Genus novum conſtitui hanc plantam, nam ab Iſchæmo differt Spiculis pedicellatis, mere maſculis, quamvis biflоris.

THEMEDA.

92. THEMEDA TRIANDRA. *Hadie*. Arab. *Thæmed*.

DESCR. *Gramen* polygamum. *Spiculæ* velut ex ſpatha capitatæ; exteriores verticillatæ, maſculæ. *Calyx* univalvis, uniflorus. *Corolla* bivalvis. Styli & ariſtæ nullæ. In medio capituli exſurgit pedicellus brevis, in quo ſpiculæ duæ *maſculæ* pedicellatæ; una *hermaphrodita* ſeſſilis; *calyce* univalvi; *corolla* bivalvi; ariſta ex receptaculo flore multoties longiore. *Culmi* racemoſi. *Vaginæ* compreſſæ, latæ, enſiformes, recondentes ramos & capitula ante explicationem. Omnia capitula folii vagina prius recondita fuerunt.

FICUS.

FICUS.

93. FICUS VASTA; *foliis cordato-ovalibus, obtusis, integris, glabris, nitidis, subcoriaceis.*

DESCR. Vastissima arbor. *Truncus* velut ex pluribus compositus; raro teres, sæpius latior duobus lateribus. *Pedunculi* unguem longi & crassi, villosi, fructu quadruplo breviores, apice dilatati. *Folia* cordato-subrotunda, villosa, alterna, propinqua, spithamalia. *Petioli* & rami ultimi villosi. *Fructus* major duplo nuce avellana, seu plus semipoll. diametri. *Pedicelli* ramei brevissimi. Arbor lactescit.

In *Temen* ubique. Arab. *Tâlak.* طولق vel تالق In libris Arab. Botanicis vocatur *Delb.* دلب *Cynipes* tantum apteros in fructu inveni; cauda perbrevi; adeoque Sycomorinis dissimiles. Diffusa ramis arbor, & crescentibus velut totidem contignationibus; mira & grata visu.

94. FICUS MORIFOLIA. *Hadíe.* Arab. *Bœles.* بلس

DESCR. *Folia* petiolo longiora, semispith. cordato-ovata, acuta, serrata, utrinque scabra, alterna. *Stipulæ* binæ, membranaceæ, lineari-lanceolatæ, erectæ. *Fructus* edulis quidem, sed ingratus.

95. FICUS PALMATA; *foliis cordato-acutis, palmatisque, serrato-crenatis, scabris, flexilibus.* Ad *Uahsát.*

96. FICUS SERRATA; *foliis ovali-acutis, palmatisque, scabris, crenato-repandis.*

DESCR. *Folia* scaberrima, simplicia, integra & lobata, in eadem arbore, margine repanda. *Rami* axillares, solitarii, vel geniculati, pedicelloſi. *Fructus* nucis magnitudine, non edulis. *Pedunculi* petiolo breviores.

Arab. *Hasshref.* جشرف *Bolgosi*, alibique. Cynipes copiose inhabitant. Foliis ferrum politur & ærugo abraditur.

97. FICUS INDICA. Arab. *Thâab* ذعب Ad *Uahsát & Uadi Zebíd.*

DESCR. *Rami* non radicantes; licet sæpe graciles, longique dependent. *Fructus* piso major. *Pedunculi* axillares geminati; fructu duplo breviores, terminati squamis 3, late-lanceolatis, quibus fructum sustinent. *Folia* salicina, sæpe delabuntur sub fructu, cicatrice relicta, & quia di-

ſtant parum, videntur pedunculi conferti; (ut de F. ind. *Linn.*) quamvis re ipſa remoti. Arbor vaſtiſſima & hic frequens.

Ex cortice parantur *funes cauſtici*, quibus ſclopeta incenduntur: cortex interior recens tunditur, & ſuccus probe exprimitur; deinde in funiculum torquetur.

98. FICUS RELIGIOSA. Arab. *Mudáh* مدح vel *Vudáh.* ودح *Uadi Zebîd.*

DESCR. *Folia* late-cordata, acuta, integra, glabra, nitida, rigida, ſpithamalia. *Pedunculi* axillares, gemini; fructu duplo longiores, vix pollicares, baſi incraſſati, apice magis; *Squamis* obtuſis binis, ternisve baſin fructus amplectentibus. *Fructus* glaber.

Foliis ſiccatis & contuſis Coria ſubiguntur & parantur. Ex cortice pari arte, ac e F. indica inſtruuntur funiculi pyrotechnici.

β) Arbor Indis *Bareſch*: foliis prorſus F. relig. ſimilibus.

99. FICUS SUR; *foliis oblongo-acutis, valde repandis, glaberrimis, baſi ſubcordatis.*

Arbor Sycomoro ſimilis. Fructus prope truncum conferti, ovi columbini magnitudine, edules.

Djöblæ. Arab. *Sur.* سور

100. FICUS SYCOMORUS, VERA; *foliis late-ovatis, repandis, vel ſubangulatis, obtuſiuſculis, glabris, baſi cordatis.* Arab. *Djummeiz.* جميز

Arbor in Ægypto frequentiſſima, plantata in littoribus & ad vias juxta pagos, ramos diffundens tantæ latitudinis, ut arbor adulta obumbret ſpatium circuli 40 paſſuum diametri. Adeoque una ſeries arborum ſufficit a ſingulo latere viarum.

Fructus non in ramis naſcitur; ſed ex ipſo trunco & e ligno ramorum maximorum ſurculi exeunt conferti, frugiferi. Incolæ narrarunt mihi fructum multoties per annum matureſcere; imo & ſepties. Fidem quoque adjicio *Haſſelquiſtio*, Botanico auroptæ, qui Junio tantum menſe id fieri poſſe, affirmat. Hoc enim intelligendum de Ficubus edulibus ſeminibusque veris fœtis.

At quod de *F. carica* & Caprifico retulit in Itin. Orientali *Tournefortius*, eam fructus maturare aliquoties quovis anno; ſed primos alteros ve

fructus

fructus non Semina, verum *Insecta*, Cynipes tantum fovere; id etiam in Sycomoro obtinere arbitror. At requirit hæc assertio experientiam observationum integri anni. Ego certe multos fructus, partim sponte delapsos, partim ab arbore decerptos, diffecui mense Jan. & Febr. an. 1762. Quidam ovo columbino minores erant, duri & obscure virides. In horum cavitate nihil, nisi obscura & nimis adhuc subtilia florum rudimenta vidi. Sed majores & poll diametri, molles & flavescentes, dissecti lactescebant. Nonnulli intus *sicci*; alii *succo rubro* prægnantes. Illi maturiores erant, magisque flavidi; & in illis *squamæ* conspiciebantur sub umbilico calycis integerrimæ; ut quoque refert Hasselquist: non vero serratæ, (Gen. Pl.) quod competit *F. caricæ*. Prope has squamas erant *flores masc.* adhuc clausi, obovati, læves, sessiles, nullo elevati pedicello, paleis interstincti. In singulis *duo* tantum *stamina*; unicus ex innumeris, quos aperui, tria præbuit: quod ergo non ex naturæ ordine est; quamvis in F. carica id forte possit obtineri. Reliquum spatium Calycis internum repletum erat *floscul. fœm.* pedicello hemisphærico insistentibus; *germine* plerumque tumido, obovato, æquante flores masc. magnitudine, basi constricto & laciniis perianthii ad fundum divisis laciniatisque cincto. Versus apicem exit e latere *Stylus* brevis, albidus, stigmate paulo longiore, incrassato, cylindrico, puniceo, simplici. Omnia hæc germina tumida jam vel plena erant *Cynipe* perfecto, vel vacua & apice aperta, egresso cynipe: erant quoque alia marcida, nec semine neque cynipe fœta. Nonne ergo Germina hæc solis insectis producendis destinata, quæ etiam seminum loca prorsus replent, eorundem productioni demum inservitura? Reliqua enim germina non fœcundata tabescunt; ea sola, in quibus Cynipes habitant, tument; velut in plantis post fœcundationem, & seminis loco præbent Insectum, hucusque ibi educatum. An flores masc. in his fructibus insectiferis, dum aperiuntur, inserviunt fœcundationi florum fœm. incertum adhuc est.

Insecta hujus Germinis sunt duplicis generis. *Unum Alatum aculeo caudæ recto;* descriptum ab Hasselqu. nomine *Cynipis Sycomori.* Arab. *Namis Djummeiz.* *Alterum Apterum aculeis ani binis transversis.* In ficubus intus siccis, Cynipes apteri jam exiverunt, una cum multis ex alatis; quorum alii adhuc in germinibus restabant prorsus perfecti & maturi In fructu *liquorem rubrum* continente, etiam apteros reperi, sed alatis pauciores, unumquemque in suo germine. Apteri videntur sexu solo differre, ut de Formicis & Apibus notum est. Agunt vices hortulani, inambulando pollinem spargentes, qui calyce & flore clauso eo melius undique dividitur Alatorum officium est alios peragrare

fructus eosque maturare, simulque suum genus propagare. Exeunt, non per umbilicum ficus, sed prope illum per foraminula ipsorum dentibus exæsa, corpore non latiora. Fine mensis Apr. maturæ sunt Ficus Sycom. ab Ægyptiis appellatæ *Djumeiz bœdri*; i. e. *Sycomori præcoces*; quia cæteræ non maturæ evadunt, ante Nili inundationem. Molles sunt, flavescentes, succulentæ, dulces: non fœcundatæ vel vermibus pertusæ; germina tamen magna, carnosa. Flores masculi ad umbilicum clausi, qui in medio apertus foramine parvo; & circum illud extus est *annulus* latus, impressus, nitens. Iste annulus non Cynipis opus est, ut Hasselquist putavit, sed *artis* vestigium. Quum enim fructus ad magnitudinem pervenit diametri poll. solent incolæ ad umbilicum ejus partem resecare; qui locus deinde nigrescit. Sine hac circumcisione, maturitatem non obtineri, ajunt. Cultros habent, ad hoc artificium factos, apice rotundatos, & ab una parte acuatos. Si ficus aliquæ prætereuntur, & sectionem non subeunt, Cynipe plenæ evadunt, versus tempus inundationis Nili. Quicquid sit; in his arte maturatis ficubus, nulla vidi semina.

DE-

DESCRIPTIONES PLANTARUM.

CENTURIA SEPTIMA.

CLASSIS XXIV.
CRYPTOGAMIA.

APPENDIX PLANTARUM ARABIÆ FELICIS INDETERMINAT.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

ACROSTICHUM.

1. ACROSTICHUM FILARE; *fronde bipinnata; ſtipite piloſo; pinnis alternis, primariis remotis, pinnatis; ſecundariis erectis, confluentibus, linearibus apice filari dentatis.*

DESCR. Frons pedalis. *Rachis* piloſa, pilis puniceis. *Pinnæ primariæ* alternæ, ſeſquipoll. longæ, lanceolatæ, pinnatæ, patentes, petiolatæ. *Secundariæ* ſemipoll. ad rachin erecto-patentes, alternæ, confluentes, imprimis exteriores, lineari-cuneatæ, longitudinaliter ſtriatæ; ſecundum has ſtrias apice dentatæ; dentibus inæqualibus, filiformibus: inferiores interdum apice diviſæ in lobos parallelos, lineares, inæquales.

Temen in ſylvis montoſis.

2. ACROSTICHUM DICHOTOMUM; *foliis linearibus, dichotomis, pollicaribus.*

Hadîe. Arab. *Mejabeſe.* Folia recentia contuſa imponuntur vulneri ex uſtione.

LONCHITIS.

3. LONCHITIS BIPINNATA; *fronde bipinnata; rachi ſupra biſulcata; pinnis alternis; pinnulis linearibus, confluentibus, interioribus emarginatis.*

DESCR. Frons pedalis, viridis. *Rachis* communis, ſupra biſulcata; idque propter *aliculam* utrinque, qua *pinnæ primariæ* connectuntur, quæ alternæ, ſeſquipoll. patentes, baſi pinnatæ, exterius pinnatifidæ; *rachis* linea media longitudinali elevata ſuperne. *P. ſecundariæ*, lineares, erecto-patentes, linea longitudinali media elata, obtuſa; interiores baſi magis remotæ, apice emarginatæ; interdum bilobæ, lobo utroque, vel altero emarginato. *Fructificatio* ſubcutanea, in pinnis ſec. nonniſi ſolitaria, ſita ad medium marginis exterioris, ſinulum formantis. In pagina frondis ſuperiori fructificatio pariter extollit cutem in lunulam viridem, cornibus marginem ſpectantibus.

Temen in ſylvis montoſis.

ASPLENIUM.

ASPLENIUM.

4. ASPLENIUM LANCEOLATUM; *frondibus pinnatis, lanceolatis; pinnis oblongis, acutis, incisis, alternis.*
Kurmæ.

POLYPODIUM.

5. POLYPODIUM PECTINATUM; *fronde bipinnata; pinnis secundariis, lanceolatis, connexis, integris, patentibus.*

DESCR. Frons pedalis. *Pinnæ prim.* oppositæ, patentes, sessiles, liberæ, bipoll. *Secund.* lanceolatæ, angustæ, integræ, basi inter se & cum proximis connexæ. Vidi in multis frugiferis *puncta* alba in frondis pagina superiore, ordine posita, æque ac maculæ fructificantes subtus; sed minores: an flores masculi?

6. POLYPODIUM CRENATUM; *fronde supra-decompositа; pinnis alternis; secundariis pinnatis; foliis pinnatifidis, crenatis, ciliatis.*

DESCR. Frons pedalis: *rachis* villosa, viridis. *Pinnæ sec.* lanceolatæ, sesquipoll. *Foliola* ovalia, connexa, pinnatifida, villosa, crenulata, ciliata.

Cum priore in montibus *Temen* ad *Bolghose*. Arab. *Maschôt*. مشوط

7. POLYPODIUM DENTATUM; *fronde pinnata, dentata; superne nonnisi pinnatisida; pinnis crenatis, infimis deflexis.*
Ibid. Arab. *Mâas*. معص

8. POLYPODIUM SETIFERUM; *fronde bipinnata; foliolis reniformibus; dentibus setiferis; caule lanato.*
Ad *Dardanellos.*

PTERIS.

9. PTERIS OBLIQUA; *fronde pinnata; pinnis lineari-lanceolatis, integris, erectis, basi obliquis.*

DESCR. Frons cubitalis. *Pinnæ* alternæ, infimæ maximæ, spith. angustæ, integræ, acuminatæ, basi liberæ, obliquæ; quia erectæ; non vero perpendiculares ad rachim, ideo basi superne pars demta est, & subtus velut auricula semiorbicularis addita, ut rachi accommodet.

Omnes Pterides hic descriptæ in montibus *Hadiensibus* habitant.

10. PTERIS SUBCILIATA; *fronde pinnata; pinnis lanceolatis, serrulato-ciliatis; basi supra latioribus.*

DESCR. Frons pedalis. *Pinnæ* tripollicares, oppositæ, patentes, lanceolatæ, vix serrulato-ciliatæ, basi vix unguem latæ, superius latiores.

11. PTERIS QUADRIPINNATA; *fronde quadripinnata; pinnis ſecundariis baſi liberis; infimis bipinnatis.*

DESCR. *P. ſecund.* patentes, ſerrulatæ, oppoſitæ, non connatæ, ſed remotæ; uno puncto rachi adnatæ. *Infimæ* baſi bipinnatæ.

12. PTERIS REGULARIS; *fronde ſupradecompoſita; pinnis primariis ſeſſilibus; ſecundariis connatis, patentibus, lineari-lanceolatis, integris, infimis pinnatis.*

DESCR. Frondes ſeſquipedales. *P. prim.* lineari-lanceolatæ, ſenſim attenuatæ. *P. ſec.* infimæ; baſi pinnatifidæ, & totæ pinnatæ pinnulis connexis inter ſe & cum proximis.

13. PTERIS DECURSIVA; *fronde ſupradec. pinnis ſec. erecto recurvis, decurrentibus; infimis decurſive-pinnatis.*

DESCR. Frons cubitalis. *P. ſec.* non patentes, ſed in frondis plano ſurſum ſpectantes, apice in eodem plano recurvæ: omnes ſubalternæ, concatenatæ, tota baſi rachi adnatæ; ſuperne baſis perpendicularis rachi, inferne forma alæ cuneatæ decurrit ad pinnulam proximam. *P. ſec.* infimæ, decurſive-pinnatæ.

14. PTERIS SEMISERRATA; *fronde pinnata; pinnis lineari-lanceolatis, apice ſerratis, infimis duabus bipartitis.*

DESCR. Frons cubitalis, dimidia parte nuda. *Pinnæ* lineari-lanceolatæ, vix digitum latæ, ſeſquiſpith. baſi integræ; parte attenuata ad apicem ſerrulatæ, ciliatæ, ſupremæ connexæ baſi, reliquæ magis magisque liberæ; infima utraque bipartita, lobo ſingulo reliquis pinnis ſimili.

15. PTERIS VIRIDIS.

DESCR. Frondis foliola, ſeu *pinnæ primæ*, diſtinctæ, 2 vel 3 ſupremæ connatæ, integræ, ſupremæ lanceolatæ, ſimplices, alternæ, ſeſſiles, dente laterali ad baſin. *Inferiores* ſenſim longius petiolatæ, magis oppoſitæ; primum pinnatifidæ, dein pinnatæ, trijugæ cum impari: ſeſſiles, ovales, a rachi oblique ſtriatæ, terminales. *Rachis* major & minor atro-purpurea, at pinnæ omnes virides.

16. PTERIS DENTATA; *pinnis primis ſeſſilibus, remotis, decurſive pinnatis, pinnis oppoſitis, linearibus, crenato-dentatis.*

DESCR. Frons ſeſquipoll. *Pinnæ* magnæ inferne oppoſitæ, 3 poll. longæ: earum *p. ſec.* alicula connexæ, obtuſe-dentatæ.

17. PTERIS

17. PTERIS SERRULATA; *fronde ſupradec. pinnis ſec. concatenatis, lanceolatis, ſerrulatis; infimis ſejunctis, pinnatis.*

DESCR. Frons bipedalis. *P. primariæ ſupremæ* ſimplices, concatenatæ; reliquæ remotæ, ſupra alternæ, pinnatæ: *inferiores*, oppoſitæ, baſi bipinnatæ. *Secundariæ* patentes, longe-lanceolatæ, ſerrulatæ cum oppoſitis & proximis connexæ; *infimæ* ſejunctæ, pinnatæ. Hæc ſpecies ab aliis ſe diſtinguit foliolis ſerrulatis, acutis.

18. PTERIS FARINOSA; *pinnis prim. ſeſſilibus, oppoſitis: ſupremis concatenatis, inferioribus remotis; ſecundariis connatis; ſubtus farinoſo-tomentoſis.*

DESCR. Frons pedalis. *Pinnæ* omnes oppoſitæ. *Primariæ* ſuperiores cum oppoſita connatæ & cum proximis concatenatæ; margine ſolum crenato-dentatæ. *Inferiores* ſenſim remotæ, usque ad bipollicare ſpatium pinnatæ. *Secundariæ* connatæ cum oppoſita & concatenatæ cum proximis: in infimis maximis pinnis interdum per paria remotæ: exteriores minores; omnes obtuſe-crenato-dentatæ.

ADIANTHUM.

19. ADIANTHUM INCISUM; *fronde pinnata; pinnis ſeſſilibus, alternis, ſemiovatis, ſuperne inciſis, intus & ſubtus rectis, integris.*

Hadíe. Arab. *Meſchát el ghoráb.* مشات الغراب Singulæ pinnæ lobi duo prope rachin; ſæpe ſolæ floriferæ; interdum reliquæ.

LYCOPODIUM.

20. LYCOPODIUM IMBRICATUM; *frondibus ramoſis, pinnatis; omnibus rachi ſupra & ſubtus biſariam imbricatis.*

Ibid. Arab. *Rœſeu.* رصن Ad *Uahſát* dictum *Schaker rabba;* شاكر ربه i. e. *gratias agens domino ſuo*; quia folia, licet exarida & contorta, pluvia irrigata conſeſtim ſe expandunt & virorem renovant.

ULVA.

21. ULVA RETICULATA; *fronde reticulata; ramis linearibus, planis, varie perforatis.*

Foramina majora pollicaris diametri; rami foraminibus oblongis, inæqualibus, unius ſerici.

Ad *Gomſodæ* & *Mochhæ* littora, ut & ſequens.

22. ULVA CAVERNOSA; *ſubgloboſa, ſolitaria, rugoſo-plicata, intus vacua.*

Diameter bipoll. Color cinereo-viridis. Plicæ ſine ordine: cutis hinc inde velut contracta, depreſſa, intus formans locula plura, vacua, ſine pulpa.

23. ULVA ORYZIFORMIS; *articulis veſicularibus, congeſtis, cohærentibus.*

Ad littora Galliæ, Aſiæ, Ægypti. Soli aliquamdiu expoſita, refert pultem oryzæ coctæ.

24. ULVA CUNEATA; *caule tereti, undique imbricato; veſicis cuneiformibus, compreſſis; apice perforatis, limbo dilatato, concavo.*

DESCR. *Caulis* anguſtus, ſubteres, undique imbricatus veſiculis, cuneiformibus, compreſſis; ſuperne limbo erecto, dilatato; foramine parvo in medio, tecto particula limbi inflexa; unde limbi figura reniformis. Tota alba; ſed forte exſiccata erat.

Prope urbem *Tör.*

25. ULVA *veſicis ovatis, compreſſis; foramine apicis oblongo.*

Mochhæ. An varietas prioris?

26. ULVA CONFERVOIDES; *viridis, fili craſſitie; ſimplex ſine ramis.*

In freto *Öreſund*; rarior.

CONFERVA.

27. CONFERVA PLANA; *frondibus compreſſis, rubro-violaceis; ramis diſtichis, confertis.*

DESCR. Digiti longitudine. *Frondes* coacervatæ, compreſſæ, adeo ut omnes in eodem plano; rubro-violaceæ, membranaceæ. *Caules* majores latitudine magni fili; coriacei. *Rami* pollicares, conferti, ramulis iterum confertis, diſtichis. Planta aquis extracta non collabitur; rigidula.

Mochhæ paſſim.

28. CONFERVA SETICULOSA; *caulibus viridibus, teretibus, ramoſis, ſeticulis, ſparſis, numeroſis.*

DESCR. *Caules* ſpithamales; baſi fili latitudine, teretes, virides, pellucidi; ramis numeroſis, ſparſis. *Seticulæ* vel papilli ſubulati, undique per caules ramoſque, frequentes, breves. Planta rigidula; non in rivis creſcit, ſed in aqua marina *Mochhæ*; aliquantum diverſa a figura in *Dill. Muſc.* tab. 4. fig. 15.

29. CONFERVA LITTORALIS; *ramis longis, remote piloſis, non ſcabris, ſubgeminis.*

Conſtantinop. in portu. Planta fuſca, filiformis.

30. CONFERVA

30. CONFERVA DICHOTOMA; *geniculis incraſſatis, rubris, ſæpe piliferis, ſetæ craſſitie; filis dichotomis, hyalinis.*

Obs. In geniculis flavis vidi ope microſcopii punĉta brunea. Figura *Dillenii* citata a *Linn.* non quadrat, (tab. 6. fig. 36. 37.) articulis obovatis, geniculis anguſtatis.

Adhæret Fucis natantibus in *Mari Mediterraneo.*

31. CONFERVA THERMALIS.

Obs. Thermæ *Hammam faraûn* e regione *Gloheibe* aquam effundunt ad mare canaliculis multis. In horum fundo hæc viguit Conferva, licet caloris numerabatur gradus 49 in Thermometro Reaumurii. Diſtantia erat jam 30. paſſuum ab orificiis in monte, aqua totam viam emenſa in arena. Hanc plantæ patientiam non ſatis potui admirari. An tales Salamandræ vegetantes in aliis reperiantur Thermis, ignoro. Specimen, antequam deſcriberem, magno meo dolore perdidi.

SPONGIA.

32. SPONGIA OFFICINALIS; *tenax, ſubramoſa, violaſcens, foraminibus majoribus, apertis.*

Ad *Sués* frequens lapidibus affixa: ſubſtantia durior. Etiam ad littora *Alexandriæ.* Arab. *Höſu juſeph.* حسن يوسف Cum ſucco Citri & aqua mixta, frequens Coſmeticum mulieribus ad inducendum colorem rubrum. Sed cutem vehementer fœdat.

33. SPONGIA RUBRA; *tenax, ſimplex, carinoſa, obſcure rubra, depreſſa, ſubrotunda, tuberculis elevatis, poris æqualibus.*

Ad *Sués* lapidibus affixa, frequentiſſima: intus cinerascens.

34. SPONGIA NIGRA; *tenax, globoſa, æqualis, farĉta; extus nigra; intus cinerea.*

Ad *Sués* parcius. Subſtantia æqualis, cuniculis nullis.

35. SPONGIA FLABELLIFORMIS.

Chartam referens albidam: lamellæ plures baſi connatæ: altera pagina æqualis; altera ſulcis tenuibus longitudinalibus, interruptis

Ad urbem *Tôr.* Diverſa a *Maſſilienſi* rubra, craſſa, expanſa, utrinque æquali; in quam charaĉt. *Sp. flab Linn.* quadrat.

FUCUS.

36. FUCUS SERRULATUS; *caulibus teretibus, ramoſis; foliis linearibus, ſerrulatis, ſimplicibus, veſicis nullis.*

DESCR. Totus viridis. *Caules* anguſti, teretes, ſpith. ramoſi. *Folia* pollicaria, linearia, acuta, ſerrata; interdum ſimplicia, interdum medio diviſa, in duas, tresve lacinias lineares, ſerratas.

37. FUCUS ACEROSUS; *caulibus teret. ramosis; ramis distichis, confertis; undique setis filiformibus, patentibus: vesicis foliisque nullis.*

DESCR. *Caules* spith. exteriores decrescentes, & demum filum æquantes. *Rami* distiche ramosi, ramulis confertis, poll. filiformibus. *Setæ* filiformes, flexiles, attenuatæ, brevissimæ, patentes, conferte insidentes caules ramosque; unde figura similis arborum acerosarum dum pinguntur. Color flavido-fuscus.

38. FUCUS PAPILLOSUS; *caule tereti, ramoso, undique seriebus spiralibus papillorum, apice dilatato-multiloborum; vesicis nec foliis ullis.*

DESCR. *Color* aliis fuscus, aliis flavus. *Caules* conferte ramosi, pedales. *Papilli* minimi, teretes, apice crassiores & fastigiati, angulati, vel in papillulos 3, 4, 5 divisi: multis seriebus spiralibus circa caulem & ramos: sæpe multilobi.

39. FUCUS LINEARIS; *frondibus planis, linearibus, dichotomis, sensim angustioribus; apicibus acutis; vesicis nullis.*

DESCR. *Frondes* integræ, spith. ad singulas dichotomias decrescentes, planas, tenues, pellucidas, flavido-fuscas: apices sæpe furcati, semper acuti. *Ramuli* supremi prope apicem lanceolati. Planta mollis, aquis extracta collabens. Vesicæ & fructificationes non manifestæ.

40. FUCUS CESPITOSUS; *caule tereti, ramoso, conferto, papilloso; papillis attenuatis, simplicibus, ramulosis.*

Fuscus; ramis complicatis, denuo connatis. Papilli undique conferti, attenuati. Vesicæ nullæ.

41. FUCUS SETICULOSUS: *teres, ramosus; papillis sparsis; ramis basi in vesicam papillosam dilatatis.*

DESCR. *Caulis* spith. fili crassitie: papillis sparsis, setiformibus: sine ordine ramosus. *Rami* minores prope basin in vesiculam ovatam, papillis denatam, dilatati, dein iterum angusti, filiformes, ramulosi.

42. FUCUS FRAGILIS; *caulibus filiformibus, dichotomis, fragilibus, fastigiatis; foliis vesicisque nullis.*

DESCR. Similis Licheni fragili, faciens cespitem subglobosum, conferte ramosum. Caules rufescentes, filiformes, rigidissimi; sicci fragiles, quasi calcarei.

43. FUCUS PLUMARIS; *caule tereti, repente sursum, ramoso, ramis plumiformibus; foliis distinctis; vesicis nullis.*

DESCR. Color totius gramineo-viridis. *Caulis* flavescens, repens, vel prostratus, fundo incumbens: *ramis*, sparsis, confertis, bipoll. plumiformibus:

bus: i. e. *foliolis* filiformibus, diſtichis; patentibus, confertiſſimis; rami unguis ſpatio ſimplices, dein diviſi in 2 vel 3 ſimiles plumas lineari-lanceolatas, ſeſquipollicares. Singularis prorſus ſtructura.

44. FUCUS DEBILIS; *caulibus teretibus, ramoſis, ſubfaſtigiatis, tubuloſis, debilibus; foliis veſicisque nullis.*

DESCR. *Caulis* ſeſquiſpith. adeo debilis, ut aqua extractus, dilabatur.

β) Variat: caule rigidiore, minore, in globum tripollicaris diametri ſe diffundente: aquis extracto, figuram ſervante. Uterque colore livido: caule intus cavo, apice furcato, acuto; rami nec decreſcentes, neque craſſitie aucti.

45. FUCUS LAMINOSUS; *frondibus planis, dichotomis, ſenſim latioribus, margine nudis.*

Sequenti perſimilis & forte varietas. *Caulis* in media baſi frondis exit ſubulatus ad ſemipoll. ſpatium, utrinque convexus, tomentoſus. *Folia* nulla ad marginem frondium. Arab. *Kauaf.*

46. FUCUS FOLIIFER; *frondibus planis, dich. ultimis margine & apice foliiferis.*

DESCR. *Frondes* baſi fuſcæ, anguſtæ; dein ſenſim dilatatæ: extimæ verruculis fuſcis, ſparſis numeroſis in utraque pagina; margine proferentes *folia* parva, lineari-lanceolata, in eodem plano cum fronde ſita, integra. *Caulis* ſemipoll. ſpatio a radice extenditur; convexitas utrinque in media baſi frondis.

Omnes hi Fuci ad *Mochhæ* littora.

47. FUCUS DENTICULATUS; *caule tereti, ramoſo, foliis linearibus denticulatis; veſicis globoſis, pedunculatis.*

Ultra 3 ulnas ſæpe longus; flaveſcens.

48. FUCUS CRISPUS; *caule tereti, ſubramoſo; foliis confertis, ſeſſilibus, ovalibus, denticulatis; undulato-criſpis; veſicis pedunculatis.*

Folia pollic. Color viridis.

49. FUCUS RACEMOSUS; *caule tereti, repente-ramoſo; veſicis obovatis, conferte racemoſis; foliis nullis.*

Totus viridis. Caulis repens in fundo. Racemi veſicularum tripollicares, undique veſiculis viridibus imbricati.

50. FUCUS ARTICULATUS; *ramis alternis, articulatis, triquetris; articulis cuneiformibus; angulis ſubalatis, dentatis; foliis veſicisque nullis.*

Cartilagineus: viridi-flavicans: rami bipoll. ſine ordine exeuntes e geniculis: articuli triquetri, deorſum attenuati: genicula arctata, triquetro-filiformia.

Hæ quatuor ſpecies ad littora *Sues.*

51. FUCUS

51. FUCUS CONOIDES; *caule tereti, ramoſo, ramis conoidibus; veſicis deltoidibus, dentatis, ramos imbricantibus.*

DESCR. *Caulis* poll. flaveſcens, durus. *Rami* inæquali ſpatio diſtantes, conos abietinos referentes, cylindricos, obtuſos, pollicem craſſos, 3 poll. longos, veſicis denſe imbricatis. *Veſicæ* alternæ, propinquæ, ſeſſiles, deltoideæ, ſupra concavæ, ſubtus pyramidem triquetram inverſam formantes, lateribus tribus triangularibus. Omnium 4 laterum margines carinati, dentato-ſpinoſi: pyramides intus vacuæ; adeoque veſicæ. In earum alis novi ramuli uvis parvis ſimiles; maturi conoides.

52. FUCUS SUBREPANDUS; *caule compreſſo, ramis alternis; foliis lineari-lanceolatis, ſubrepando-dentatis, veſiculis pedunculatis.*

DESCR. *Caulis* cubitalis, compreſſus, flaveſcens. *Rami* alterni, ex marginibus caulis, non e latere; ſeſquipoll. *Folia* alterna, conferta, obtuſa, quædam integra, alia ſubrepanda, alia ſerrato-dentata. *Veſiculæ* axillares, globoſo-ovatæ. *Puncta* excavata, ſparſa in utraque foliorum pagina.

OBS. Fucus hic prope accedit ad *Fucum natantem* (*Sargazo*) ſed foliis gaudet dentatis, non ſerratis; neque ſunt veſicæ ariſtatæ. Natat acervatim propulſus ventis & undis; ſimul tamen creſcit & ſe propagat. Verum hæc eſt patria fortuita; vidi illum ſcopulis Coralligenis affixum & denſa ſylva vigentem. Maxime credibile mihi videtur, Sargazo originem habere e fundo fixo & baſi radicata; quamvis teneri caules, externa vi abrupti & in unam texturam compulſi ventis periodicis, etiam ſic vivere poſſint. Mare Rubrum ſæpe hanc ſylvam geſtat natantem, plenam Animantibus parvis marinis.

53. FUCUS TRINODIS; *caule tereti, ramoſo; ramulis in tres veſiculas inflatis, apice ſubulatis.*

DESCR. *Caulis* teres, flaveſcens. *Rami* bipollicares. *Ramuli* alterni, conferti ſemipoll. baſi filiformes, medio trinodi, latiores, ob ramuli medium dilatatum in veſiculas tres, raro 4; interdum binas; oblongas, propinquas; apice filiformi ſubulati. Folia nulla.

Hæ tres ſpecies ad littora urbis *Tór*.

54. FUCUS UVIFER; *teres, ramis ſparſis, glandulis ovatis, confertis.*

Refert uvas puniceas parvas, pellucidas.

In portu *Conſtantinop. Mochhæ* vidi ramos uvis ungue brevioribus, pollice longiores, cylindricos, papillis cylindricis; iterum ramuloſis.

55. FUCUS DIVARICATUS; *flaveſcens, membranaceus, dichotomus, linearis, apicibus multilaciniatis.*

Conſtantinop.

56. FUCUS.

56. FUCUS VISCIDUS; *caulibus teretibus, dichotomis, ramosis, fastigiatis, apicibus bicornibus.*

Totus albidus. Facie & magnitudine *Lich. rangif.* Viscidus, etiam intus. *Constantinop.* testis concharum affixus.

57. FUCUS MUSCOIDES; *caule tereti, rubro, apice flavido, ramosissimo; spinulis sparsis, inollibus.*

An idem cum illo ex *Insula Ascens.* (*Spec. Pl.*), conferant alii. *Constantinop.* copiose. Græcis Μυρμηγκοβότανη. Turcis frequens in usu contra *Lumbricos* infantum: dum per biduum aceto succus extrahitur; dein herba, dosi gr. aliquot, propinatur.

58. FUCUS CARTILAGINEUS; *foliis rubris, oblongis; petiolo angusto, caule rubro aut viridi, compresso, dentato, vix articulato, brevissimo.*

In freto *Öresund*; Confervis aliisque Fucis adhærens.

59. FUCUS EXCISUS; *caule basi excisa; ramulis lateralibus subulatis, brevibus, spiniformibus, in medio caule in ramos longiores exeuntibus.*

Ibid. Rarior. Color nigricans.

60. FUCUS PROLIFER; *frondescens, viridis; articulis obovatis, planis, proliferis.*

Alexandriæ ad littora Maris Mediterranei.

LICHEN.

61. LICHEN PRUNASTRI.

OBS. Lichen hic Ægypti indigenus non est; singulari tamen attentione dignus, propter usum in re pistoria. Nescit Ægyptus artem Cerevisiam more Europæo parandi; hinc & Fermentum ignorat. *Chamir* ejus loco adhibetur, quæ massa est panis non cocta, & levissime acescens. Hæc mixta cum farina subacta, fermentationem producit. In hoc secreto primum deceptus fui. Plurimum audivi nomen *Schæbe*, شيبه herbæ cujusdam, mihi ignotæ, sine cujus admixtione nullus conficitur panis. Allata mihi fuit Artemisia (absinth.), quam eodem nomine denotant Arabes, propter colorem cinerascentem; significat enim Schæbe *capillos canos*. Verum tandem exemplar obtinui, & admirabundus agnoui plantam Hyperboream. Totis navium oneribus Alexandriam advehitur ex Archipelago, & præsertim Insula *Scanchio*. Rosettæ, Kâhiræ & aliis locis distribuitur. Hujus Lichenis manipulo aqua per duas horas imbuitur; quæ pani azymo adjecta gustum conciliat peculiarem & Turcis delicioſum. *Lichen furfuraceus* quoque in usu est, sed parcior affertur. Pretium est 7 vel 8 *Parà* 1 *Ock.*

APPENDIX
PLANTARUM
ARABIÆ FELICIS
INDETERMINAT.

I. SUB-OBSCURÆ.

FRUCTIFICATIONE IMPERFECTA.

I. HORAK. حرق *Hadie. Pentandria, monogynia.*

Descr. *Caudex* arboreus. *Folia* oppoſita, late-lanceolata, plana, rigida, craſſa, ſupra nitida, ſubtus ſcabra. *Paniculæ* axillares. *Flores* ſeſſiles, infundibuliformes, monopetali, inferi. *Calyx* 5-partitus, perſiſtens. *Stamina* 5, tota adnata, antheris ſolis liberis. *Stylus* 1; apice incraſſatus, ſimplex.

II. SCHANS. شنس In monte *Sudan. Pentandria, monogynia.*

Descr. Arbor inermis. *Folia* ternata, ſeſſilia; lateralia ovata, medio obovata, ſub-emarginata. Petiolum breviſſimum. *Flores* flavi, magni, pentandri, monogyni, monopetali, inferi. *Stamina* inclinata. *Capſula* utrinque ſubulata, unilocularis, diſperma.

III. Anonyma. In monte *Melhán. Hexandria, monogynia.*

Arbor Citro ſimilis. *Flos* 4-petalus, nectario tubuloſo, in medio extra ſtamina.

IV. Anonyma. In *Melhán, Didynamia, gymnoſpermia.*

Flos reſupinatus, ſine proceſſu baſeos filamentorum. *Calyx* 5-fidus.

V. Anonyma. *Hadie. Didyn. angioſpermia.*

Frutex. *Calyx* 5-fidus, labio ſuperiore ſtriato, emarginato; inferiore trilobo. *Folia* ovata, integra.

VI. Anonyma. In monte *Barâh. Didyn. angioſp.*

Descr. *Flos* albus, ringens labio inferiore trilobo, plano; fauce venis violaceis notata; labio ſuperiore erecto, bidentato. *Folia* petiolata, ovato-lanceolata, integra, pubeſcentia.

VII. SCHAD-

VII. SCHADJARET ELHARNEB. شجرة الهرنب *Hadie. Diadelphia.*

Folia ternata, myrtiformia, fragantia.

VIII. SCHUREDJ. *Surdûd.* METTAN vocata *Beit el fakîh. Diadelphia.*

Legumina clavata, compreſſa, villoſa. *Folia* ternata, ſubrhombea, tomentoſa.

IX. ANONYMA. In monte *Barâh. Diadelphia.*

Volubilis. *Flores* ſubſpicati, flavi. *Foliola* ternata, ovato-lanceolata, medio majore.

X. ANONYMA. *ibid. Diadelphia.*

Scandens. *Flores* ſubterni, violacei. *Folia* ternata.

XI MATEN. متن In *Barâh. Diadelph.*

Flores racemoſi, capitati, miniato-rubri. *Folia* ovato-rhombea, ternata, medio pollicari. *Stigma* glabrum.

XII. ASM. عصم In *Sudan. Diadelphia. Decandria.*

DESCR. Arbor. *Flores* papilionacei, flavi. *Stamen* decimum liberum. *Stigma* non barbatum. *Alæ* vexillo breviores (quod in Diadelphis rarum). *Folia* pinnata, trijuga cum impari. *Foliola* pedicellata, obovata cum acumine, extrorſum ſenſim majora.

XIII. ANONYMA. *Melhâu. Diadelphia.*

Legumen compreſſum, lineare, tripollicare, digitum latum. *Foliorum* pinnæ primæ 9-jugæ; *foliola* linearia, fere 20-juga. *Spinæ* ſtipulares binæ, ſuperiores multo longiores.

2. PLANTÆ OBSCURÆ.

FRUCTIFICATIONE DEFICIENTE.

XIV. KÆLUB. كلوب *Hadie.*

DESCR. Frutex brachiatus, ramis villoſis. *Folia* breviter petiolata, ovali-acuta, ſeſquipollicaria, integra, ſupra nitida, ſubtus villoſa. *Paniculæ* corymboſæ, ramorum terminales vel axillares; paniculæ rami & pedicelli patentes, uniflori, ſemipoll. *Stamina* pedicello breviora, cylindrica, villoſa, ſeriebus angularibus 5-duplicibus *Glandularum*; ſeu alternatim in duabus lineis poſitarum. *Nucleus* unicus, oblongus.

XV. SCHEKAB. شقب *Hadíe.*

Fruticulus, *foliis* oppoſitis, breviter petiolatis, ovato-acutis, integris, glabris, pollice brevioribus, fragrantibus.

XVI. ASN. اسن *Melhán.*

Arbor, *Malo* ſimilis, *foliis* oppoſitis, lanceolatis, integris, tripoll. margine & rachi villoſis.

XVII. NASAF. نصف *Hadíe.*

Arbor: *foliis* alternis, linguiform. integris, bipoll. villoſis; petiolo pollicari, villoſo, ſurſum craſſiore; *ramis* ultimis villoſis. Folia interdum baſi ſubcordata.

XVIII. GAVAG. قوق In *Melhán.*

Arbor: *foliis* cordato-acuminatis, alternis; *capſulis* 3, ſæpe 4.

XIX. SAR. سر *Ibid.*

Foliis alternis, confertis, lanceolatis, integris, petiolatis, nitidis, pollic.

XX. THOA. ثوع *Ibid.*

Arbor: *foliis* petiolatis, oblongo-lanceolatis, integris, glabris, alternis, opacis, venis reticulatis.

XXI. LÆBACH. لبخ *Ibid.*

Arbor: *foliis* petiolo duplo longioribus; cæterum ſimillimis cum foliis arboris *Sar.* (XIX.).

XXII. BSUSS. بسوس *Surdúd.*

Foliis alternis, lanceolatis, ſubſpith. integris, breviter petiolatis; ſquamis ad baſin ſolii.

XXIII. KUER. *Melhán.*

Foliis late-ovatis, petiolo brevioribus, ſerratis, alternis; *ſtipulis* binis, filiformibus, longis.

XXIV. HINSIB. حنسب Prope *Taas.*

Arbor: *ramis* apice ſpinoſis; *foliis* petiolatis, ternatis; *foliolis* approximatis; medio quadruplo majori, apice ſubſerrato; lateralibus ovalibus, ſemiunguem longis; *petiolo* breviſſimo.

XXV. SIBBIE.

XXV. SIBBIE. سبيه *Kurma.*

Frutex: *foliis* alternis, unguem remotis, anguſte lanceolatis, baſi attenuatis; ſeſquipoll.

XXVI. HOBED. حبض *Ibid.*

Frutex: *foliis* oppoſitis, breviter petiolatis; longe lanceolatis, integris, rigidis.

XXVII. KATAF. (falſo ſic dicta.) *Ibid.*

Arbor: *foliis* oppoſitis, diſtichis, cordato-lanceolatis, ſeſſilibus, 6-poll longis, 2 poll. latis, integris, ſubtus villoſis, parum remotis, ideoque ſubconfertis.

XXVIII. TÆNAB. طنب *Djöbla.*

Arbor. *Drupa* oblongo-globoſa, flaveſcens, glabra, nucis magnitudine, cortice tenui, pulpa exigua, valde inſipida, glutinoſa, hyalino-flaveſcente. *Nuces* foveolis 9, multiloculares. *Calyx* 10-dentatus, ſtriatus.

XXIX. NAKUS. نقوس *Kurma.*

Frutex: *foliis* oppoſitis, lanceolato-cuneatis, apice rotundatis, ſeſquipoll. integris, glabris, ſeſſilibus, vel breviter petiolatis, rigidis.

XXX. EMRICH. امريخ *Djöbla.*

Caulibus ſcaberrimis: *foliis* coriaceis, ſcabris, integris, oppoſitis, breviter petiolatis, ovato-acutis, tripoll.

XXXI. NÖMAM نمم *Hadîe.*

Arbor: *foliis* ternatis, ovato-lanceolatis, integris, 4-poll. pedunculis racemoſis, terminalibus; pedicellis longis; *baccis* bilocularibus; *ſeminibus* 2.

Vocatur falſo *Chiar Schambar*: i. e. *Caſſia fiſtula.* Pulvis ſtipitum eſt antidotum laudatum.

XXXII. TENUAB تنوب *ibid.*

Arbor leguminoſa: *foliis* pinnatis; *foliolis* ovali-oblongis, exterioribus majoribus, 8-jugis, extimis ſquamula diſtinctis.

XXXIII HALEDJ. هلج *Surdûd.*

Descr. Arbor ſpinoſa, valide munita. *Folia* ovali-oblonga, craſſiuſcula, plana, integra, obtuſa, glabra, bipoll. geminata, ſeſſilia, in pedicello communi, brevi; ſubfarinoſa, ſemipoll remota. *Spinæ* alternæ, patentiſſimæ, foliis longiores, ſæpe bipoll. ſubulatæ, virides, mucrone flavo.

Rami teretes, ſubſcabri. *Fructus*: drupa ovalis, pollicaris, viridis, pulpa exigua, viſcida, dulcis. *Nux* grandis, obtuſe 5-angulata & alternatim 5-ſulcata, 5-valvis, unilocularis, monoſperma.

XXXIV. ANONYMA. *Hadle.*

DESCR. Fruticulus. *Folia* oppoſita, ſubſeſſilia, lanceolata, integra, pollicaria, olivæ-formia, ſubtus tomento albeſcentia. *Caulis* infimus & *Radix* villis puniceis teguntur.

XXXV. BÆCKA. بكا vel *Ebka.* ابكء *Djöblæ.*

Arbor, *foliis* obovatis, glabris, integris, lacteſcens, venenata.

XXXVI. FERAR. *Beit el fakîh.*

Frutex. *Spinæ* pollicares, alternæ. *Folia* ſupra ſpinas congeſta, ſpinis breviora, cuneiformia, integerrima. *Pedunculi* paniculari, congeſti, axillares. *Capſula* bilocularis, bivalvis, monoſperma (in quovis loculo.)

XXXVII. DAGABUSCH. *Lohajæ* alibique.

Caulis angulatus, denticulatus. An *Aſclepias*? Caulis amarus, tamen paſtoribus edulis.

XXXVIII. OKASCH. *ibid.*

Caulis articularus, teres, flexilis; aphyllus. Edulis.

XXXIX. DHARAF. *Kurmæ.*

DESCR. Arbor. *Rami* articulati, vaginati. *Folia* alterna. *Petiolus* bipollicaris, glaber, cylindricus. *Lamina* cordato-lanceolata, integra, ſeſquiſpith.

XL. ADIR. اذر In arenoſis circa *Sués.*

Herba ſpithamalis. *Folia* ſeſſilia, pinnatifida; laciniæ lineares, glabræ.

Planta Arabum medica. Decoctum foliorum recentium purgans. Infuſum foliorum frigidum in hypochondria commendatur.

XLI. ANDIAR. انجر Gramen crinitum. *Kurmæ.*

XLII. SCHIACH. *foliis pinnato-divifis, tomentoſis, fragrantibus.*

In valle *Mosbèha* prope *Sués*, copioſe. Forte *Gazellarum* (plures enim vidi) pabulum; nam hoc in campo fere nullæ creſcebant plantæ animalium palato convenientes.

XLIII. SYMM ELHORAT, id eſt: *Venenum piſcium*; fructus *Arabiæ Felicis*, magna copia transvectus ad Regiones Maris Rubri ſuperiores; eſt enim *Piſcaturæ* utiliſſimus. Vehementer illum apperunt piſces, ſed ejus eſu vertigine corripiuntur & ad ſuperficiem maris ſtupefacti enatant.

XLIV. SCHA-

XLIV. SCHAMAMA, شمامه fructus variegatus, Citro ſimilis.

XLV. HASCHISCHET ED DAHAB. حشيشة الدهب Si oves hac veſcuntur planta, dentes colore aureo tinguntur, & caro flava evadit. Oleum herbæ fulvi vel aurei coloris eſt. (*conf. Deſcr. Arab. Editoris. p.* 140.)

XLVI. BASSAL MISKAVI. بصل مسقاوي Hanc plantam ad Cepas pertinere puto. Referebat mihi Arabs, illam in terra ſicca creſcentem inveniri dulcem; acrem vero in humidis; aut nimium in hortis ſi irrigatur.

XLVII. ZIWAN. زوان *Zizania Aleppenſibus* notiſſima.

Inter Triticum viger. Si ſemina reſtant farinæ mixta, hominem reddunt ex panis eſu temulentum. Meſſores plantam non ſeparant; ſed poſt triturationem Vanni aut Cribri ope ſemina rejiciunt.

XLVIII. SCHEILEM. شيلم etiam agri vitium; a priore tamen diverſa ſpecies. Decocto plantæ obtunduntur ſenſus hominis, qui operationem Chirurgicam ſubire debet; *Avicenna* ſic referente.

XLIX. EDJLIL. اجليل an ſpecies *Salanthi*? Stipite & foliis unguntur ulcera; ſed periculoſum ſepticum indurans eſt.

L. ANAS. عنص Arbor venenatiſſima; ſi quis vel tantillum ſucci guſtaverit, os intumeſcit.

Creſcit in monte *Boré*. برع prope *Behahh*. بحبح

LI. SCHOKAR. شقر Rami finduntur in laminas tenues; quæ contuſæ materiem *Salab* سلب præbent funibus torquendis.

LII. GHARIB ELBÆCKE. غريب البكي Frequens in *Djebbel Höſwein*, in territorio *Abu aríſch*. Arbor lacrymans; avibus viſitata, quæ ſuccum ſtillantem excipiunt.

LIII DAHU دهو vel MDAHU. Defoliata toto anno primo; principio ſequentis folia promit. Lignum initio per octiduum album; poſt flaveſcit per octo dies; dein rubrum evadit, totidem diebus, totidemque nigreſcit. Poſtremo, enitentibus foliis viridem recipit colorem. (Sic mihi relatum eſt.) Surculi radicales crudi parum guſtati, vehemens abortivum ſunt.

LIV. HAB-

LIV. HABBALE. حبالة vel MOMSOCHA. مسوخا adhuc BOUL EL HOMAR بول الحمار Stipes igne uſtus fœtet. Recens laceratus fundit ſuccum rubro-flavum, urinæ Aſini ſimilem; & fructus annua mora nigreſcens ab hoc animali Phalli ſimilitudinem mutuatur.

LV. SEGLEG. سغلق Ad *Abu ariſth.* Foliis recentibus expreſſus ſuccus inſtillatur oculis infanti, recens nati. Excœcatur per oſtiduum; quo tempore elapſo, ejusdem arboris folia, (vel verius ſuccus) propinatur: ſic Viſus non ſolum reſtauratur, verum & miram obtinet vim, in ultimam usque ſeneſtutem duraturam. Solent quoque oculos ungere *Galaga uſta, Qöhl* dicta; quæ per totum corpus excitat maculas exanthematicas nigras *Bohak* بهاق quibus eruptis oculi ſanantur & vires recipiunt. Cæterum, idem hujus rei paradoxæ narrator, affirmabat *Leones* odorem arboris nequaquam tolerare.

DE-

DESCRIPTIONUM
PLANTARUM
SUPPLEMENTUM.

CENTURIA
OCTAVA.

PLANTARUM SUPPLEMENTUM.

DIANDRIA.

1. OLEA EUROPÆA. Græc. Ἐλιες. In *Archipelago* ſylveſtris. Fructus Græcis expetitus; Turcis ingratus.

Obs. In eadem arbore vidi ramulos diverſorum foliorum: *Veterum* enim ultimi ramuli *foliis lanceolatis* gaudent; *Juniores* ſurculi e trunco ſurgentes ferunt *folia parva, ovata, acuminata.*

2. SALVIA BIFIDA; *foliis radicalibus haſtato-lyratis, dentatis, hiſpidis.*

Descr. *Caulis* pedalis, tetragonus, villoſus, fere aphyllus. *Calyx* bilabiatus. *Verticilli* biflori. *Flores* magni, violacei; labium inferius medio albo, punctis violaceis. *Galea* extus glanduloſa, piloſa, viſcida, biſida. *Folia* in imo caule pauca, pollicaria, petiolata, lyrata; ad radicem plura, ſpithamæa, haſtato-lyrata, dentata, obtuſa, utrinque hiſpida. *Petiolum* folio dimidio brevius; ſcilicet: folium ad baſin laminæ anguſtum, inde dilatatum in auriculam utrinque unam; quæ tamen ambæ anguſtiores lamina magna; his denique adjungitur petiolus nudus.

Ad pagum *Belgrad* prope Conſtantinop. frequens in pratis.

TRIANDRIA.

3. CYPERUS MINIMUS; *capitulo terminali; involucro triphyllo; foliis planis, ſemi-teretibus, canaliculatis, recurvis; ſcapo tereti, ſeſquipedali.*

Ad littora *Maris Marmoræ.*

4. PHALARIS MURICATA; *ſpica cylindrica; floribus geminatis; calyce fructifero, aculeato-muricato.*

Descr. *Culmus* teres, glaber, ramoſus, erectus, ſeſquiſpith. *Folia* ad ſingulum geniculum 2; quod in Graminibus inſolitum. *Vaginæ* ſtriatæ, ſeſquipoll. interdum æquales, oppoſitæ; interdum inæquales, alternæ. *Folia* plana, glabra, ciliata, ſetis rigidis pungentibus. *Spica* terminalis, florens, viridis, hiſpida, fructificans, ferruginea, aculeata. *Flos* ſeſſilis, geminus, ſemper in pedicello communi breviſſimo. *Glumæ* calycinæ utræque ſetis hiſpidæ, corollam includentes, mucronatæ; interior linearis, anguſta; exterior ovato-oblonga, priore latior & longior.

Gramen

Gramen ſingularis formæ, Calycibus muricatis, in ſpica geminatis. Phalaridis nomine inſignivi, ob Calycem uniflorum, corollam includentem.

Ad littora *Maris Marmoræ.*

5. BROMUS SQUARROSUS; *ariſtis compreſſis; glumis interioribus ciliatis; foliis utrinque pubeſcentibus & vaginis inferioribus; ſuperioribus glabris.*

Eſtac prope *Maſſiliam.*

TETRANDRIA.

6. SCABIOSA LYRATA; *foliis radicalibus ovatis; caulinis pinnatis.*

DESCR. *Caulis* ſubtomentoſus. *Pedunculi* longi, glabri. *Folia radicalia* ovata; in petiolis interdum pinnata, unde evadunt lyrata. *Folia caulina* pinnata. *Corollæ* 5-fidæ, radiantes, violaceæ. Dichotomia una.

Ad *Dardanellos.* Facies *Scabioſæ argent.*

7. GALIUM PASCHALE; *foliis lineari-lanceolatis, mucronatis, glabris.*

DESCR. *Folia* 4-8-na, margine retrorſum ſcabra. *Caulis* quadrangulus. *Pedunculi* dichotomi. *Fructus* glaber.

OBS. Græci Conſtantinop. plantam vocant Ριζάρι. Radicem aqua coquunt, usque dum ſuccum probe emiſit; quo facto, eadem aqua coquunt *Ova paſchalia*, quæ inde rubro tinguntur colore.

PENTANDRIA.

8. *CONVOLVULUS* PROSTRATUS; *caule proſtrato; foliis ſeſſilibus, lineari-cuneatis, piloſis; pedunculis axillaribus, unifloris, dibracteatis.*

Mor. Vidi eundem inter frutices *erectum.*

9. C. BIFLORUS; *foliis poſtice truncato-rotundatis; pedunculis ſæpe bifloris.*

In deſertis *Kahirinis.*

10. C. HASTATUS; *caule volubili, bicubitali, ſcandente; foliis haſtatis, bipollicaribus, baſi infra unidentatis, pedunculis geminis, ſemel dichotomis.*

Kahiræ. Arab. *Öllæik*; nomen generale plantarum volubilium. Florum forma & color ſimilis *Conv. arvenſi.*

11. CONVOLVULUS SERICEUS; *caule volubili; ſtigmate ſimplici; foliis palmato-pedatis, ſericeis; pedunculis unifloris.*

DESCR. *Caulis* volubilis, cubitalis, ſublignoſus, fili craſſitie, leviter tomentoſus. *Folia* alterna, petiolo filiformi, ſemipollicari. *Lamina* cordata, pollicaris, palmato-pedata, lobis vel laciniis ſeptem, mediis longioribus; interdum filiformibus, interdum dentatis, extimis bifidis, omnibus cinereo-ſericeis. *Stipulæ* binæ, breves, filiformes. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, uniflori. *Flores* violacei, pollicares. *Stigma* ſimplex, acutum. *Capſula* bilocularis, globoſa, diſperma *Semina* nigra.

Ad littora *Maris Marmoræ* in ſepibus. Dubii generis planta; ſtigmate ſimplici, nec tamen capitato ad *Ipomœam* vix accedit. Capſula biloculari ſimilis eſt *Conv. macrocarp.*

12. PHYSALIS RAMOSA; *foliis ſimplicibus geminisque, late ovatis, acutis, ſinuato-dentatis, ſubvilloſis.*

Flores flavi. *Fructus* valde inflatus, quinquagonus, bacca, ruber, ſiccus. Planta annua; facie *Alkekengi.*

Ad *Uahfâd.*

13. SIDEROXYLON INERME; *foliis ovato-lanceolatis, crenatis, glabris, alternis.*

Corolla inter lacinias non dentata; monopetala, infera, 5-fida. *Folia* 3-pollicaria. *Bacca* 4-ſperma.

Hadîe. Arab. *Uaraf.*

14. RHAMNUS NABECA. *Variat:*

a) *Rh. divaricatus;* foliis ſemipollicar. Caulibus ad ſingula folia divaricatis; ſpinis validis, ſæpe geminis.

b) *Rh. rectus*; ramis rectis; ſpinis aut nullis, aut ſolitariis ad latus petioli, rectis patentibus; foliis pollicaribus. *Utriusque* caudex arboreus; fructus drupa, nuce biloculari; folia crenulata, trinervia, glabra, ovata, obtuſa, alterna, diſticha, petiolata; ſtipulæ ſetaceæ.

Arab. Prior *Sidr*, vel *Ghaſſ* aut *Ælb.* علب Alter *Ardj* vel *Örredj.* عرج

15. EVONYMUS INERMIS; *foliis alternis, ovatis, ſerrulatis.*

DESCR. *Caulis* fruticoſus. *Folia* parva, ſeſſilia, nitida, venis reticulata. *Calyx* campanulatus, 5-partitus, ruber. *Baccæ* 3-5 intra calycem; virides; maturæ nigreſcentes.

Hadîe. Arab. *Benât.* بنات *Djöblæ: Öyun eunemr.* عيون النمر

16. MAN-

16. MANGIFERA AMBA.

DESCR. *Folia* conferta, ſparſa, alterna, lanceolata, ſpitham. *Perianthium* 5-phyllum. *Petala* 5, infera. *Stamina* 5; unum ſolum magnum, fertile in iis quos vidi floribus; reliqua minuta, abortientia; ſingula impoſita *Glandulæ* magnæ. *Fructus* ovatus, flavus, edulis, magnitudine ovi anſerini.

Hadíe illata hortis, exotica, Indicæ originis; adhuc rara. Arab. *Amb.* عنب

17. *NERIUM* OBESUM; *foliis ſparſis, oblongis; ramis loriformibus.*

Caudex mollis, bulbum referens ſupra terram, volumine capitis humani.

Melhán. Arab. *Öddajn.* عدين vel *Aden.* عدن

18. N. *foliis ternatis, longe-lanceolatis, planis, nitidis, ſpithamalibus.*

Hadíe. Arab. *Darah.* Arbor magna; folia ſimillima *Salicis frag.*

19. N. *foliis integris; petiolo bipollicari; ramis articulatis, vaginatis.*

Kurmæ. Arab. *Dharaf.* Incertus ſum, an hæc ſpecies & prior ad Nerium pertineant.

20. *CHENOPODIUM* VIRIDE; *foliis nudis; floribus ſeſſilibus, verticillatis.*

DECSR. *Folia* obtuſe-ſerrata, cordata, venoſa, ſub-villoſa. *Bracteæ* linearí-lanceolatæ, ciliatæ. *Calycis* labium inferius coloratum, longum, tridentatum. Planta herbacea.

In *Temen* frequens. Arab. *Rokeb ed djemmel.*

21. CH. SEROTINUM? *foliis oblongis, eroſis, poſtice integris; racemis compoſitis, terminalibus*

Folia ſubtus valde farinoſa, alba, ſupra fere nuda. *Racemi* infimi ſuffulti bractea lanceolata. *Petiolus* breviſſimus.

Taæs in cultis.

22. CH. TRIANGULARE; *foliis triangularibus, aquilateris, poſtice integris; racemis decompoſitis, ſubnudis, axillaribus, terminalibus.*

DESCR. *Folia* ſeſquipoll. parum ſubtus farinoſa; farina viridi; latiora magis quam longiora, eroſa; ſæpe integra. *Petiolus* ſeſquipoll. *Racemi* raro ſuffulti bractea lanceolata; *ramis* denuo ramuloſis; ideoque decompoſitis.

Circa *Taæs* frequens.

23. BUPLEURUM FLAVUM; *foliis linearibus.*

DESCR. *Caulis* dichotomus, erectus, pedalis. *Folia* radicalia linearia, adeo ut caulis fere nudus appareat. Folia caulina lanceolato-linearia, ſeſſilia.

Involucella universalia 5-phylla, lanceolato-mucronata, 3-carinata. Involucra partialia 5-phylla, umbella duplo longiora.

Ad *Dardanellos* in arvis.

24. *CAUCALIS* PUMILA? *Alexandriæ*; vernalis.

DESCR. *Folia* tripinnata, villosa, ut tota planta. *Petala* plana, apice replicata, inflexa. *Involucra* universalia, simplicia, raro apice biloba; interdum omnia triloba. *Pedunculi* masculorum florum breves. *Flores* subradiantes, fertiles, sessiles, abortientes, subpedicellati.

25. C. GLABRA; *foliis tripinnatis, glabris; involucris universalibus tridentatis; floribus omnibus pedicellatis.*

Petala ut in præcedente. Tota planta glabra; villis vix manifestis. *Semina* hispida.

Cum priore habitat.

26. C. ANGUSTIFOLIA; *foliis multifidis, anguſtis, chærophylli-formibus; involucro utroque, germine & seminibus hispidis.*

Hadîe.

27. ARTEDIA MURICATA; *foliolis ovato-serratis.*

DESCR. *Involucrum* utrumque ramosum. *Caulis* hispidus. *Flores* disci abortivi. In medio cujusvis umbellæ eminet longiori pedunculo *foliolum* crispum, rubrum, velut umbellula spuria.

β) An varietas: *flore disci masculi abortiente; involucro universali pinnatifido; partiali simplici.*

Tenedos & ad *Dardanellos*. Græc. Αζίγγανο.

28. RHUS SÆNEB; *foliis longo-lanceolatis, serratis, subtus tomentosis, albis.*

Baccæ sessiles in ramis sub foliis, confertæ, hispidæ, globosæ, subspicatæ.

In montibus *Hadîensibus*. Arab. *Sæneb.* سنب aliis *Bæjad.*

29. TAMARIX ORIENTALIS; *ramis & ramulis articulatis, ramorum vaginis cylindricis, acumine unico squamiformi; ramulis longissimis, nudis, articulatis, vaginis cylindricis, ad geniculo uno acumine.*

OBS. *Flos* staminibus 5; verum & 6; pistillis 3. Differt a *Tamar. gallica*, cujus rami squamati, squamis alternis, sessilibus, lanceolatis; ramuli breves, imbricati; foliolis lanceolatis, confertis.

Arab.

Arab. *Atl.* أثل Hebr. אֵטֶל Alpinus dudum delineavit arborem, haud tamen accurate.

Gallæ Tamaricis in officinis usurpantur loco fructus. In hac arbore habitat peculiaris CICADA *cornuta*.

30. *CORRIGIOLA* REPENS; *foliis ovato-lanceolatis*; *floribus capitatis*.

DESCR. *Caules* penna columbina angustiores, repentes, villoso-scabri, articulati; articulis pollicaribus, extrorsum gradatim brevioribus. *Folia* ad genicula verticillata, ovato-lanceolata, scabriuscula, crassa, margine subtus incrassata, setula terminata; incerti numeri, 3-8na, inæqualia, semipollicaria. *Stipulæ*; squamæ aliquot membranaceæ sub foliis. *Rami* ad genicula sæpe duo oppositi, breves, raro pollicares, interdum ramulosi, apicibus floriferis. *Flores* in apicibus ramulorum & caulis capitati, subquini, quidam sessiles, quidam breviter pedicellati, squamulis quibusdam membranaceis involucrati. *Calyx* 5-phyllus, laciniis subrotundis, medio viridi, alato, margine hyalino, lato. *Corolla* 5-petala, patens, petalis lanceolatis, calyce brevioribus, tenuissimis. *Stamina* filamenta 5, filiformia, longitudine corollæ. *Pistillum*; *germen* globosum; *stylus* filiformis, germine longior; *stigma* trifidum. *Semina* non vidi.

In desertis *Kâhirinis*. Omnia signa novi generis habet.

31. C. ALBELLA; *foliis oppositis*; *stipulis hyalinis*.

DESCR. *Caules* prostrati, dichotomi. *Calyx* 5-phyllus, muticus. *Petala* 5, cava, obtusa, mucrone setiformi extus sub apice. *Pistillum* unicum. *Flores* conferti, sessiles. *Folia* opposita. *Stipulæ* hyalinæ; hinc tota planta alba apparet.

Arab. *Libbæjt*.

32. *ALSINE* SEGETALIS. *Kâhiræ* frequens. Arab. *Girghaîr*.

OBS. *Stamina* sæpe 3, raro 2 vel 4, interdum 5; hinc *Polycarponi* simile. *Capsula* 1-locularis, 3-valvis. Aliquando visa mihi staminibus 10; an *Spergula*?

33. A. PROSTRATA; *foliis oblongis*; *caule prostrato*, *dichotomo*; *flore pentandro*, *trigyno*.

Kâhiræ. Arab. *Robbaîre*.

34. PARNASSIA POLYNECTARIA; *foliis lineari-lanceolatis*; *nectariis decem setosis*.

DESCR. *Caules* filiformes, decumbentes, pedales, ramosi, infra violacei, superne virides, utrinque linea longitudinali elevata, duplici. *Calyx* perianth. 5-phyllum, inferum, persistens, patens; *laciniæ* lineari-lanceolatæ,

olatæ, corolla duplo breviores. *Corolla* petala 5, infera, ovato-acuta, patentia, concava, integra, glabra, alba, nervis violaceis; ſubtus medio violacea. *Nectarium* ad baſin cujusque petali duplex, conico-cavum, ſeſſile, margine ſetis 9, mediis ſenſim longioribus. Nectaria omnia albida, in cavitate flava, calyce breviora. *Filamenta* 5, erecta, alba, corolla breviora. *Antheræ* incumbentes, didymæ, baſi fiſſæ, ovato-obtuſæ, violaceæ. *Germen* cylindricum, apice compreſſo-anguſtatum, utrinque carinatum, albidum, filamentorum longitudine. *Stylus* nullus. *Stigma* compreſſum, ſupra capſulam bilabiatum. *Pericarpium*, capſula cylindrico-ſubulata, unilocularis, polyſperma, coronata ſtigmate bilabiato, margine incraſſato. *Semina* plurima, parva, globoſa. *Folia* oppoſita, lineari-lanceolata, ſeſſilia, glabra, ſemipollicaria. *Pedunculi* ramorum ſupremorum & caules terminales, filiformes, uniflori.

Habit.

NOVUM GENUS.

35. ERACLISSA HEXAGYNA; *calyce 5-phyllo; corolla nulla; ſtylis ſex; capſula triloculari, ſexvalvi, diſperma.*

DESCR. *Radix* ſimplex, lignoſa, perennis. *Caules* ex una radice multi, fili craſſitie, teretes, glabri, diffuſi, parum ramoſi, ſpithamales. *Folia* alterna, breviter petiolata, ovata, integra, interdum acuminata; perexigua. *Pedunculi* axillares, ſolitarii, folio breviores, uniflori, verſus apicem caulis ſparſi; maturante fructu elongantur in longitudinem folii. *Calyx* 5-phyllus, foliolis orbiculatis, acuminatis, convexis, margine membranaceis, perſiſtentibus. *Corolla* nulla; ad baſin vero receptaculi ſquamula membranacea, quaſi rudimentum corollæ. *Stamina* 5, libera. *Germen* ſuperum, globoſum, multangulum. *Styli* ſex, breves, divergentes. *Stigmata* ſimplicia, craſſa. *Capſula* globoſo-depreſſa, calyculata, triloculares, ſexvalvis, biſperma in quovis loculo. *Semina* duobus lateribus exterioribus planis, tertio convexo.

Nomen novæ huic plantæ datum in memoriam loci natalis *Eracliſſæ*, pagi Græcis habitati, in littore occidentali *Maris Marmoræ*. *Phyllanthi* aliquantum convenit.



HEXAN-

HEXANDRIA.

36. PANCRATIUM ILLYRICUM.

Stamina longitudine nectarii. *Bulbi* albi, magni.

Alexandriæ, hortenſis. Arab. *Suſaun.*

Obs. An Hebræorum שׁוֹשַׁן? Illam plantam Doctiſſ. CELSIUS *Lilium album* putat. Similitudo magna eſt cum hoc Pancratio, quod candore ſuperat Lilia, & omnem albedinem tinctoria arte provocatam. Candidus veſtium color Sacrificulis olim reſervatus erat; an vero hinc concludi poteſt, regale illum fuiſſe ornamentum, præter purpuram?

37. AMARYLLIS ALBA; *foliis lineari-lanceolatis*; *flore albo.*

Spatha 10-flora, floribus declinatis.

Kurmæ. Arab. *Soraf.*

38. ORNITHOGALUM FLAVUM; *foliis linearibus, plano complicatis*; *floribus flavis, racemoſis.*

Surdûd. Arab. *Baſſal er robah.* بصل الرباح

39. ANTHERICUM APHYLLUM; *radice bulboſa.*

Folia nulla. *Radix* bulbis pugni magnitudine, tunicis craſſis. Ex una radice 6 vel 7 bulbi.

In inſula *Rhodo.*

40. A. ASPHODELUM; *foliis carnoſis, teretibus*; *capſula* 3-*loculari, diſperma.*

Ibidem.

41. HYACINTHUS SEROTINUS?

Laciniæ (non petala) corollæ exteriores diſtinctæ. *Color* rubro-fuſcus. Semina multa in quovis loculo.

Káhiræ in deſertis. Arab. *Borræjt.* بريط Radix edulis Beduinis.

42. RUMEX LACHANUS; *foliis late-lanceolatis.*

Flores valvulis integris, graniferis. *Folia* petiolata, baſi petiolis vaginantibus; folia caulina late-lanceolata; radicalia ſpatulata, obtuſa.

Natoliæ. Græc. Λάχανο.

OCTANDRIA.

43. ERICA VERTICILLATA; *verticillo ex ala folii prodeunte.*

DESCR. Ex ala folii *verticillus* exit; ad quodliber enim folium in iis verticillis, qui flores quoque ferunt, plures pedunculi oriuntur. Apices ramorum raro floriferi; sed flores medium caulem occupant; & sæpe duo verticilli foliorum interponuntur verticillis folia & pedunculos gestantibus; adeo ut tertius quisque Vert. medii caulis sit florifer.

Circa *Constantinop.* Græc. Φέσλα.

DECANDRIA.

44. JUSSIÆA EDULIS; *caulibus prostratis; foliis longe-petiolatis, ovatis, margine plicato-serratis; floribus tetrapetalis, octandris.*

Florum racemi axillares. Semina matura fine Decembr.

Lohajæ. Arab. *Uæki.* Edulis; cocta more oleraceorum, vel mixta pani Durra.

45. J. DIFFUSA; *caule repente; foliis lanceolatis.*

Flores pentapetali, decandri, flavi. *Capsulæ* sessiles.

Rosettæ ad ripam Nili, in marginibus agrorum. Arab. *Forgaa* vel *Frækal.*

46. SILENE VILLOSA; *foliis cuneiformibus; basi ciliatis.*

DESCR. *Folia* cuneata, ad basin seris ciliata. *Flores* solitarii, violacei; petalis integris, crenularis. *Fructus* secundus, axillaris, sessilis, decem-carinatus. Tota planta villosa.

Prope *Constantinop.*

47. S. INVOLUTA; *foliis lanceolato-linearibus, sessilibus, ciliatis, subtus tomentosis.*

DESCR. *Caulis* frutieosus, crassus, teres, villosus. *Calyces* axillares, oppositi, pedunculati, angulati, viscosi. *Petala* involuta, olivacea, apice bifida. *Flores* interdum multi aggregati in axillis, præsertim ad apicem caulis.

Ad *Dardanellos* in arvis.

48. ARENA-

48. ARENARIA FASCICULATA; *foliis filiformibus, oppositis, connatis.*

Planta parva, fruticulosa, cespitosa; floribus albis.

Kurmæ.

49. A. FILIFOLIA; *foliis filiformibus, liberis.*

Caules dichotomi, debiles. *Calyces* æquales.

In monte *Boka.*

50. CERASTIUM PROCUMBENS; *caule procumbente, dichotomo; capsulis diffusis.*

DESCR. *Caulis* pedalis, villosus, viscidus. *Folia* lanceolata, viscosa, undulata. *Petala* calyce longiora. *Capsulæ* semper erectæ.

Ad pagum *Belgrad* prope *Constantinop.*

DODECANDRIA.

51. PEGANUM RETUSUM; *foliis subcarnosis, sessilibus, cuneiformibus, retusis.*

DESCR. Frutex. *Rami* spinosi, tomentosi. *Stamina* 15. *Petala* 5. *Calyx* 5-fidus, inferus. *Capsula* polysperma.

Alexandriæ. Arab. *Gharghed.*

52. EUPHORBIA BELGRADICA; *caule erecto; ramis alternis, dichotomis; foliis oppositis: caulinis oblongis, serrulatis: superioribus semicircularibus; omnibus sessilibus; capsulis solitariis, axillaribus, tuberculatis.*

Ad pagum *Belgrad* prope *Constantinop.* rarius in sylvis.

ICOSANDRIA.

53. PYRUS SPINOSA; *ramulis mucronatis; foliis oblongis.*

DESCR. Arbor magna. *Ramuli* mucrone acuto terminati. *Spinæ* laterales minores. *Folia* petiolata, oblonga, utrinque glabra; sæpe obtusa, supra nitida, sesquipollicaria, digito angustiora. *Fructus* pomum, loculamentis plurimis.

Imros & in littore *Natoliæ.* Græc. Αγγερίζα. Putaverim præsentiam spinarum hanc Pyrum a *Cydonia* dirimere, quæ inermis est.

54. PYRUS HADIENSIS; *foliis ternatis, lanceolatis, rugosis, integris; venis subtus griseis.*

Hadie. Arab. *Sfærdjel.* Cum *Cydonia* europæa vix conciliari potest.

POLYANDRIA.

55. CAPPARIS DAHI; *spinis axillaribus 2 brevibus, oppositis; foliis bipinnatis, pinnis 2-seu 3-jugis; foliolis ovali-oblongis, obtusis, 4-9-jugis.*

In monte *Melhán.* Arab. *Dahi.* ظهي Hæc planta inter mithridaticas est, & eandem Venenis resistendi vim habet, ac *Capparis spinosa.* (Cent. IV. 5. cfr. Descript. Anim. p. 15. N. 12.)

56. DELPHINIUM GRANDIFLORUM; *floribus cæruleis; nectario diphyllo.*

DESCR. *Flores* cærulei *Nectaria* diphylla, integra, petalo longiora; macula fulva. *Caulis* & pedunculi uniflori, squamati; squamis lanceolatis. E latere nectarii exit utrinque *petalum* violaceum, longe unguiculatum: hæc duo petala si adnumerentur 2 laciniis nectarii, tunc demum erit corolla 9-petala, & planta accederet ad *Delph. peregrinum.*

Ad *Dardanellos.* Græc. Αγιο Ζαμπέλια.

57. CLEMATIS VITALBA; *foliis ternatis & bijugis cum impari; foliolis ovato-lanceolatis, serratis.*

Kurmæ. Arab. *Scheradj.* شراج

DIDYNAMIA.

58. SATUREIA GRÆCA; *foliis ovatis, serratis, petiolatis; floribus axillaribus racemosis.*

Calyx 5-dentatus, fauce villosa. *Antheræ* cruciatæ. *Caulis* obsolete quadrangulus, pubescens.

Circa *Constantinop.* in ruderatis. Græc. Φλασκῆνι.

59. NEPETA NEPETELLÆ; *foliis petiolatis; non dentatis, sed crenatis; leviter subtus tomentosis.*

Circa *Taæs* in subhumidis.

60. MENTHA

60. MENTHA GENTILIS; *foliis cordato-lanceolatis, obtuſiuſculis.*

Folia perpendiculariter ſerrata; breviter petiolata. *Stamina* corolla longiora.

Káhiræ hortenſis. Arab. *Nænàa.* نعنع

61. M. KAHIRINA; *foliis ovato-lanceolatis, acutis, ſerratis; ſerraturis deſcendentibus.*

Verticilli pedicellati, 8-12-flori. *Folia* breviter petiolata. *Stamina* corolla breviora.

Káhiræ. Arab. *Lmam* vel *Nmáme.* نمامه

62. MARRUBIUM PLICATUM; *foliis ſemiorbiculatis, tomentoſis, rugoſis, plicato-lobatis.*

Flores violacei. *Calyx* 5-dentatus, pungens.

Alexandriæ. Arab. *Fraſiun.* فرسيون

63. ANTIRRHINUM SUPINUM; *foliis lineari-lanceolatis, alternis, diſtantibus.*

Caulis diffuſus, ſæpe cubitalis. *Flores* flavi, calcarati; in racemis terminalibus.

Circa *Conſtantinop.*

64. VITEX AGNUS CASTUS.

Obs. *Folia* integra, ſæpe ſeptena. *Flos* interdum albus, vel cæruleus. *Bacca* duriſſima, vix præter capſulam craſſam continens; flava vel nigra; medio Septembr. matura.

In *Archipelago* & *Natolia* ubique copioſe. Græc. Λυγάρια. *Alexandriæ* hortenſis. Arab. *Kaf marjam.* Variabat *foliis* 7-*nis*; *digitatis* vel *integris.*

Smirnæ, Semina certum medicamen contra Colicam, ſi in pulverem redacta Cæpæ bifariam ſectæ aſperguntur, & bulbi iſti ſtomacho imponuntur.

DIADELPHIA.

65. POLYGALA BRACTEOLATA; *foliis alternis, obovato-cuneatis, integris, ſubvilloſis, pollicaribus.*

Deser. *Caules* cubitales, fere ramoſi. *Pedunculi* racemi terminales. *Folia* ſeſſilia, propinqua, obovato-cuneata. *Capſulæ* ovales, emarginatæ, villoſæ, tectæ calycis alis ſubrotundis, unguem longis. *Corollæ* carina apice criſtata.

Hadíe. Arab. *Schadjaret el hover.* شجرة الحور Ajunt ex hac Polygala Indigo poſſe parari.

66. GENISTA RETAM; *foliis ſimplicibus; ramis alternis, ſtriatis; fructu ovali, unilocularí.*

Flores albi, ſeſſiles. *Semina* duplici ſerie, velut in bilocularibus; non tamen pariete ſeparata.

Roſettæ vidi plantam e deſertis allatam; poſtea abundantiſſime creſcentem inveniebam circa *Sués* in campis arenoſis; altitudine fruticuli. Arab. *Retam behém.*

Radix perquam amara; decoctum bibunt Arabes dolore cordis (hypochondria) laborantes. Herba in aqua macerata, vulneribus imponitur.

Annon hæc Geniſta eadem cum Hebr. רתם? In *Hiſpania* arabicum nomen e priſco usque Saracenorum ævo ſervatum hodie *Retamas* ſonat. (cfr. *Oſbeck* itiner.)

Vitæ pauperrimæ ſymbolum eſt (Hiob. C. 30. v. 4. 5.) & hominis in deſerto palantis, cui nullum ſupereſt alimentum niſi hujus radicis; quam Arabum nemo guſtare cupit, propter amaritiem. Deſignat quoque *ipſa loca* ſterilia, triſtia, ſine arbore & umbra; ipſe frutex ramis ſparſis, raris, miſerum eſt refugium in aperto & fervido campo. (cfr. 1 Reg. C. 19. v. 4.) Igni injecta *fragore tonat*, velut Juniperus; hæc nota apprime convenit animo iracundo & immiti. (cfr. Pſalm. 120. v. 4)

67. PHASEOLUS RADIATUS. Arab. *Koſchari.*

DESCR. *Caulis* erectus, teres, hiſpidus. *Foliola* ſtipulata, villoſo-hiſpida. *Flores* parvi, fuſco-flavi. *Legumina* horizontalia, hiſpida, toruloſa, teretia, quadripollicaria.

68. PH. PALMATUS. Arab. *Gotn.*

DESCR. *Caulis* quinquangularis, hiſpidus, ſeſquipedalis. *Foliola* hiſpida, palmata. *Flores* parvi, flavi, ſubſpicati. *Legumina* glabra, toroſa, pendula.

Ambæ ſpecies in *Temen* coluntur pro pabulo Jumentorum.

69. HEDYSARUM IMMACULATUM; *leguminibus conjugatis, rectis, extus lobatis.*

Folia pollicaria, ovata. Flos albus.
Hadíe.

70. TRIFOLIUM REPENS; *foliolis late obovatis, emarginatis; capitulis albis.*
Hadíe.

71. LOTUS

71. LOTUS BELGRADICA; *foliolis quinatis, cuneiformibus; caule erecto; siliquis calyce sesquilongioribus, solitariis, erectis, glabris.*

DESCR. *Caulis* erectus, pedalis, teres, striatus, villosus. *Folia* sessilia, quinata, vel bijuga cum impari. *Foliola* versus impar gradatim majora, semipollicaria, ovato-oblonga, obtusa cum acumine, subtus villosa. *Pedunculi* solitarii, axillares, erecti, apice umbelliferi. Flores non vidi. *Legumina* oblonga, teretia, mucrone terminata, ferruginea, disperma, non binata; *calyce* persistente, punicco, villoso, laciniato, pedicellis brevibus. *Semina* globosa, nigra, hilo albo; singulo isthmo distincto.

Ad *Belgrad*, pagum prope *Constantinop.*

72. L. CRETICA; *foliis lanceolatis, fasciculatis.*

Caulis fruticosus. *Folia* quina ad unum latus caulis sessilia, seu fasciculata, lanceolata, ungue breviora. Inter Semina *isthmus* tenuissimus; qui forsitan in omnibus Loti speciebus adest, quamvis seminibus maturis hi isthmi exolescant & retrahantur.

Alexandriæ. Arab. *Æsibe.*

SYNGENESIA.

73. SCORZONERA HISPIDA; *foliis linearibus, dentatis, ciliatis; scapis unifloris.*

DESCR. *Folia* radicalia plurima, linear-lanceolata, dentato-sinuata, pilis rigidis hispida. *Scapi* plures ex una radice, spithamales, pilosi, uno alterove foliolo setiformi, acuto. *Calyx* hispidus, imbricatus. *Semina* ferruginea; pappo plumoso. *Flores* flavi.

Ad *Esiac* prope *Massiliam*, in montibus.

74. SONCHUS OLERACEUS; *foliis basi cordatis, amplexicaulibus, lanceolatis, sinuatis, denticulatis.*

Djöbiæ.

75. LACTUCA SINUATA.

DESCR. *Caulis* pedalis; aculeis in dimidio inferiori sparsis, confertis; albis. *Folia* inferiora 4 poll. superiora minora, hastato-lanceolata, sessilia, glabra, integra; ciliata aculeis. In *Lact. saligna* omnia folia, sed in hac majora tantum carina aculeata. *Flores* in racemis ramorum & caulis terminalibus, bracteola flava singulis subjecta. Valde lactescit.

Natoliæ

Natoliæ in arvis ad Dardanellos; etiam *Alexandriæ*. Græc. Ταλαΐζιδα.

Hujus plantæ & *Chondrillæ* flores in herbario voraciter deſtruunt Tineæ.

76. L. DECORTICATA; *foliis lanceolatis; dentato-ſinuatis, glabris, appendice utrinque lineari.*

DESCR. *Caulis* cubitalis, erectus, teres, ramoſus, glaber, albus; per intervalla longitudinalia appendices foliorum decurrentes elatæ, virides, corticem mentientes; adeo ut caulis inter eas faciem decorticati habeat. *Folia* ima pinnata, ſuperiora lanceolata; omnia ſinuato-dentata, ſeſſilia, glabra. *Pedunculi* ſpicæ longæ; caulis & ramorum terminales. *Flores* ſeſſiles, bracteola lanceolata, decurrente eodem modo ac folia. *Calyx* pollicaris, cylindricus, imbricatus. *Floſculi* 5, flavi. *Semina* brunea; pappo ſtipitato.

In Inſula *Imros* & circa *Conſtantinop.*

77. LEONTODON MEGALORHIZON; *ſcapo piloſo; calycis laciniis ad apicem gibbis; foliis dentato-pinnatifidis, glabris.*

DESCR. *Scapus* piloſus pilis longis, raris, flaccidis. *Calyx* erecto-patulus. Foliola verſus apicem ſubtus gibba. Infima foliola laxa, erecto-patula, margine albeſcentia, membranacea. *Floſculi* radii ſubtus violacei, margine lutei. *Radix* craſſitie digiti, longa, fuſiformis, lacte amariſſima.

Ad *Dardanellos.*

78. HIERACIUM HISPIDUM; *foliis oblongo-lanceolatis, ſubdentatis.*

DESCR. *Caulis* erectus, folioſus, hiſpidus. *Folia* oblongo-lanceolata, ſubtus hiſpida, ſubdentata. Folia caulina ſumma integra. *Pedunculi* axillares, ſquamoſi. *Flores* ad apicem caulis ſubpaniculati, flavi.

Ad *Conſtantinop.* in ſylvis rarius.

79. ECHINOPS SPHÆROCEPHALUS; *foliis pinnatis, ſpinoſis.*

Calyx uniflorus. *Capitula* cærulea, magna, tripollicaria. *Calyculi* cincti lana longa, denſa.

Tenedos. In *Natolia* vidi ſimilem huic, ſed *capitulo unico.*

80. E. STRIGOSUS; *caule multifloro; foliis ſupra laniferis; capitulis cæruleis, parvis, vix pollicaribus.*

Tenedos. Græc. Κάθαρ ἄγγαθο.

81. E.

81. E. RITRO; *capitulis parvis, cæruleis; calyculo unifloro; caule multifloro; foliis utrinque lanifceris.*
Ad *Dardanellos.*

82. SERRATULA SPINOSA; *caule dichotomo; floribus albis.*
DESCR. *Caulis* dichotomus, fruticoſus, in acervos diffuſus. *Folia* glabra. *Flores* albi; omnes, quotquot vidi, hermaphroditi. Si radius fœm. adeſſet, ad *Centaur. ſpinoſam* accederet.
Tenedos, frequens in ſiccis. Græc. Ιαλα ξυβια. Turc. *Djevann.* In littore *Natoliæ* inventa magis tomentoſa.
Propter ſpinas imponitur ſepibus agrorum & hortorum armaturæ inſtar.

83. CNICUS DENTATUS; *foliis cordato-lanceolatis, amplexicaulibus, dentato-ſpinoſis.*
DESCR. *Caulis* pedalis, erectus, ramoſus ſuperne, raro infra, teres, ſtriatus, villoſus. *Folia* ſeſquipoll. dentibus validis mucronatis e margine, & inter illos alii minores. Venæ ſubtus elatæ. *Rami* erecto-patentes, tripoll. *Flores* flavi, ramorum & caulis terminales, ſolitarii, erecti; caulinus humilior rameis, ideoque prius floret ac matureſcit. *Bracteæ* arcte cingentes flores, ortæ ex foliis congeſtis, ſenſim in ſquamas calycinas abeuntibus. *Calyx* ovatus, laciniis extimis foliiformibus, dentato-ſpinoſis; interioribus membranaceo-mucronatis, ad apicem utrinque membrana hyalina, crenata, ſenſim decreſcente in ſquamis intimis. Hinc planta magis convenit cum *Carduo.* *Receptaculum* piloſum. *Semina* angulata; diſci quoque pappoſa. *Pappus* ſetis membranaceis, fuſcis.
Maltæ frequens in ruderatis. In *Archipelago* rarior, & in Natolia vidi Cnicum hunc *ſeminibus diſci pappoſis, radii dentatis.*

84. C. ACARNA; *foliis lanceolatis, decurrentibus, tomentoſis, ad exitum ſpinarum dentatis.*
DESCR. *Caulis* multi-alatus, propter folia decurrentia. *Calyx* lanatus; foliolis apice palmato-ſpinoſis; intimis inermibus, acutis. *Spinæ* marginales triplices vel duplices, flavæ. *Receptaculum* piloſum. *Pappus* plumoſus. *Semina* obovata, lævia, compreſſa.
Ad *Dardanellos.* Græc. Ἄγρι ἄγγαθο.

85. C. HORRIDUS; *floribus cæruleis; caule ſpinoſiſſimo.*
DESCR. *Caulis* ſubtrichotomus. *Folia* pinnatifida, margine ſpinoſiſſima, decurrentia. *Spinæ* in caule palmato-multiplices; unde caulis ſpinoſiſſimus. *Calyces* cymoſi, ſive terminales, conferti, ſeſſiles, foliolis intermixtis.

mixtis. *Foliola* calycina longe mucronata, lateribus ſpinoſa; intima ſæpe inermia, lanceolata. *Flores* cærulei. *Semen* ovato-compreſſum, apice lanatum. *Pappus* foliolis 5 vel 6 membranaceis.

Ibid. frequens. Græc. Μαυρόάγγαθο vel Χαμολιὸ. In *Rhodo* ſimilem, ſed minorem vidi.

86. C. SPINOSISSMUS; *caule lanato; foliis lanceolatis.*

DESCR. *Caulis* ſublanatus, ſuperne lanigerus, ac ſi telis aranearum obductus eſſet *Calycis* foliola intima ſimplicia. *Folia* ſeſſilia, lanceolata, ciliato-ſpinoſa; dentato-pinnatifida; radicalia, late-lanceolata.

In deſertis *Káhirinis.*

87. ARTEMISIA SEMSEK; *foliis multifidis, filiformibus, viridibus, ſubvilloſis.*

Petioli triquetri. *Folia* graveolentia; frequenter adhibita in uſus medicos. Cum *Abrotano* non bene convenit hæc Artemiſia.

Káhiræ hortenſis. Arab. *Semſek* vel *Mſaka.*

88. *GNAPHALIUM calycibus albis; foliis remotis, petiolatis, ſupra piloſis, lanceolatis, integris; corymbo terminali; caule ramoſo.*

89. G. *calycibus cinereis; foliis linearibus, integris.*

90. G. *calycibus cinereis; foliis cuneatis, obtuſis, ſubſinuatis.*

Kurmæ.

91. G. *fruticoſum; calycibus flavis, corymboſis, terminalibus; foliis linearibus, amplexicaul.*

Kurmæ. Arab. *Scheratat.* شرعط *Barah*: *Sinde.* سندھ Corymbus parvus, flavus.

92. G. ORIENTALE; *foliis confertis, lanceolatis, villoſis, amplexicaulibus, margine albis; fragrantibus.*

Hadîe. Arab. *Adhaun el kelb.* اذون الكلب

93. ACHILLEA LOBATA; *foliis villoſis, linearibus, ſubdentatis, apice lobatis.*

Planta annua *Corolla* radio albo.

Alexandriæ, rarior.

94. BUPHTALMUM MELITENSE; *calycibus acute folioſis, pedunculatis; foliis lanceolatis, baſi attenuato-petiolatis.*

OBS. Differt a *Buphr. ſpinoſo* floribus *minoribus*, pollicaribus; illius ſeſquipoll. & *radius* fulvus; noſtri flavus Illius flores ſeſſiles; hujus pedunculati S inoſi *caulis* & folia lanigera, & caulina baſi late amplex Melitenſis; ſubvilloſa, petiolata. Illius caulis ſtriatus; hujus diffuſus, gracilis. Utriusque folia & laciniæ calycis mucronata.

Maltæ in ruderatis frequens.

DIOECIA.

DIOECIA.

95. PISTACIA TEREBINTHUS; *foliis impari-pinnatis, obovatis.*

Obs. *Foliola* ovato-lanceolata, decurrentia. Europæis *Terebinthus* vocetur, ſed flores non vidi. Ad vias & in hortis, plantatur ubique in *Natolia.*

Græc. Σχίνος.

96. EPHEDRA FŒMINEA?

Descr. *Frutex* aphyllus. *Rami* ſimiles Equiſeti vel Ephedræ. *Pedunculi* oppoſiti; interdum ex altera ala unicus; ex altera 3 vel 4 umbellatim. *Amenta* non aderant; nam pedicelli omnes ex ala prodeunt vel ſolitarii; vel umbellati. Rariſſime ex uno articulo 4 rami verticillatim exibant. *Flores* fœmineos tantum inveni; *ſtyli* 2. *Semina* 2.

In Inſula *Imros*, Pyrum ſcandebat caule non volubili, ſed totam coronam arboris implicabat. (cfr. Cent. VI. 64.)

POLYGAMIA.

97. ANDROPOGON ISCHÆMUM.

Descr. *Caulis* erectus, ſeſquiſpith. ſemiteres, geniculis fuſcis. *Folia* plana, utrinque villoſa, vaginis compreſſis, nudis. *Spicæ* terminales, pedunculatæ, prodeuntes binæ vel ternæ ex duobus geniculis ſummi caulis, erectæ, lineares. *Flores* conjugati. *Hermaphroditus* ſeſſilis; gluma calycis exterior lanata. Stamina & piſtilla ſita inter glumam corollinam & ejus ariſtam, quæ ſine dubio eſt inſtar glumæ corollæ interioris. Stigma plumoſum, violaceum; ſtylus nudus, flaveſcens. *Flos maſc.* pedicello lanato; calyce glabro; corolla mutica.

Belgrad prope Conſtantinop. In aquæductu magno, florens copioſe medio Auguſti.

98. *FICUS* CHANAS; *ſycomoroides; foliis ſcabris.*

Sycomoro ſimilis. Fructus edulis; in maturis delapſis nullæ Cynipes repertæ.

Surdúd in montoſis. Arab. *Chanas* خنس vel *Öbre.* عبرى

99. F. TOKA; *foliis diſtichis, ſcabris, ovato-acutis, integris, alternis, petiolatis.*

Melhán. Arab. *Tokà.* تقع

100. F TAAB; *foliis conjugatis; petiolatis, ovatis, integris, 4-pollicaribus.*

Ad *Zebíd.* Arab. *Tá. b.* تعب

CONTENTA.

CONSPECTUS

FLORÆ ORIENTALIS.

Florula Eſtacienſis & Melitenſis. - - pag. I.
Flora Conſtantinop. Tenedos &c. - - XV.
Flora Ægyptiaca. - - - - - - - XXXVII.
Flora Arabiæ Felicis. - - - - - LXXIX.

DESCRIPTIONES.

CENTURIA I. Monandria. Diandria. Triandria. - - pag. 1.
CENTURIA II. Tetrandria. Pentandria. - - - - - 29.
CENTURIA III. Pentandria: Nova Genera. Hexandria. Heptandria. Octandria. Enneandria. Decandria. Dodecandria. - - 61.
CENTURIA IV. Icoſandria. Polyandria. Didynamia. Tetradynamia. Monadelphia. - - - - - - - - 97.
CENTURIA V. Diadelphia. Polyadelphia. Syngeneſia. - - - 129.
CENTURIA VI. Gynandria. Monœcia. Dioecia. Polygamia. - - 155.
CENTURIA VII. Cryptogamia. - - - - - 183.
Appendix: Plant. Arab. indeterm. - - - - - 194.
CENTURIA VIII. Supplementum plantarum. - - - - - 201.

New York Botanical Garden Library
QK 344 .F6 gen
Forskal, Petter/Flora gyptiaco-Arabica :
3 5185 00015 5018